dubiū, si est verū, qđ ipse ponit in cōclusione seq. videlicet ꝙ qñ rei vendicatio & interdictū recuperandæ proponūtur à diuersis partibus respectu eiusdē rei seu iuris, supersedeṫ in petitorio, ne fiat præiudiciū interdicto recuperandæ possessionis, propter quæstionē dñij.l.j.C.si per vim, vel alio modo.& l.si quis ad se fundū.C.ad l.Iul.de vi. Licet em̄ in hoc casu, quia actiones istæ dirigūtur in diuersa, nō resultet aliqua incōpatibilitas, stat tñ ratio priuilegij, † ꝙ non debet quæri de dñio, antequā quis sit restitutus. Sed hic quæriṫ de dñio, qđ respicit ita possessionē, cuius prætextu nō agiṫ rei ven. siue detētatione, sicut possessionē, vel detētationē, cuius prætextu intētatur petitoriū. Ergo eodē modo videṫ supersederi, maxime quia vt s. fuit declaratū per eūdem Bart. in rei vē. dominiū deduciṫ iure actionis, sed rei restitutio fit per officiū iudicis. Quia tamē vt j. ostendā in tertia additione, secūdū suā opinionē mei quā posuit in j.lect. rō priuilegij nō est bona: iō ista cōclusio forte ꝓcederet, quia alia rōne nō impediṫ cōcursus. Tertiò adde, ꝙ qñ petitoriū & possessoriū recuperādæ intētatur respectu eiusdē possessiōis: vera rō, quare tūc suspēdatur petitoriū, videṫ esse illa, quā assignat Bar.j. in possessorio adipiscēdæ: qa agēs inter dicto recuperādę ante lit.cōt. in petitorio videṫ negare se possidere: quod pōt facere, etiā si prius esset cōfessus se possidere. l.is qui se obtulit.de rei vē.& plene declarat Bar. in l.nō fatetur.j.de cōfes. Vnde anteꝗ̄ cōstet vtrū possideat, vel nō: non pōt procedi in rei ven. Nec ob. si dicas, ꝙ imo poterit procedi attēta ista ratione: quia in ipso iudicio petitorio poterit agens facere fidē, quod reus possidet. nam hoc nō est admittēdum in casu nostro, ex quo pendet quæstio ordinaria super possessione per interdictū recuperādæ possessionis, ne frustra multiplicentur iudicia super eodē. Nam illa ratio quā assignat Bart. ꝙ supersedetur in iudicio petitorio propter priuilegiū interdicti recuperandæ possessionis, cōtra quod nō admittitur quæstio de dominio, secūdū dicta sua, quæ posuit in j.q. nō videṫ bona. † Iura em̄ quæ dicūt, ꝙ agēti interdicto recuperādæ nō potest obijci exceptio dñij, hoc faciūt, quia per quæstionē proprietatis si admitteretur probatio dominij, posset excludi remediū restitutionis, vel differri. Sed qñ primò est actū petitorio contra spoliatum, vt in casu nostro: deinde spoliatus agit possessorio, si sententia lata super petitorio in fauorē actoris non pareret exceptionē rei iudicatæ petēti restitutionē: vt concludit Bar.s. in prima lectu. cessat causa priuilegij illarum legum: quia per istud iudicium non extinguetur iudicium recuperandæ possessionis. Tenenda est ergo prima ratio, vel potes dicere quòd petitorium suspenditur propter odium spoliatoris, vt inquit summus pontifex in cle.j. in fi. de causa pos. & ꝓprie. Si autē teneres id qđ ego tenui in j.le. ista rō posset esse bona, quia sententia lata super petitorio obstaret in possessorio recuperandæ propter ius dominij, quod est factū notoriū: vt ibi dixi, sequendo Moder. Quartò adde, inquantum Barto. hic dicit, ꝙ si intentatur remediū recuperandæ post litē contesta. in petitorio, ab eo qui non fuit interrogatus in iudicio petitorio, vtrum possideret, ꝙ procedit vtrūq; iudiciū: qa cū lis sit contestata in petitorio, nō potest amplius opponi exceptio ordinis, videlicet ꝙ prius debet procedi super possessorio, cùm sit exceptio declinatoria: nam istud dictum sine dubio est verum, si lis fuisset cōtestata super petitorio post possessorium positum: tunc enim cùm ista exceptio declinatoria cōpeteret tempore litis contesta. merito postea non potest opponi: vt in iuribus allega. per eum. Sed qñ lis fuisset contestata in petitorio, anteꝗ̄ proponeretur possessorium, ista exceptio emergens inciperet oriri post litem contestatā: ergo posset opponi, licet esset declinatoria, quia anteꝗ̄ opponereṫ possessorium, non poterat dici esse orta. Ista conclusio probatur ex tex. cū glo. in l.ij.C.de cōsor.eius.li.& c.insinuāte.extrà, de offic.deleg.& ponit Bart. in l.Pompo.§.rati. circa prin.ff.de procurato. Secundò contra istam conclusionem videtur casus in clemen.j. in j.responso.de cau.pos.& proprie. vbi diciṫ expresse, quòd quandocūq; proponatur possessorium vsq; ad conclusionem in causa, semper suspenditur petitorium intentatum ab alia parte. & hoc tenet Abb. eleganter hoc declarās in c.ex conquestione. in ij.q. prin. de resti. spol. Licet enim secundùm eum ꝙ prius ꝓcedatur super petitorio, ꝗ̄ super possessorio, sit quædam exceptio declinatoria, propositio tamen possessorii per modum actionis potest fieri quandocunq; ante conclusum in causa, † quia suspendens iudicium petitorium venit in consequentiam ad ipsum possessorium, ideo non attenditur vtrum ista suspensio sit de natura declinatoriæ, vel nō: sed transit cum natura sui principalis, cuius accidens est: arg. l. qui habet. in princi. ff. de tute. & quod habetur in l.j. in fin. de auto. tu. & in l.j.§.si te rogauero.ff. deposi. Sed hoc videṫ contra mentē cle. quæ dicit, ꝙ hæc induciṫ in odiū spoliatoris, & sic patet, si nō esset ista rō, ꝙ aliàs ista exceptio nō suspēderet petitoriū. Et quia ista cōclusio multū exorbitat à regulis iuris, possumus dicere saluando dicta Barto. hic, quòd illa iura habēt locū de æquitate can. in causis beneficialibus, in quib⁹ loquiṫ princ. illius cle. vel saltē in spiritualibus, in quibus in ista materia multa statuuntur specialia, quæ non seruanṫ in rebus ꝓphanis: vt s. dixi, circa j.lec. Et quòd illa iura debeāt restringi ad casus ꝑdictos, sentit Ioan. And. satis clarè in titu. de petitorio & possessorio.§.sciendū. versi. sed pone in quadam additione parua. & ibi etiā Specul. tenet opin. legistarum, quòd possessoriū propositum post li. cōte. nō suspendat petitorium. Et attende: quia licet ego aliàs dixerim reprehendēdo Barto. hic, ꝙ si possessorium proponiṫ post litem contest. in petitorio adhuc videtur posse opponi exceptio, vt s. retuli: postea scribendo in ij.q. principali huius repetitionis, sum secutus sniam Barto.[a] Considerando diligentius, moueor primò per tex.s. inductū in dicta cle. dum dicit quòd in causis beneficialibus possessorium propositū post lit. cōte. suspendit petitorium in odium spoliatoris: ergo datur intelligi, ꝙ si non esset specialis ratio odij, nō suspendereṫ petitoriū: & per cōsequēs exceptio declinatoria nō posset oppōi. Et ad rationem s. adductam per me, dico quòd quia fuit in potestate ꝓponentis possessorium ꝓponere illud ante litem cōtest. & sic facere, quòd sibi cōpeteret exceptio, perinde est, ac si verè ante lit. cōtest. sibi competijsset, est enim quid possit sibi imputari. Pro ista cōclusione facit optime tex. in l.j.§.qui sub cōditione.s.si quis omiss.cau. testa. & in l.si quis hæres instituatur. in princ. & quod ibi per Barto. de hære. instit. Bene facit tex. in l.qui potest. de regu. iuris. ꝓbatur enim in dictis iuribus, ꝙ ita imputaṫ culpa illi qui nō habet formaliter ius delatum, sed in potestate sua est facere, quòd sibi deferatur, sicut illi qui habebat ius formaliter delatum, & intra terminum illud non acceptauit: vt dicit Barto. in d.l.si quis hæres instituaṫ. Et erit ista rñsio valde nouum dictum in materia exceptionis declinatoriæ. Scđò dicit hic Bartol. ꝙ si tēpore ferendæ sñiæ super petitorio reus non reperiṫ possidere, sed ipse actor, fereṫ tamē sentētia super petitorio: iuxta id qđ dicit glo. not. in l.si à te.§.j.de except. rei iud. qui voluit, ꝙ tunc absolueretṫ reus, quia nō reperitur possidere, & nihilominus actor declarabitur dominus, qđ est magni effectus: quia si possessio postea perueniret ad reum, semp posset ei auferri virtute dictæ declarationis. Et aduerte: quia Bartol. intellexit illam glo. habere locū, etiam quando possessio erat penes actorem tēpore petitorij intentati. qđ est singulare verbū. Cōtra quod tamē videṫ casus singu. in c.examinata. extrà, de iudi. vbi si actor possidens intentat rei vendicationem, quia petitio eius diciṫ inepta, reus absoluiṫ simpliciter, & repelliṫ actor. Et istum intellectū dedit ibi do. Card. Flo. quem ibi alleg. d.me. & ego etiā sum secutus in d.c.examinata. Sed cōtra istum intellectū facit scđm d.meū hic, quia in d.c.examinata. videbaṫ cōpetere rei vend. ex eo, qa res erat posita in sequestro: vnde saltē poterat intentari contra sequestrariū rōne detentationis. Sed ego ibi saluādo istum intellectum dixi, quòd tpe quo fuit actū rei vendicatione, nō erat adhuc facta sequestratio: vnde à princ. ab eo qui oīno possidebat & detinebat ineptè, videṫ fuisse actū:[b] sic id qđ sentit hic Barto. remanet dubiū. Vbi aūt non reus cōuentus, neq; actor, sed tertius possideret, vtrū illa glo. sit vera, dubitaṫ: qa Gul. de Cu. & Ang. in l.Pompo.§.sed & his.ff.de ꝓcura. tenēt cōtra d.glo. Alibi tñ Angel. sequitur gloss. in l.is qui se obtulit.ff.de rei vendi. & illam gloss. etiam aprobant Modern. in cap. aduersario. extrà, de except. Aduerte tamē, quia Imo. hic addēdo ad dicta Bar. quo ad intellectū d.glo. dicit ꝙ illa glo. pōt ꝓcedere, nisi reus q nō possidet, allegat se nō possidere, & petat se absolui ab instantia iudicij: quia tunc cū hoc possit facere etiā post lit. cōte. debebit simpliciter absolui, nec declarabiṫ aliqđ super dñio: alleg. tex. cū gl. secundū intellectum Vgo. in l.qui petitorio. in prin. ff. de rei vend. Sed cū reuerentia text. cū glo. non dicit, ꝙ reus qui non fuit interrogatus, possit post litē cōtest. allegare se non possidere: sed bene dicit, ꝙ actor pōt interrogare post litē cōtest. vtrū possideat. Sed posito quòd diceret, per hoc nō sequitur, ꝙ licet reus possit petere se absolui, ex hac tamen petitione induceṫ, ꝙ nō debeat ferri sñia declaratoria super dominio. Vnde potes simpliciter sequi gl. quę cōmuniter approbatur, vt s. dixi. Et de ista qō. vid. oīno Ant. de But. qui aliter limitat illā gl. in c.examinata. de iudi. ¶ Circa quintā cōbinationem adde inquantum Bar. repetendo ibi ea quæ dixerat in prima lectu. ꝙ exceptio dominij non potest opponi agēti possessorio recuperandæ. Adde ꝙ illam distinctionem quā fecit Ang. in l.ij.C.de edict. di. Adria. tol. videlicet vtrū spoliator

[a] ¶ Sētētiā Bar. Quā etiā tenet & firmat d.Iaso.May. hic in xxiiij.co.i ver. tene cōclusionē Bar. vñ dic, prout hic etiam per eum.

[b] ¶ Actū. Et hoc idē firmat referendo Are.d.Ia.May. hic in xxv.colū. in fi. q dicit tenēdā esse gl. in d.l.si à te.§.j.al. leg.p Aret. cū duabus limit. adductis per eū, quā gl. dicit esse singularē, & cōmuniter approbatā, & ꝙ scđm Bal. in rub. extrà, de re iudi. in ij.col. nō reperiṫ alibi. & refert Bar. dicere in d.l.si à te.§.j.ꝙ ille text. debet ad hoc scribi literis aureis.

debeat priuari iure suo, vel non: posuit Bal. originaliter in l. j. C. si de momē. pos. fue. appel. circa mediū. †Et tene menti vnā legē sing. quæ dicit, quòd quāuis possessoriū recuperādę suspendit petitoriū, & nō ecōtra: ipsum tñ possessoriū recuperandæ semper suspēdit ab alio iudicio, à quo pēdet declaratio. Vtrū persona quę conuenitur iudicio recuperandæ, posit stare in iudicio, casus est not. vbi Bal. ad hoc in l. si res. C. de ord. cogn. Secūdò adde in hac cōbinatione, inquantū Bart. dicit, quòd si est actū possessorio retinēdæ ab vna parte, respectu eiusdē posses sionis, qua postea agit petitorio ab alia parte: tūc ista iudicia nō procedūt simul, sed procedet super possessorio tantū, in quo is qui egit possessorio facile vincet: quia aduersarius agendo petitorio videt renūciasse possessioni suæ. Vñ iudex habet pronunciare agentem interdicto esse in causa potiorem, nisi dicat posidere ab aduersario, vt palam, vi, clā, vel precario. l. j. in fi. vti pos. Tu aūt cōsidera, quòd aliquādo is qui egit postea petitorio, posidebat per seipsum, aliqñ posidebat per aliū. Primo casu, si agēs petitorio videt renūciasse possessioni sup qua pēdebat interdictū retinēdę, sicut videt renūciasse liti, ita & instātiæ tacita renūciatione: vt per Bar. s. in ij. q. secūdę lec. & etiā colligit ex no. in iij. lec. Si ergo per renunciationē instantia est extincta, quomodo pōt ferri diffinitiua super interdicto, vti pos. cū sñia nō posit ferri sine instātia. l. j. & ibi no. C. qñ prouo. nō est ne. Videt ergo potius absoluēdus iste qui egit rei vē. in iudicio pos. ab obseruatione iudicij inserta causa, quia renūciauit liti. Vel melius deberet ferri declaratoria inserta cā prædicta, per quā declararet absolutus ab illa instātia, secūdū Bar. in l. properandū. §. illud. C. de iud. Si vis sustinere opi. Bar. oportet dicere alterū de duobus, vel quòd renūciatio facta liti & causę non valet, nisi consētiēte aduersario tacitè vel expresse, vt videt sentire Bar. & Bal. clarius in l. postq̄ liti. C. de pac. Sed ista rñsio nō videt sufficiēs, ex quo aduersarius cū fuit intētata rei vendicatio, huic tacitę renūciationi non contradixit: †satis enim est, vt valeat renūciatio, quòd pars sit præsens, vel iudex recipiat pro parte absente, secundū Bar. in loco pręalleg. Vel potes dicere, quòd renunciatio non pōt fieri liti & causę, si aduersarius nō vult stare renūciationi, quādo sua interest sententiā diffinitiuā ferri. & hoc casu posset saluari opi. Bar. vt concludit Bal. in d. l. postq̄. & clarius in l. destitisse. ff. de iud. in prin. aliàs nō video quomodo procedat, quòd posit ferri diffinitiua. Si verò ille q egit petitorio, posidebat per aliū, tunc potes cōsiderare duos casus: nam si is qui egerit possessorio retinēdæ in iudicio petitorio fatetur se posidere, sicut asserit agēs, optime procedit doctri. Bart. quòd ex assertione aduersarij acceptata per eū qui egit possessorio, poterit se fundare in possessorio in iudicio, & sic de facili ferret sñia. Si verè is qui egit possessorio in iudicio rei vendicatione, non acceptauit assertionem actoris, sed negauit se posidere: tunc ex assertione negata nō posset se fundare: nec tñ per hoc amisit possessionē, quia nō negauit hoc animo, sed vt effugeret iudiciū petitorij: vt elegāter tradit Bar. in l. fi. circa prin. ff. de rei vendi. Hoc tñ casu, quia agēs interdicto nō pōt se fundare ex assertione aduersarij, iudiciū possessoriū non erit ita expeditū: sed is vincet, qui melius probabit, ex quo is qui posidet per aliū agendo petitorio nō potuit renūciare suę possessioni: vt s. fuit dictū in iij. lect. ¶†Circa septimā & vltimā cōbinationē adde dictis Bar. dū dicit, quòd si duo agūt simul petitorio & possessorio ab vtraq; parte, quia quilibet pretēdit se dñm & possessorē, quòd tūc cognoscit prius super possessorio rōne ordinis & cōtrarietatis, alleg. gl. in l. incerti. C. de rei vē. Nā hoc videt limitandū sing, nisi partes agant hoc modo super iure incorporali, in quo vnusquisq; pōt dicere se dñm & possessorē, & procedūt libelli directo cōtrarij. Ita dicit no. Bald. in l. j. §. in primo. in vlti. col. C. de cadu. tol. Qđ dictū nō videt verū, cū reuerētia: quia etiā in duplicibus iudicijs, in quibus quilibet dicitur esse actor & reus, nō procedūt libelli directo contrarij, ex quo per vnū iudiciū intētatum idē omnino pōt cōsequi alter per viā exceptionis: ita probat in l. queadmodū. de iud. p quæ ita decidit Bal. ibi[a] cōtra ea quæ dixi in d. §. in primo. Vnde sicut non admittuntur in alijs iudicijs duo libelli directo contrarij, secundùm Innocen. in c. cùm contingat. de officio delega. & per Moder. in capitu. in præsentia. in princip. de probatio. & per Bald. in repetitio. sua in l. edita. C. de eden. ita nō admittuntur in iudicijs duplicibus. Vnde in casu nostro etiā in possessorio retinendæ, quod est iudicium duplex: vt l. secūda. ff. de interdi. & l. si duo. §. item videamus. vti posi. non debent admitti duo libelli contrarij. Explicatis cōbinationib9, tractat hic Bartolus duas quæstiones solennes. Prima quæstio est, quādo ista remedia nō possunt simul cumulari, an procedat iudiciū, si pars non opponet. Secūda quæstio est, vtrū in iudicio possessorio debet lis contestari. ¶Circa primā quæstionē adde inquantū dicit, quòd qñ impeditur cumulatio ratione ordinis seu prioritatis, procedit iudiciū, si nō opponatur exceptio. Istud idē dicit in auē. hoc si debitor. in fi. C. de pigno. & in l. prolatam. C. de senten. & in l. ij. C. communi diui. vbi est †glo. adde sing. doct. Bal. in l. negandā. C. qui accu. nō pos. vbi dixit, quòd etiam si iudex habeat arbitriū à statuto procedē di liberè, vt vult, tñ nō poterit reijcere exceptionem ordinis, qñ illa exceptio fundat super mero iure positiuo: sicut in l. per maiorē. ff. de iud. & l. fina. C. de ord. cogni. & hoc modo forte posset intelligi doctrina sua in l. fina. §. sed & si quis. C. cōmunia de leg. vbi determinat, vtrum ista exceptio ordinis debeat admitti ab arbitratore. Itē adde, quia pōt dubitari, vtrū ista exceptio ordinis sit opponēda ante lit. cōte. super quo vidisti Bar. s. in quarta combinatione, tenentē quòd sic, ita quòd post lit. contest. non poterit opponi: & credo quòd ista opinio sit verissima, cū ista exceptio sit declinatoria, seu dilatoria: iuxta l. fi. C. de excep. & l. exceptionē. C. de proba. & hoc tenet ibi Cy. in v. q. in qualibet exceptione ordinis. & sequitur ibi Bal. & in l. conuēticulam. C. de epis. & cle. vbi loquitur, de excep. excusionis. Hoc etiā tenet Bar. satis clare in l. exceptiones. j. de excep. †dū dicit, quòd quælibet exceptio ordinis est dilatoria: & sic debet opponi ante lit. cont.[b] Pro quo vide tex. in c. ex con questione. de resti. spo. cū glo. sua, quæ tñ limitat hæc ibi singulariter, vt hic refert do. m. nisi pars fuerit impedita per iudicem eam opponere ante litem cōtesta. Sed attende, quia Ioā. And. in c. frequēs. de restit. spo. lib. vj. allegans Specu. in titu. de petitorio & possessorio. §. ij. in princi. dicit vnū, qđ est valde nouū in ista materia, videlicet † quòd qñ ius agentis in vno iudicio est notoriū, tūc nō pōt opponi exceptio ista spoliationis in vi declinatoriæ: qa pl9 est ius agētis esse notoriū, q̄ litē esse cōt. qđ dictum est valde dubiū: nā vt dicit Bal. in l. nō epistolis. C. de pba. exceptio ordinis non repellit, etiam rōne euidētis calūnię: vt dicit do. Anto. in c. fi. de iurament. calum. quòd licet aliqs sit cōfessus de iure aduersarij verè vel fictè, non tamen impeditur proponere exceptionē declinatoriā: intellige quādo ex confessione nō induceretur litis cōt. qđ pōt esse, qñ in causa ciuili reus cōfiteretur ex interuallo ad propositū actoris: iuxta no. in l. j. C. de lit. cōt. vel qñ non pręcessisset libell9, iuxta l. si debitori. C. de iud. Et tñ pro ista doctrina multū facit elegans & sing. doc. Bal. in l. prius. in vlt. q. C. qui accu. non pos. vbi dixit, quòd si statutū reseruat exceptiones declinatorias post lit. cōt. & reus cōfitetur delictū, nō poterit allegari exceptio declinatoria: nisi reddat iudiciū retro nullū de sui natura. Sed quia leges allegatæ per eū non probāt, hic articulus remanet dubius: nā dicere quòd plus operet notoriū q̄ litis cōte. vt dicit Io. Ang. nō videt verū, quia post litis cōt. est quid impute tur parti, cur nō antè opposuit: quæ ratio nō habet locū, quādo quis excludit ratione notorij. Posset tñ forte saluari ista doctrina, iuxta no. dis. Bal. quā s. adduxi in l. neganda. C. qui accu. nō possunt. dicamus, quòd si sentētia lata in petitorio non parit exceptionē rei iud. in possessorio recuperandæ, sicut dixit Bar. s. in prima lec. hoc priuilegiū, quòd prius agat super possessorio, suspēso petitorio non poterit allegari, quando ius agentis est notoriū. Sed si tenemus aliam opinionem, quòd sententia lata super petitorio pariat exceptionē rei iudica. in possessorio esset maius dubiū. Sed tamen adhuc videtur esse dicendū idē: quia ex quo ius est notoriū, nihil interest agētis possessorio, quòd procedat super eo, quòd etiā si nō procederetur ista except. tanquàm notoria, posset opponi in iudicio possessorio, quinimo videtur interesse sua, quòd procedat iudiciū super petitorio: quia si notorium oritur ex sententia iam lata, posset retractari illa sententia, & sic spoliatus lucraretur, cùm non posset postea opponi exceptio tanquam notoria. Vnde saltem in notorio sententiæ magis interest sua quòd procedatur, q̄ quòd non procedatur, si exceptio notoria obstaret agenti possessorio: vt s. dixi. ¶†Secundò adde, quòd quando proponitur possessorium recuperandæ, licet aliter proponens non excipiat, quòd petitorium debet suspendi: propositio tamen possessori ipso iure importat vim exceptionis ad suspendendum petitorium: ita dicunt docto. post Ioan. Andre. qui hoc tenuit in c. ex conquestione. de restitutio. spoliato. & videtur probari per illū tex. nā ibi fuit propositū possessoriū ante lit. cōt. super petitorio, & dicitur ibi quòd pars iustè appellauit: quia proposito possessorio iudex volebat procedere super petitorio: & sic patet, quòd petitoriū erat suspensum ex sola propositione possessorij, licet exceptio non fuisset opposita. Pro ista conclusione not. Abb. Moder. text. in capitu. literas. de resti. spolia. in primo no. & licet Hostien. & quidam alij tenuerint aliter, tamen opi. communiter approbat per Moder. pro qua vide

[a] ¶Bal. ibi. Quem refert do. Iaso. May. hic in fi. xxvj. col. nō reperire.

[b] ¶Cōte. Vide quæ late & no. habētur per Fel. in c. excep. de except. in iij. col. cum seq.

videtur hodie casus in cle.j.de causa pos.& proprie.quem ibi no.gl.ad hoc. Et si ista cõclusio est vera, falsum est quod dicit Bar.in prin.huius q.ꝙ ad hoc vt suspẽdat vel impediatur cumulatio petitorij,requirat ꝙ opponatur exceptio:quod prius debet cognosci de possessione,quàm de proprietate. Quinimo secundũ Bar.s̃.in iiij.cõbinatione.ista exceptio debet proponi ante litẽ cõt.& hoc videt verũ de iure ciuili maxime: qa l.ij.C.de appel.videt probare,ꝙ exceptione non opposita licet sit actũ possessorio, tñ põt procedi sup petitorio. Vnde possumus dicere,ꝙ iura allegata in oppositũ habẽt locum de æquitate cañ.in causis beneficialibus, vel spũalibus, in qbus in ista materia multũ statuunt spũalia, quæ nõ seruant in rebus prophanis: vt patet ex dictis super j.elec.& hoc est de mente Io. An.vt s̃.retuli in alio casu in ti.de peti.& pos.§.sciendũ.ver. sed pone.in quadã additione parua. Tertiò adde circa q.præmissam,inquantũ Bar.dicit,ꝙ quãdo actiones tollunt per electionem,si est proposita prima,& postea intentatur secunda, non est opus exceptione propriè sumpta, qa secunda actio est sublata ipso iure:alle.hic,& ĩ d.l.edita.C.de edẽ. vbi idẽ dicit tex.in l.fi.C.de codi. in qua cũ reuerentia hoc non dicitur: & dato quòd hoc diceretur,ibi loquitur in remedijs quæ non solùm electione tolluntur,sed etiã sunt cõtraria exercitio: sicut agere ex testamento,vel ex codicillis ab intestato.Imo videtur cõtraria origine,qđ est fortius;quia causa testati & intestati non possunt cõcurrere.l.illud.de acqui.hære.& l. quandiu. eo.tit.Sed ibi sola electio est illa,quæ præiudicat actione seqnti:tũc ista cõclusio est multũ dubia, & cõtra eã videtur tex. cũ gl.in l.rescriptum. §.si pacto.ff.de pac.vbi patet, ꝙ qui elegit excipere propter pactum de non petendo, cogitur remittere ius actionis:& sic patet, ꝙ actio non erat sublata ipso iure. & ita intelligit hic gl.Secundò adduco tex.no.in l.si cũ exceptione.§.eũ qui.ff.qđ met.cau.vbi probatur,nõ impropriando literã,ꝙ per electionẽ vnius actionis cõtra alterã paratur exceptio:& ibi ita tenet gl.qñ ex prima actione executio non fuit facta. Tertiò probat clare in l.nõ solum.ff.de rei ven.†vbi dicitur,ꝙ si agens rei vendi.vult sibi satisfieri de dãno rei in illo iudicio,quærendũ est vtrũ cogat remittere actionem legis Aquiliæ:sed remissio non caderet, si actio esset sublata ipso

20 iure:†qa quod nullum est,amplius tolli vel annullari nõ põt. l.nã & si.§.rũpendo.ff.de iniu.te.& ex hoc sequitur, ꝙ semp est opponenda exceptio in secundo iudicio per partẽ.Item ꝙ iudex nõ posset repellere agentẽ ex officio suo, sicut qñ quis agit sine actione,nisi secũdũ distinctionẽ positam in gl.quam ibi declarat Bar.in l.si vnus.§.in opponendo.ff. de pac. Si aũt tenes,ꝙ actio sit sublata ipso iure:vt cõiter tenẽt doc. tunc iudex poterit repellere agentem ex officio,iuxta l.vbi pactum. C.de trãsact. Ita declarat Bald.dicta Bart.hic in l.edita.in iiij. char.in vlt.col.C.de edẽ.in repe.pa.nã si iudex nõ repelleret, & pars nõ opponeret,valeret iudiciũ.l.cũ putarẽ.ff.fami. erci. & Bar.in l.si Titius.de ver.ob.maxime in casu nostro,qãdo actio competit à principio,& postea desijt cõpetere ipso iure. Casus est no.quẽ ibi põderat Bart.ad hoc in l.ij.in princ.ff. de do.ꝑleg. Quartò adde dictis Bar.inquãtũ ipse dicit, ꝙ si ꝓponens duo cõtraria in codẽ libello ꝓsequitur vtrũq; vsq; ad finẽ,debet sequi absolutoria:nã ipse non declarat bene,ex quo capite ista absolutoria sequatur:& si respicias ad principiũ qõnis,ipse dicit quærendũ esse vtrũ iudiciũ sit nullũ, vel debeat sequi absolutoria. Vnde quãdo postea dicit in isto articulo,ꝙ debet absolutoria sequi,videt sentire quòd processus non sit nullus,& ꝙ absolutoria sequatur, q̃ sequi solet propter obiectũ exceptionis declinatoriæ,quæ est absolutio ab obseruatione iudicij:vt in auť.quod fieri.C.de dila.& hoc patet, dum dicit quòd absolutoria debet seq: quia agẽs repellit seipsum: quod dictũ põt sic declarari,s.quòd iste effectus repulsiõis duret vsq; ad finẽ causæ.Sed hoc non videt bene dictum, quia si proponitur exceptio declinatoria ante lit.cõt. & postea cõtestat lis sine reseruatione exceptionis,videt renunciatũ illi exceptioni declinatoriæ,nec põt amplius super ea procedi,secundùm gl.& Mod.in c.ex conquestione.s̃. allega. Sed saluando dicas,ꝙ quia partes cõsentiunt cõtestari litẽ sup libello cõtinẽti contraria,& etiã iudex,de tacito consensu partiũ & iudicis videtur reseruata ista declinatoria,quod expresse fieri põt:vt no.in c.cũ contingat.de offi.delega.& in c.ad dissoluendũ. de despon.impu.& Bal.plene in l.peremptorias.C.sen.rescin.nõ pos. Aduerte tñ:quia dum Bar.in ista cõclusione alle.l.scriptu ræ.de fi.instru.& l.vbi repugnãtia.de reg.iu.in quibus probatur,ꝙ contrarietas in dispositione reddit eã nullam,videt sentire ꝙ ꝓcessus sit nullus,& sequat absolutio ab obseruatione iudicij ex nullitate processus:& hoc sequitur Bald. & melius iudicio meo in l.edita.in v.char.C.de edẽ.in rep. Paduana.& in l.ordinarij.circa mediũ.C.de rei ven.vnde sequitur absolutio ab obseruatione iudicij,ratione nullitatis ꝓcessus: sicut in c.examinata.de iudi.¶Pro ista conclusione facit optimè tex. secundũ vnum intellectũ in c.exiuit.extrà,de iudi. vbi d. An

21 to.dicit eleganter,†ꝙ quãdo iudex ꝓcedit simul & semel,super declinatoria,& super meritis causæ,ista repugnãtia facit ꝓcessum nullũ,si fiat corã eodẽ iudice:secus si corã diuersis iudicibus.exemplũ in c.tuã.de ordi.cogni.& illã opi.ibi sum secutus,quæ etiam tunc placet. Hæc aũt conclusio limitãda est du

22 pliciter.†Primò,qñ duo remedia cõtraria intẽtantur in eodẽ libello,nõ copulatiuè,sed alternatiuè:nã tunc ꝓcedit iudiciũ, nisi pars petat libellantem eligere. Casus est no.in l.Papi.§.si quis irritũ.ff.de inoffi.testa.& ibi hoc tenet Ang.expresse,& est consonũ rationi:quia ille qui ꝓponit remedia cõtraria alternatiuæ,non repellit seipm,quoniam nõ intentat vtrũq; simul,sed hoc vel illud:libellus autẽ alternatiuus licet pariat obscuritatẽ,ꝑtor eligit.§.quod aũt.ff.de iudi.ꝑ hoc tñ nõ red

23 dit ꝓcessum nullũ,si pars nõ opponat:†quia etiã libellus generalis,qui parit obscuritatẽ, ꝓcedit parte nõ opponẽte.l. fi.

24 C.de anna.exce.†Secũdò est limitandũ,nisi ex iuris interpretatiõe incõpatibilitas reducat ad ordinẽ cõpatibilẽ. Casus est no.secũdũ Bal.ibi in l.si res.C.de ord.cog.facit optime quod no.Bar.in l.quidã cõsulebat.j.de re iudic.in q.de eo qui ꝓponit plures exceptiones incõpatibiles simul.† Sed aduerte: qa videtur similiter posse dici,ꝙ deducẽs in libello duo cõtraria copulatiue possit deduci ad sanũ intellectũ,intelligẽdo ꝙ copula resoluat in alternatiuã,sicut solet fieri,qñ ponit inter dispositiões incõpatibiles.l.si Titio fundus.de vsufr.le.vbi Bart: & per eundẽ in l.j.vel in rub.s̃.de ꝓcu.Sed hoc non videt admittẽdũ in iudicijs cũ tex.in l.ij.§.sed si alius.qñ appel.sit.simpliciter dicat,ꝙ allegãs cõtraria repellit seipm. Vnde teneamus,quod s̃.dixi in ista difficili q.Et inquãtũ Bar. hic dicit,ꝙ si ex duobus cõtrarijs quis ꝓsequitur vnũ,valet processus factus sup vno:nã hoc nõ videt verũ ex supradictis. Aut enim ista ꝓsecutio fit post litẽ cõtest.sup vtroq;,& tunc ista doctrina videt impossibilis,cũ ratione repugnantiæ litis cõtest. fuerit nulla:vt s̃.dixi. Aut ista ꝓsecutio est cœpta fieri ante litẽ contest.& tũc videt idẽ in causis,in quibus libelli oblatio est de solẽnitate substãtiali,sicut est regulariter auť.offeratur.C. de lit.cõt.nam si libellus fuit nullus,pinde est ac si non interuenisset.l.iiij.§.cõdẽnatum.de re iud.l.nõ putauit.§.nõ quis. de contratabu.Sed si nullus libellus interuenisset,non procederet iudicium:ergo &c.& ista dicta plus placet mihi, quàm id quod alias scripsi in l.edita.C.de edẽ.sup isto articulo.Vbi aũt libellus nõ est necessarius,nec lit. cõtest. forte posset ꝓcedere ista doctrina,si prosecutio super vno erit facta, tenẽdo id

25 quod cõmuniter tenetur,†ꝙ quãdo solẽnitas non requiritur necessario,si sit adhibita ineptè,non vitiat actũ:[a] vt dicit glo. in l.vinũ.ff.si cer.pe.& ego plene scripsi in c. examinata. extrà,de iud. Nunquid aũt duo remedia cõtraria in eodẽ libello possint proponi cõditionaliter,vide quod not.ponit Bal.in l. si de vi.ff.de iud.vbi dicit elegãter ꝙ non. Vnde non possum agere interdicto,vti possi. & si constiterit me non possidere, vel aduersariũ possidere,agere rei vendi. Et credo istã doctrinam verissimam:†quia licet reus excipiendo possit opponere duo contraria, vnum purè,aliud sub cõditione, secũdùm Dy. in regula,nullus pluribus.de reg.iur.hoc tamen non permittitur actori,vt ibi per eum,& per Bar.in l.nemo.j. de except. Vtrum autẽ quando cumulatio impeditur ratione ordinis, quia vna ratio est præparans,alia præparata,procedat cumulatio:vide quod ponit Bald.& Ang.perfectius post eum in l. q de inoffi.s̃.de inoffi.test.& tex.bonum cum gl.in l.j. in prin. j.ad exhi. Et aduerte:quia ad illam conclusionem quã s̃.diximus,quòd ex quo oblatio libelli fuit nulla,non poterat actor prosequi vnum ex cõtrarijs,non obst.text.quem adducit hic Bar.in l.j.§.quod autem ait.j.quo.le. quia ibi propter incertitudinem ex facto aduersarij libellus ꝓcedebat,nec erat nullus.Item adde inquãtum Bar.in vltimo membro huius q.dicit,quòd quando quis intentat in diuersis libellis duo remedia cõtraria,si quæritur vtrum sit opus exceptione ad impediendum processum,secundùm eum, pendet ab illa q. vtrum duo remedia contraria ipso iure non concurrãt, an verò concurrant quidem in origine,sed non in exercitio, ita quòd agẽti obstet exceptio:in quo dicit fuisse varietatem inter glo. & Vltramon. Nam adde secundùm Imo.& certe distinguendũ esse,sicut Bart.in l.j.C.de fur.videlicet quòd aut contrarietas est in origine,& tunc non potest nasci actio ex vtroq;, iõ proponens remedia contraria, quia nõ apparet ex quo eorùm cõpetat actio,dicetur agere sine actione. Aut sunt contraria in exercitio: & tunc nõ dicetur agere sine actione,quia ex vtro-

[a] ¶Actũ. Tu de hoc vide no.Fel.in c.inter dilectos.de fide inst.in iij.col.i ver. & aduerte.circa primum versi.

que est orta actio ipso iure, & ideo debebit opponi exceptio, aliàs iudiciū procederet. Et per hæc iste subtilis articulus est optime expeditus. ¶ Itē adde dictis Bar. in iiij. q. prin. dū quærit, vtrū in possessorio lis sit cōtestanda: respōdēdo optime rationibus Gul. ꝙ cōtra determinationē suā facit optime tex. in l. momētaneæ. C. vnde vi. vbi dicit, ꝙ interdicto recuperādæ agens, debet mox audiri. & sic videt, ꝙ celeriter debet expeditio fieri huius iudicij. Sed Imo. rñdet, & bene, ꝙ illa verba significant illud iudiciū esse summarium. Sed per hoc nō tollit, quin debeat lis cōtestari: vt patet in l. iij. §. ibidē. ff. ad exhi. iuxta l. tigni. §. itē si municipes. ff. e. ti. & quòd istę dictiones importātes celeritatē, vt mox, statim, illico, significēt iudiciū esse summariū,[a] tenet Bar. licet ipse nō allegat in l. res quæ. §. j. de iure fis. & in l. pe. circa prin. C. depo. Sed istud dictū non videt verū: quia cū in possessorio sit facienda plena probatio possessionis. l. j. C. quo. bo. ergo iudiciū quod reddit summariū, cùm non posit dici summariū rōne probationis, dicet summarium ratione ordinis, vt posit omitti secundū Bar. in l. j. §. pe. quasi circa prin. j. de præto. stip. Bene facit quod ipse not. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agno. & sic videtur ꝙ nō requiratur litis contestatio. Sed ad hoc est respondendū, secundùm Bar. in extraua. ad repri. in verbo, summaria. ꝙ non pōt cōmitti ordo substātialis, licet probatio debet esse plena, sed possunt abbreuiari dilationes. Itē repellit exceptiones habentes altiorē indaginē. & hoc ibi tenet expresse Bart. in iudicijs possessorijs, ex cuius dictis declarantur ea quæ ipse posuit in locis p̄alle. Et pro cōi sentētia gl. ꝙ requiratur litis cōtestatio, est hodie casus secundū vnū intellectū, quē adducit hic Io. de Imo. in c. ij. extrà, vt li. nō cōte. Non obstat c. cōsultationib⁹. in fi. de offic. dele. quia cōmuniter intelligit, quòd ibi lis erat contestata. Et ad materiā vide quod no. Bal. in l. incerti. C. de interdi. & in dispu. sua quæ incipit, accusatus de vi turbatiua. vt refert do. meus hic. adde etiā gl. & quod ibi ponit Bal. vltra eos in l. quinquaginta. ff. de excu. tu. quæ vult, ꝙ quādo iudiciū intētatur cōtra incertam personā, non requiratur litis cōtest. quod dixit hic Bar. ad intellectū l. fi. de edic. diui Adri. vide omnino eleganter Bart. in l. ij. ff. si ex noxa. cau. aga. vbi dixit sequendo dicta Spec. ꝙ vbicūq; agit officio iudicis nobili, sicut agitur in possessorijs, regulariter requiritur litis cōte. nisi pars sit absens, & non posit bene succurri actori per primum & secundū decretum: secus est, si procedat iure actionis: quia tunc etiam si non posit succurri per primum, & secūdū decretū, nō ferretur sententia lite non cōte. quod est valde nouum dictū in ista materia quo ad secundū: & videtur cōtra ea quæ ponuntur in aut. si oēs. C. si vt se ab hære. absti. & in l. cōsentaneum. C. qūo & quādo iud. Sed non prosequor, quia nō est nostra materia. Et vtrum in causa restitutiōis in integrum cū intentatur principaliter, & incidēter, requiratur litis cōtest. vide quod solēniter ponit Bar. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cau. ma. & quia Bar. respondēdo dictis Gul. dicit hic, seu tetigit, qūo in iudicijs duplicibus vterq; sit actor & reus, adde quod ipse no. in l. j. C. vti posi. vbi dicit sequendo Frā. Accur. ꝙ licet is proprie dicatur actor, qui primo porrigit libellum, iudex tñ poterit condemnare istū reo. i. aduersario, etiā si nullum libellum ex parte sua porrexerit: quod est menti tenēdū. ¶ Circa quartā quæstionē prin. adde dictis Bar. inquantū vult, ꝙ vbi petitoriū & possessorium deducūtur ab eadem parte, sit differentia inter ius ciuile & canoni. quia de iure ciuili pōt terminare vnum sine altero: sed non de iure canonico, secundū eū. Nam hoc dictū non placet hic Imol. quia idē videtur esse de iure can. ꝙ vnū posit terminare sine alio: vt probatur secundùm eū in c. ij. de causa pos. & proprieta. & sentit Io. An. in c. pastoralis. co. ti. & licet Bal. hic dicat, ꝙ gl. in d. c. ij. sentit hanc differentiam, hoc est intelligendū secūdū Mod. ꝙ eam sensit secundū opi. Io. Sed eandem in fi. glo. manifeste dicit, quòd vnū potest terminari sine alio, & quòd in hoc ius ciuile non resistit canonico: & hanc opinionem aliàs ego sum secutus, & nixus sum probare, ꝙ text. in c. cùm dilectus. in fi. loquitur, quando possessorium fuit intentatū ab vna parte, & petitorium ab alia: inducebam literam in fin. dum dicit, quòd sententia lata in petitorio præiudicat in possessorio, quo ad executionē, quod nō esset verum in possessorio, si fuisset intētatū ab eadē parte, & in vtraq; vicisset actor: imo fieret executio tā snię latæ in possessorio, ɋ̃ in petitorio. Nūc aūt cogitādo diligētius, video ꝙ ab istis impugnationibus pōt defendi opinio[b] Bar. nam tex. in c. ij. si bene respicias, asignat rationem decidēdi: quia hoc est expressum in iure ciuili, ꝙ posit procedi super possessorio, suspēso petitorio. Ex qua rōne assignata satis patet, de quo possessorio intellexit summus pōtifex, s. qñ fuit intentatum ab eodē petitoriū, & interdictū retinēdæ: quo casu bene est expressum in iure, ꝙ prius debet expediri possessoriū. l. incerti. cum simi. s. alle. Sed de possessorio adipiscēdę vel recuperādę, quę de iure ciuili & cano. possunt simul cumulari ab eodē, vt dictum est s. in prima cōbinatione. hoc non reperitur expressum alicubi, & videnť stare rationes Bar. & leges alle. per eum de iure ciuili, quæ probāt hanc conclusionē verā, non tamē loquūtur specificè & expresè in possessorio & petitorio adipiscēdæ vel recuperandę simul cumulatis. Quia ergo ratio restringit dictū l. cū pater. §. dulcisimus. de leg. ij. in l. Lucius. de ali. & ci. leg. ideo tex. in c. ij. ne pōtifex dicat falsum, debet restringi ad interdictū retinēdæ. Nō ob. ꝙ in illo c. ij. est verbū, posit. & sic videt innui, ꝙ si iudex vellet, posset procedere super vtroq;: qđ videt imposibile in petitorio & iudicio retinēdæ, ratione cōtrarietatis, vt s. in prima cōbinatione: quia hoc possumus dicere, ꝙ verbū, posit, exponitur, id est debet, sicut aliqñ ecōtra verbū, debet, exponit, id est pōt: vt no. in l. sæpe. de offi. præsi. & l. obseruari. §. fi. de offi. procon. & lega. Vel potes intelligere illū tex. ꝙ agat simul petitorio & possessorio retinēdæ: sed in diuersis iudicijs & instātijs, quo casu si pars nō opponeret, procederet iudiciū, & sic posset procedi super vtroq;, vt fuit declaratū s. in ij. q. principali. Textus etiā in c. cū dilectus. in fi. pōt æque bene intelligi, si petitoriū intētatur vnà cū possessorio ab vna parte, sicut si ab vno intētaretur possessorium, ab alio petitoriū. & erit eius intētio ista, ꝙ si ab eodē ista duo intētātur, sententia lata super ꝓprietate nō semper, sed aliqñ extinguet cām possessorij. verbigratia: si sit sentētia lata super possessorio ꝓ agēte, & super petitorio pro reo cōuēto: siue em̄ reus sit absolutus, quia est dñs, siue actor nō probauit in petitorio, snīa lata super proprietate præualebit sentētię latæ super possessorio: vtrūq; probat in c. cū ecclesia. in fi. eo. ti. & eodē modo in casu ecōtra qñ ab vno esset actum petitorio, & ab alio possessorio, aliquādo causa proprietatis extingueret cām possessionis, & aliqñ nō: verbi gratia, si feratur sentētia pro actore in petitorio, & in possessorio pro agēte possessorio, causa proprietatis extinguet cām possesionis in executione. Si autē sentētia ferretur absolutoriè pro eo qui egit possessorio, tunc proprietas nō extingueret cām possesionis, ex quo agens possessorio in vtraq; obtinuit. Vnde bene posset defendi opi. Bar. Quia tñ discordia iuris canonici & ciuilis est vitanda, possumus restringere tex. in d. c. cū dilectus. vt intelligat eo casu, in quo etiam de iure ciuili ista duo iudicia sunt vna sentētia termināda, videlicet qñ petitoriū intētatur ab vno, & possessoriū ab altero, vt statim dicemus. Secūdò adde inquantū hic dicit, ꝙ si vnus intētat possessoriū, & alter petitoriū, ista iudicia debēt simul terminari, iuxta regulā quæ ponit in aut. & cōsequēter. C. de sen. nā hoc videt intelligendū secundū Imo. hic, qñ prius fuisset intētatū petitoriū, & pòst possessoriū à parte diuersa: tūc em̄, quia verisimile est ꝙ iudicium reconuētionis expediat, cū sit summariū eodē tempore quo petitorium, nil obstat cur nō procedat recōuētio. Si autē prius esset intētatum possessoriū, & sic summariū iudicium, videtur ꝙ nō posit cumulari petitoriū, vt expediat simul cū possessorio: quia nō est verisimile, ꝙ tam cito posit expediri, sicut expedict iudiciū prius intētatū: iuxta ea quæ habētur in d. aut. & consequēter. & in c. j. de mutu. pe. Super quo vide qđ no. dicit Bar. faciēdo istam differētiā in l. sed & hę. §. nō solū. ff. de procu. Vide etiā gl. no. vbi Bal. & Ang. in l. sed si restituat. in prin. s. de iud. quę videt velle, secūdū dictos doc. ꝙ in iudicio summario non admittit reconuētio, sed debet intelligi ꝙ nō admittit reconuētio [c] iudicij ordinarij. Vñ dicit Imo. hic, allegans gl. in cle. sępe. de ver. sig. ꝙ si causa reconuētionis, quæ est de sui natura plenaria, efficit summaria per rescriptū principis, tūc etiā de ipsa poterit fieri reconuētio in iudicio summario. Tu aūt not. glos. fin. in d. clemē. sæpe. in verbo, voluerit. quæ dicit, ꝙ si causa prius mota est summaria de sui natura, vel est facta summaria ex cōmisiōe facta ꝓprio motu principis, nō poterit reus recōueniēdo intentare cām, quæ nō sit summaria per regulā dictam: sed si prima causa est summaria ex commisione facta ad petitionē partis, tunc poterit agēs recōueniri pro causa non summaria, & cōmunicabitur priuilegiū primæ causæ reconuētionis, vt super vtroq; ꝓcedatur summariè. qđ est singulare verbum. Et ad materiā vide omnino qđ singulariter ponit Bal. in l. fi. C. quibus ad li. pro. non lic. vbi declarat, quando reus rñdēdo libello actoris cōfitetur intētationē ipsius, nūquid admittat reconuētio, & ad quē effectū, & vtrum conuētus vna actione posit agentē reconuenire pluribus iudicijs, etiā intētatis separatim: vt Bal. no. in l. omnium. & l. seq. s. de procura. Postremo dominus meus hic ad ea quæ s. fuerant dicta in j. lectu. videlicet vtrum agenti possessorio recuperandæ, obstet

a ¶ Summariū. Adde do. Ias. May. hic in vlt. col. & eundem Are. in l. lex Corn. s. de vulg. & pupil. vbi quot modis ponat dictio, mox.

b ¶ Bart. Tu vide hic in fi. do. Ias. & adde d. Ale. de Imol. in cōsi. xlv. in iij. pte.

c ¶ Recōuētio. Tu ad materiam hāc vide nō. d. Bar. Soc. ī cō. cxlvij. inc. nō inutilis. vers. ij. cōcl. cum vers. seq. ī ij. parte.

ftet exceptio proprietatis:adducit quādā singularē decisionē dñorum de Rota.decis.xviij.secundū eū:sed secundū Abb.est xxj.vbi volūt, ꝙ si aliquis est spoliatus quasi possessione beneficij,& agit interdicto recuperandæ,pōt opponi sibi exceptio,quòd beneficiū fuit reseruatum specialiter pro ipso spoliatore.Et hoc dicunt duplici ratione:quia reseruatio pōtificis inficit nō solū dominiū,sed etiam possessionē,vnde nō trāsfertur possessio cōtra reseruationē.Cū igitur ista exceptio cōcernat nō minus possessionē,ꝙ proprietatē,meritò poterit opponi cōtra spoliatū.c. olim. el ij.de restit.spol.& s.diximus circa primam lect.Secunda ratio eorū est, quia hoc ipso quòd est producta reseruatio,videtur esse factū notorium de nō iure petētis restitutionē,quæ exceptio obstat in beneficialibus: vt c.constitutus.& quod ibi per Inn.de fil.presbyt. & plene in c. in literis. de rest.spol.& hanc decisionem refert dominus Abb. Moder. & sequitur in c.in literis.in vlt.char.de restit.spol.per rationem primo loco assignatā.Hanc decisio.ego allegaui,sed sub alio numero,in l.j.§.si vir.s.cod. & do.Domi.allegātem eam in c.ij.vt li.pen.in vj.quæ decisio licet sit multæ autoritatis,nō tamen bene videtur fundari in iure : licet enim text.in c. si eo tempore.de elec. lib. vj. dicat, quòd quando est facta reseruatio post electionē,licet electio valeat,omnia quæ postea sequuntur carent effectu.Ille tex.potest intelligi de his quæ sequuntur ita ad electionē, vt sine ea esse non possit,sicut confirmatio & trāslatio iuris in illo beneficio,in quo nō potest acquiri ius sine institutione cano. regula, beneficium.de reg.iu.Sed possessio,vel quasi,bene pōt haberi in beneficio sine vllo iure:vt in c.in literis.& c.item cū quis.de rest.spo. Ergo vt cōcordemus iura iuribus,de tali sequela non est intelligendū : vt enim declarat Bar.no.in l.non dubium.C.de leg.in vl.char.cuius dicta plene declaraui in l.j.§.si vir.s.e.quando actus principalis est nullus,id quod sequitur ex eo,vel ob id non valet,si non poterat stare sine principali:secus si sine eo posset habere effectū.Vnde ibi infert,ꝙ quia dominium pōt transferri ex causa putatiua non vera,& sic pōt causari, etiā si contractus non est factus,nullitas contractus nō impediet trāslationem dominij. Sed multo facilius potest acquiri possessio sine causa,ꝙ dominiū,vt patet ex no. per Bar.in l.quod meo.in princ.j.e.ergo ista ratio fortius militat in possessione.Secunda ratio videt̃ minus procedere,videlicet ꝙ ex productione reseruationis fiat notorium de non iure spoliati:quia cùm reseruatio possit esse subreptitia,vel tacendo verū, vel allegando falsum, vel si est concessa proprio motu,in multis casibus possit non habere locū ex defectu intentionis concedētis:iuxta ea quæ habentur in c.si motu proprio. de præben.in vj.& in cle.si Romanus pontifex.e.ti.Si pars cōtradicit reseruationi,vel adhuc nō est lapsum tēpus contradicēdi, non video quomodo productio inducat notoriū:quinimo etiā si esset lapsum tēpus,q̃d de falsitate instrumenti pōt aliqñ dici post sentētiam:vt no.in l.diuus.de re iudi.& in c.cū venerabilis.de excep.& ad minus, quia iudex nō declarauit tacite vel expresse instrumentum esse verū,idem credere ꝙ ex isto instrumēto nō induceretur notoriū.Vnde dicit Bal.eleganter ad propositū in l.etiā.C.de exe.rei iud.† ꝙ instrumētū productū in iudicio, quod pars negat,nō facit rē esse liquidam & notoriā,nisi sit instrm guarētigię, quod habet executionē paratā vt sentētia:& licet forte quo ad effectum opponēdi peremptoriā in vi declinatoriæ,quod est multum præiudicij, aliud posset dici,quod sing.tradit Io.An.in ti.de excep.§.dicto.ver. sed an reus.& dñs Ant.in c.si.de libel.obla.& in c.sup literis. de rescri. Quātū tamen ad auferendū priuilegiū agēti possessorio recuperādæ, istud dictū ego nō admitterē,vnd̃ ista decisio redditur dubia de iuris subtilitate: obtineret tamen in practica propter autoritatē tātorū.Vltimò aduerte, quia ego aliàs scribēs super isto §.circa quartā cōbinationē in fi. ipsius feci vnā additionē,quā nō dedi in scriptis,cū scriberē super ea,quia visa est mihi valde dubia.Nūc vero cogitādo diligentius dico inquātū dixi in d. addi.ꝙ qñ prius est actū petitorio ab vna parte, deinde agitur possessorio retinendæ ab altera,ꝙ eo casu quo ille qui egit petitorio videt̃ renunciasse possessioni,poterat procedi super petitorio, & possessorio simul, sed tamē agēs petitorio,qui nūc dicebat se possidere, poterat repelli possessorio,tanquā cōtrarius:vt dixit Bal.in d.cōbinatione, in eo qui prius egerat in petitorio,& post lit.cont.agebat possessorio recuperandæ.Sed inter ista dicta verè est differentia:quia in casu Bar.vbi agitur possessorio recuperādæ,ideo proceditur super petitorio, quia iam super eo erat lis cont.vnde exceptio declinatoria nō poterat repellere agentē petitorio:& ideo repellitur in possessorio,si non asserit se possidere, quia est sibi contrarius, vt dicit Bar.Sed in casu nostro quando est actū prius petitorio,deinde agitur possessorio retinendæ,non præsupponit Bar. ꝙ super petitorio lis esset cōtest.ideo melior videtur opinio Bart.qui hoc casu dicit,quòd ratione ordinis prius procedetur super possessorio retinendæ.Inquantum autem ibi dicit,quòd ille qui egit prius petitorio, & nūc asserit se possidere,repellitur vt contrarius,vel quasi videatur renunciasse iudicio petitorio,hoc non videtur bene dictum:quia cùm agens inter dicto vti pos. dicat se possidere eadem specie possessionis, ergo negat actorem, qui comparet possidere: & sic ex assertione actoris negata non potest se fundare,quo ad hoc vt actor videatur renunciasse petitorio, sicut declarat Bartol. expresse in hoc §. super iiij.lectu.Et eadem ratione,si non potest se fundare ex assertione,non poterit eum repellere vt contrarium:& per hæc sit expeditus hic difficilis §.

SVMMARIVM.

1 ☞Possessio facilius amittitur,quàm dominium, etiam in rebus mobilibus.
2 Volentem vti aliquo iure ex persona alterius, oportet eo vti cū qualitatibus suis.
3 Clandestinitatis vitium videtur esse reale,sicut etiam vitium violentiæ.
4 Contractus resolutio mera nō tribuit titulū:nec pōt dici nouus contractus.& vide in nu.10.
5 Extensio de vno ad alium non fit,quando in correlatiuis non est eadem ratio.
6 Dispositio quæ fit de primo successore immediato,nō trahit̃ ad successorem mediatum in materia correctiua.
7 Hæres tenetur de iure canonico exonerare animam defuncti.
8 Hæres est successor vitiorum & culpæ defuncti.
9 Lex cùm facit mentionem malæ fidei,intelligitur de mala fide vera, nō ficta.
10 Vsucapiendi conditio non quæritur vero domino, nisi post traditionē possessionis sibi factam.
11 Ius plenius & fortius is dicitur habere ex titulo, in quē trāsfertur dominium ipso iure sine traditione,ꝙ ille in quo ad dominij trāslationem requiritur traditio.
12 Successoris appellatione propriè continetur vniuersalis,non autem singularis successor.
13 Bona fides defuncti nunquid hodie de iure cano.faciat hæredē existentē in mala fide præscribere posse.
14 Filij naturales an legitimentur per sequens matrimonium,quādo immediate secutum nō fuit:sed prius cum alia contraxit,deinde ea mortua duxit concubinam.
15 Titulus induci videtur ita ex resolutione contractus, sicut ex ipso contractu.
16 Successor singularis vel vniuersalis an possit sibi cōiungere tēpus prædecessoris vel autoris sui,qui bona fide possidebat,sed non cū titulo vt perficiat præscriptionem longi temporis.
17 Possessio ciuilis & naturalis transferri potest ex precario.
18 Ex persona sua qui præscribere non potest,nequit etiā sibi cōiūgere tempus sui autoris.
19 Verba,cedo,& concedo,idem significant.
20 Præscriptio inchoata suspenditur durante pupillari ætate.
21 Possidens precario ciuiliter & naturaliter, æquiparatur creditori.
22 Vxor constante matrimonio conueniri potest petitione hæreditatis,licet maritus possideat,& non ipsa.
23 Ex contumacia regulariter quis puniri nō debet in amissione causæ,sed alijs remedijs procedi debet.
24 Rei vendicat.an intentari possit contra simplicem detentatorem.
25 Seruus qui rē domino subtraxit,ita dicitur esse in mala fide, vt nō possit etiam contra tertium præscribere.
26 Sententiæ verba ad iudicantis mentem restringuntur.
27 Seruitus sine patiētia ex solo titulo non constituitur,& vsus quæ pro traditione habentur.
28 Dominium vt transfertur,an semper sit necesse, ꝙ post sententiam sequatur traditio.
29 Dominium an trāsferatur in reum, qui est absolutus: quia probauit se dominum.
30 Probatio summaria de sui natura nō facit fidem in iudicio, vbi debet esse plena.
31 Successor singularis nedum vti potest accessione sui autoris veri, sed etiā sui autoris ficti.
32 Successor singularis ita succedit in tempore autoris ex causa lucratiua, sicut ex onerosa.
33 Mala fides superueniens in persona hæredis,non impedit hæredem præscribere.
34 Accidentia sine subiecto considerari non possunt.
35 Ex tēporibus duobus vt perficiatur verum tēpus præscriptionis legitimæ,oportet vtraq; extrema esse habilia.
36 Administrator publicus qui non scribit omnia in libro rationū,& quod non scribit retinet occulte pro se,dicitur prædo.

POmponius. Possessio rei mobilis perditur hoc ipso, quòd eius naturalis possessio apprehendi non potest,præterquam possessio serui. ... hoc dicit.Secunda ibi: nec esse simile &c. ¶ † Nota primo quòd facilius amittitur possessio,quàm dominium,etiam in rebus mobilibus. Licet enim per diuersionem factam in flumine sit amissa possessio,non tamen dominium:vt hic in tex.de quo in l.si quis vi.§. differentia.j.cod.Secundò not.rationem,quare seruus fugitiuus non priuat nos ciuili possessione:& plenius ponitur ista ratio in l.si rem mobilem. in fi. j.codem.de quo dixi aliquid in l.j.§.seruum qui.s.codem.& in l.iij.§.si seruus.

Cùm quis. Successor qui vult succedere in ius autoris sui, succedit cum sua causa, & suis vitijs, sicut emptor.

pôt sibi coniungere tēpus vēditoris, ita venditor tēpus emptoris, resoluta emptione. hoc dicit vsq; ad §. si liber homo. Secūda ibi: ideq;. Tertia ibi: preterea. ¶ †Not. primò, ꝙ is qui vult vti aliquo iure ex persona alterius, oportet ꝙ vtatur illo cū qualitatibus suis. cōc. regula, cū quis in ius. cū ibi no. de regu. iur. ¶ †Secūdò not. ibi: clā vel precario &c. nā quia ista dictio hic parificatur, ideo videtur ꝙ vitiū clādestinitatis sit reale, sicut vitiū violentiæ: & idē videtur dicendū de eo qui possidet precario. & hoc tenuerunt quidā, quos reprobat glo. in verbo, vitijs. in fin. de quo ibi dicetur, super quo etiam vide quod not. in l. fin. C. vnde vi. ¶ †Tertiò semper tene mēti in versi. præterea. ꝙ resolutio cōtractus mera nō tribuit titulum, nec pōt dici nouus contractus, nec est melior text. in iure, per quē Pau. de Castr. hic dicit, †ꝙ si ex forma statuti de quolibet contractu debet solui gabella, non soluitur de resolutione contractus: intellige, qñ resolutio fit ex causa de preterito, sicut in casu nostro: secus si fieret ex noua causa, quia tunc ne fiat fraus legi, ipse sentit ꝙ soluatur gabella. Et hoc credere verum, vbi esset aliqua coniectura fraudis: aliàs hoc non videtur dicendum. Et contrarium tenet Bart. expresse in l. ab emptione. ff. de pactis. & Bald. in l. j. C. quando lic. ab emptio. disc. Sed quæritur pro clariori intellectu huius §. si venditor non videtur habere causam ab emptore, vnde est quòd potest vti adminiculo tempore ipsius emptoris. hoc dicit. Paulus de Castro hic satis obscure loquitur, sed mēs sua videtur esse, quòd hoc contingat propter seruandam æqualitatem: & sicut emptor potest vti tempore venditoris, ita econtra venditor possit vti tempore emptoris, quasi isti duo censeantur eadem persona, & perinde sit ac si interim venditor semper possedisset. Et aduerte, quòd iste tex. clare probat, quòd emptor potest vti tempore venditoris ad complendam præscriptionem, etiā si pòst resoluatur venditio ex actione redhibitoria: & sic præscribit ad vtilitatem vēditoris. Sed ratio contradicit huic æqualitati: quia emptor habet causam à venditore, sed non econtra. †Vnde quando in correlatiuis non est eadem ratio, non fit extēsio de vno ad alium, secundùm Bar. in l. multum interest. de verbo. obliga. bene facit l. j. C. de adult. Posset ergo forte dici, & melius, quòd quando venditio resoluitur ex causa de preterito, contractus retro censetur esse non celebratus: ita videtur probari in l. iiij. §. sed Marcellus. ff. de in diem addictio. vnde nō est mirum, si tempus emptoris proficit vēditori, quia per hanc fictionē censetur nomine venditoris possedisse. & tene mēti, quia sunt necessaria ad intellectum literæ. ¶ In glo. super verbo, adminiculo. ibi: dicit se velle &c. Glo. ista secundùm Bar. ponit duas lecturas ad hunc §. Prima est, ꝙ ille qui vult vti tēpore autoris sui, & illud iungere cū tēpore suo ad præscribēdū, impeditur præscribere, si autor fuit in mala fide. & ista lectu. secundū Barto. est clara. †Secunda est, ꝙ is qui habet titulum ab alio simpliciter, nō pōt præscribere, etiam si velit inchoare prescriptionē à seipso: quia debet vti causa & titulo, cū suis qualitatibus. Sed ista cōclusio videtur cōtra tex. in l. j. C. de præscrip. lon. tem. & l. an vitium. j. de diuer. & tem. prescrip. Gl. vt fugiat hoc contrarium, licet nō signet illud expresse, intelligit hāc secundam lec. in duobus casibus. Primus est in eo qui habet causam ab alio lucratiuam: quo casu dolus autoris nocet successori. l. apud Celsum. §. si ex causa. j. de doli excep. Secūdus est, vt intelligamus hunc text. in successore vniuersali, scilicet in hærede, qui semper succedit in vitium defuncti, siue velit vti actione defuncti, siue nolit. l. cùm hæres. j. de diuer. & tem. præscrip. Sed primum exemplum secundùm Bald. non procedit, tū quia tex. in fi. loquitur in emptore, qui habet causam onerosam: tū quia tex. in §. si ex cā. dicit ꝙ dolus autoris nocet successori, quo ad agendum: sed nos non loquimur in agente, sed in possidente, cui dolus autoris non nocet. Secundum exēplum similiter non placet Bar. quia tex. noster expresse in fi. loquitur de successore singulari. Vnde ipse dicit, ꝙ prima lectu. est vera in vitio personali: secunda est vera in vitio reali. Sed hoc nō videtur posse dici aliquo modo, quia si clandestinitas & precarium sunt vitia personalia: vt infrà in glos. seq. & cōmuniter tenent omnes in isto tex. id quod dicit in princ. habet locum ita in vitio personali, sicut in reali. Ergo secunda lect. non pōt esse vera, quo ad tex. nostrum, nec prima videt etiā posse stare: quia in fin. §. ponitur exemplū de vitio violētiæ expulsiuæ, quod est reale: ergo secundùm primam lect. iste §. non potest restringi ad vitiū personale, nisi diceres quòd verbū, vis, significat ibi vim cōpulsiuā, non expulsiuam, quę est vitium personale. l. iij. ff. quod metus cā. & tenent hic cōmuniter docto. Vnde difficile est saluare istā literā, nec inueni aliquem bene declarantē hoc. Potest tamen dici, quòd prima lect. est vera, & potest intelligi tā de vitio personali, quàm de reali. Et erit sensus, quòd successor singularis, qui vult vti adminiculo autoris sui, id est coniungere tempus autoris sui cum suo, debet vti hoc adminiculo cum suis vitijs, & sua causa: & per hoc siue sit vitium personale, siue reale, isto casu nocebit successori. Nec est sumēdum argumentum à cōtrario sensu absolutè, sed in vitio personali dūtaxat, vt dicamus, ergo si non vult vti tēpore sui autoris, vitium personale non nocebit successori. Sed in vitio reali hoc argumentum nō est sumēdum: quia etiam si non velit vti tēpore sui autoris, nocebit. l. vitia. C. eo. & Insti. de vsucap. §. quod autem. nō enim sumitur arg. à cōtrario sensu, vbi corrigitur ius commune, iuxta ea quæ tradit Bar. in l. omnes populi. & Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. & cleri. ¶ In ca. gl. ibi: nocet successori vniuersali, nō singulari. hanc glos. in successore singulari limitat hic Bar. tripliciter, de quo dic vt hic per cum. ¶ No. tamen ex prima & vltima limitatione duo menti tenenda. Ex prima, inquantum dicit, ꝙ ius nouissimum, quod loquitur de præscriptione rei immobilis, non extendit ad vsucapionem rei mobilis, †ꝙ in materia correctiua statutum disponens de præscriptione, non trahitur ad vsucapionem, licet ex lata significatione vocabuli aliquando vsucapio vocetur præscriptio: & est dictum notabile in se, quia cùm vsucapio sit mere fauorabilis, & pscriptio mixta ex odio, vel fauore, vel tota odiosa, secundū diuersas præscriptiones, nō est eadem ratio tollendi remedium merè fauorabile, sicut tollendi remedium quod non est ita fauorabile. Pro intellectu huius dicti vide Barto. in l. naturaliter. j. titul. j. & in l. fi. in fi. C. de edict. di. Adri. toll. amplius dicit Bal. no. in l. quod est constitutum. C. ne de statu defun. quòd statutum inducens præscriptionē in vno casu fauorabili, non trahitur ad aliū casum similem, propter naturam statuti, quod est stricti iuris. quod tene menti. Ex vltima aūt debes notare, †quòd in materia correctiua dispositio quæ fit de primo successore immediato, non trahitur ad successorem mediatum:[a] quod no. ad no. in l. sciendum. de verbo. signifi. & l. Gallus. §. etiam. de lib. & post. Et ad dicta Bar. adde quartū casum, in quo nō habet locum illa auť. malæ fidei.[b] videlicet quando debitor alienat rē, quā scit alteri esse hypothecatā: nā mala fides debitoris non nocet successori singulari, cùm non possit præscribere contra debitorem. ita dicit Cy. & Ang. post eum in d. auť. malæ fidei. ita etiā disputat & cōcludit prolixius Io. An. in ti. de præscrip. §. fi. ver. quid ergo. in addi. Spec. & vtitur inter alia vna optima ratione, quia tex. in d. auť. & in corpore vnde sumitur, vult ꝙ mala fides autoris noceat singulari successori, quādo alienatio fit domino ignorante. Sed hoc non potest dici in casu nostro, quia creditor non est dominus: ergo patet manifeste, ꝙ verba illius auť. nō adaptantur ad istū casum. ¶ In gl. super verbo, vitijs. ibi: quod etiā secundū eandem conclusionem tenet etiā gl. in l. ij. C. pro hære. & in l. si ergo. §. partus. de Publicia. quæ cōclusio cōiter approbatur. Limitatur tamen hic singulariter per do. me. quòd hoc est verū, vbi hæres vel ante mortē defuncti, vel post acquisiuisset alium titulū particularem: ex quo etiam si nō esset hæres, posset præscribere. alle. tex. quē dicit sin. in l. an vitium. §. ex facto. j. de diuer. & tempo. præscri. quem dicit Bal. solitum allegare in voce. Sed vbi hoc dicat in commentis suis, nō dicit. Tu autē vide Bald. allegantem hūc tex. pro singulari ad hoc in l. cum qui. §. in hac. ff. de publi. & eundē adducit Ang. in ea. l. j. §. ait prætor. Illud etiam debes scire, ꝙ mala fides autoris vniuersalis nocet vniuersali successori, non tamen successori singulari, habēti causam ab eo. Casus est expressus in l. si alienam. §. fin. j. de vsuca. quem sic intelligit Bal. in l. ancillæ. C. de fur. & Ang. in d. §. ait prętor. nec potest aliter dici: quia si mala fides vera non nocet successori singulari, vt dictū est, multominus debet nocere mala fides ficta. Sed quæritur hic per Moder. de vtili & ardua q. †videlicet vtrum hæres de æquitate cañ. si vult incipere præscribere ex persona sua, & est in bona fide, possit præscribere non obstante mala fide autoris. In qua q. maiores nostri senserunt varia: nam Dy. in c. ij. de reg. iu. tenet simpliciter, ꝙ hæres hoc possit de æquitate cano. per tex. in c. cura. de iure pa. & in c. de quarta. de præscri. Sed ad illa iura respondet optime do. Ant. in c. si diligenti. de præscrip. & Abbas in c. ij. e. ti. dicunt enim, ꝙ illa iura loquūtur in successore vniuersali, qui non habet causam à prædecessore. i. in succedente in beneficio, qui habet causam à superiore cōferente: vt plene per docto. in c. quia V. extrà. de iudi. vnde non est mirum, si mala fides ei non noceat. Reiectis aūt istis iuribus, ista æquitas cañ. non bene videtur probari aliquo iure. & tamen hanc opi. sequitur Bart. in l. cū hæres. j. de di. & tē. præscri. &

a ¶ Mediatum. Rñde vt hic per do. Iaso. May. in iiij. colū. in fi. & limita dictam auť. vt per d. Ang. Are. ī §. sed iste. & in §. furtiue. Instit. de actio.

b ¶ Illa auť. malæ fidei. Add hic d. Iaſ. May. in fi. iij. col. in versi. tu aduerte. ꝙ hoc idē qđ presupponit Aret. præsupponit etiā d. Alex. sed non videt bene dictū, ꝙ dicta auť. malæ fidei. sit correctoria: quia Bart. cū quo ibi transeūdū, nō est correctoria, sed determinatoria, seu declaratoria: vt hic vide per eum.

præscri. & Io. An. in sua merc. in regula, cùm quis in ius. de re gu. iur. hæc etiã simpliciter approbat Ang. in l. si ego. §. partus. in fi. commenti. ff. de publi. D. Paul. de Ca. hic attingens solẽniter istum arti. dicit ꝙ ista opi. in præscriptione x. vel xx. annorum non põt esse vera, quia secũdùm eũ fauorabili9 posset aliquis prescribere de iure cano. ꝙ̃ ciuili. quod est cõtra mentẽ canonũ, qui potius restringunt ius ciuile, quàm ampliãt in materia præscriptionis. Recurrit enim ad iniquum compendiũ, qui allegat præscriptionem: vt in auẽ. vt ecclesia Ro. §. fi. Propter quod aliq dixerũt, sicut tetigit Ang. in l. sequit. §. si viã. de vsucap. ꝙ vbi debet procedi de bono & æquo, nõ debet admitti exceptio præscriptionis: quod tamẽ dictũ nõ procederet simpliciter, vt ibi per Mod. Hãc conclu. cõfirmat Abb. formalius in c. ij. extrà, de præscrip. vbi dicit, ꝙ ex quo hoc est decisum de iure ciuili exp̃sse in istis p̃scriptionibus, & nõ reperiẽ contrarium de iure cano. stabimus iuri ciuili. x. di. c. si in adiutorium. & c. lege. & in c. j. & ibi plene, de no. oper. nun. Et sine dubio ista ratio est bona, & conclusio videẽ esse verissima. Si aũt loquimur in præscriptione xx. vel xl. an. tũc potest procedere doc. Dy. & aliorũ, quia de iure ciuili in illa præsc. mala fides non nocet, nec possumus dicere, ꝙ de iure canonũ sit aliqd determinatum cõtra ius ciuile: quia c. fi. de præscri. & iura dicẽtia, ꝙ etiã in p̃scriptione longissima requiritur ꝙ aliquis mala fide non præscribat, debent intelligi de mala fide vera, vel non ficta. Hæres aũt ex persona actoris est in mala fide ficta. Sed ipse verè habet bonã fidẽ, attento animo suo: ergo nõ impeditur præscriptio. Hanc rationẽ tetigit d. Ant. in d. c. si diligẽti. Hanc distinctionem posuit originaliter Bal. in l. ij. C. pro hærede. Et ita exemplificat dicta Dy. in hoc ij. casu. in l. cũ q. §. in hac. ff. de Publicia. Sed d. Ant. vbi s. & d. Abb. ibi posuerunt tertiam opinionẽ, dicentes simpliciter, ꝙ etiã de iure canonico in præscriptione xxx. vel xl. annorum mala fides ficta nocet hæredi. Mouentur in effectu duabus rationibus. Prima 7 fuit do. Ant. qui dixit, ꝙ cùm de iure. † cano. hæres teneatur a exonerare animã defuncti: [a] vt in c. fin. de sepultu. & in c. in literis. & in c. super eo. de raptoribus. de quo vide per Bar. in l. j. j. de priuatis dilectis. non põt dici, ꝙ currat præscriptio in fauorem hæredis: quia sicut impeditur exoneratio animę defuncti, quæ diciẽ exonerari per restitutionẽ, non per præscriptionem. Secũda fuit ratio Abb. qui dicit, ꝙ secundũ regulas iuris 8 ciuilis † hæres sit successor vitiorũ, & culpæ defuncti. l. cùm hęres. præalleg. sequitur, ꝙ de iure canonico mala fides per illã regulã nocebit hæredi. Declaratur ista ratio, & cõfirmaẽ, qa videtur ꝙ ius cano. disponens malæ fidei possessorem non præscribere, debeat etiã intelligi de malæ fidei possessore ficto, ex quo de iure ciuili mala fides ficta habet effectum malæ fidei vere. Vnde lex ciuilis videtur trahi ad ius cano. per interpretationem passiuã, de qua Bar. in l. oẽs populi. de iust. & iur. in l. ij. de leg. j. & in l. Marcellus. §. quod aut. ff. ad Treb. Sed tamẽ his nõ obstãtibus, placet secũda opi. s. posita, vt distinguamus inter præscriptionẽ x. vel xx. annorũ, & præscriptionem longissimam. Et ad rationes præmissas est dicendũ. Primo ad rationem d. An. dico, ꝙ illa minor sua est falsa, in quantum dicit ꝙ hæres præscribendo nõ exonerat animã defuncti: quia imo exonerat, cùm præscriptio, quãtum ad imputandũ culpã ei cõtra quẽ præscribiẽ, habeat effectum solutionis. l. si pupillus. & ibi per Bar. de admi. tu. † Hoc maxime procedit in præscriptione longissima, quæ causatur ex mera negligentia nõ petẽtis, iuxta ea quæ dicit Bar. in l. naturaliter. j. tit. j. Ad secũdum argu. fortificatum vt s. respõdeo, quòd interpretatio passiua nõ potest habere locum, quo ad ius nouũ, nisi super eo super quo lex antiqua disponit, quæ trahitur ad nouũ. verbi gratia: leges veteres, quæ loquuntur de testamentis, trahuntur ad legem nouã. i. ad l. fal. quæ disponit aliquid circa testamenta. In casu autem nostro ius ciuile nõ inducit malã fidem fictam in persona hæredis, quæ impediat præscriptionẽ simpliciter, sed solũ in præscriptione x. vel xx. annorũ, quæ solum erat cognita de iure Digestorum, secundùm gl. in l. Iulianus. ex qui. cau. maio. & in l. qui occidit. ff. ad l. Aquiliam. Præterea de iure ciuili in præscriptione xxx. annorum non requirebatur bona fides: vnde nõ cauebat ibi fictio malæ fidei ad impediendum 9 præscriptionem. † Cõfirmatur ista conclusio vltra docto. quia quando lex facit mentionẽ malæ fidei, intelligitur de mala fide vera, non ficta. Casus est no. in l. illud. §. j. de pet. hære. secundùm intellectum quem sequitur Bart. ad illã l. j. l. sed si lege. §. de eo. eodem titu. Confirmatur ista conclusio per text. no. in l. præterea. ff. de rei ven. vbi patet, † quòd mala fides ficta superueniens, non impedit quin seruus possit acquirere bonæ fidei possessori ex re sua: licet si esset vera, in mala fide aliud esset. l. j. §. sed per eũ. s. eo. Et aduerte diligenter: quia si tenes opi. Dy. simpliciter, tunc habes dicere secundùm Ang. no. in d. l. si ego. §. partus. præallega. ꝙ illa æquitas erit seruãda in terris ecclesiæ in præscriptio. x. vel xx. annorũ. sed non b in terris imperij, [b] cùm expressè iure ciuili sit cautũ oppositũ: iuxta regulam in c. si duobus. in fi. de appel. & in regula, possessor. in gl. de reg. iur. nam quòd de iure ciuili hæres non præscribat, hoc non inducit aliquod pactũ. Vnde in foro suo standũ est illi iuri, vt per Bar. in l. priuilegium. C. de sac. sanct. eccl. Si autem tenes distinctionem secundæ opi. tunc quia ius ciuile non cõtradicit canonico in præscriptione xxx. vel xl. annorum, quinimo cõcedit plus quàm ius canonicum, quia vult posse præscribi etiam cum mala fide: in vtroque foro seruabitur idem ius, & pro illa secunda opinione quã tenui, videtur tex. no. in c. fi. §. j. de præscrip. lib. vj. vbi probatur, ꝙ mala fides autoris non nocet vniuersali successori habẽti bonã fidem in præscriptione xxx. an. loquitur enim ibi in hæredibus hæreticorum, quorum bona sunt publicata ipso iure de iure canonico: vt c. cùm secundum. de hære. li. vj. & sic hæreticus priuatus bonis à prin. fuit in mala fide, si incidit in heresim dãnatam: nam non præsumitur ignorasse ius, quo cauetur vt bona eius sint publicata ipso iure, imo præsumitur mala fides, secundùm Bar. in l. sed si l. §. scire. de petit. hære. Et tamen mala fides autoris non nocet illi successori vniuersali, nisi forte dicas quòd ibi est speciale, quando præscriptio excludit lucrum odiosum, quod facilius excludunt. l. cùm post. in princi. de iure 10 do. & per Bar. in l. cùm de in rem verso. de vsuris. ¶ † In gl. in §. præterea. super verbo, resolutio. ista gloss. manifeste dicit, quod dixi in notabilibus, quòd retro fingitur venditio non facta. & allegauit tex. in l. iij. §. sed Marcellus. & §. seq. de in diem addi. Sed iste tex. melius probat conclusionem: & quia in illo nota. tetigi vtrum de resolutione contractus soluatur gabella. Adde quod singulariter tradit Cy. & Bald. in l. iij. §. contrarium. ff. de contrario iu. tu. vbi dicunt, quòd ex pacto liberatorio bene solueretur gabella, quæ debet solui ex forma statuti, de quolibet contractu: quia est cõtractus largo modo: vt not. in l. j. s. de pactis. Sed de resolutione simpliciter facta non soluitur gabella secundùm eos: & hoc vltimum dictũ est verũ, sed primũ dictum non affirmo pro nunc, quia videẽ esse contra ea quæ scribit Bar. in l. Labeo. §. contractus. ff. de verbo. significa. Super quo vide etiam Bart. in l. cõtractus. C. de fide instrumen.

Si liber. Accessio temporis non datur ei qui non habet causam à tradente. hoc dicit. ¶ In glo. in verbo, & alij. ibi. j. eo. in l. si me in vacuam. in fin. contra istum tex. & expositionem gl. facit, † quia si liber homo vel seruus alterius ab alio putatiuo domino possessus intendit acquirere à principio ipsi possessori, & agit actum nomine ipsius, videtur quòd & in ipsum possessorem, & in quemlibet extraneũ cui vellet acquirere, sit translatum dominium, nõ solùm possessio, secundùm glo. in l. j. §. sed per eum. s. eo. Et sic videtur, quòd huic bonæ fidei possessori in casu nostro esset acquisita vsucapiendi condictio, nec teneretur rem restituere vero domino, seu libero homini, nec ipsi possent vsucapere: cuius contrarium satis colligitur ex ista litera: quia si verus domin9 vel homo liber non possent vsucapere, frustra quęreretur vtrũ possent coniungere tempus possessoris cum suo. Imo. hic refert quædam dicta Iacob. de Rau. quem optime reprehendit, vnde dic. vt ibi per eum. Et tandem respondet ad contrarium, negando quòd per seruum alienum vel liberum hominem bona fide possessum possit acquiri dominiũ, sicut potest possessio, si talis seruus putatiuus hoc agit, vt alicui possessionem acquirat: & sic videtur restringere tex. in l. si me in vacuam. in fi. ad solam possessionem: cuius contrarium sentit glo. in d. §. sed per eum. in fi. Et certè si seruo alieno bona fide possesso, ratio differentiæ est manifesta: quia in acquirendo possessionem non præiudicat iuri alicuius, quoniam possessio extra rẽ possessoris & operam serui nec acquiritur ipsi seruo putatiuo, nec domino putatiuo, nec vero domino serui, qui ab alio possidetur: vt plene dicitur in d. §. sed per eum. & in l. homo 11 liber. §. quicquid. de acqui. re. do. † Sed dominiũ rei quæsitæ per seruum putatiuum acquiritur domino vero, vel ipsi seruo putatiuo, si est liber homo. Ne igitur seruus ex facto suo possit præiudicare domino vero, quærendo alteri inducitur hoc, quòd non potest acquirere tertio dominium, etiam si velit, ad præiudicium domini, sicut non potest acquirere obligationem. l. j. §. j. de stipu. ser. bene facit quod habetur in l. sed & si quid. §. j. de vsufr. Sed ista differentia non videtur sufficiens, quo ad hominem liberum, cui acquireretur dominium, si nõ quæritur tertio, cui vult acquirere: nam homo liber in dominio sibi quęrendo videtur sibi posse præiudicare, si vult, si.

a ¶ Defuncti. Vide Fel. in c. si diligẽti. de p̃scri. in iij. co. in ver. cõtra opi. famosam. & qđ ibi late dixi i apost. & Fel. in c. ex parte. de offi. deleg.

b ¶ Imperij. Vide cõtrariã opi. adductã hic per d. Ias. May. in pe. col. quã dicit esse magis cõmunem.

eut dominium quæsitum sibi posset in alium transferre: sed potest dici, quòd hic tex. procedit in hoc exemplo liberi hominis, quando est verisimile, quòd si sciuisset se liberum, magis voluisset acquirere sibi, quàm alteri. †quia ex ordine charitatis præsumitur voluntas acquisitionis. l. cũ ita legatur. §. fi. de leg. ij. & traditur in l. peto. §. fratre. e. ti. Sed prima charitas incipit à seipso: ergo sibi videtur in dubio voluisse acquirere: vbi autem de animo eius expresso constaret quòd alteri vellet acquirere, etiam si sciret se liberum, tunc non procederet ista litera in homine libero. Et aduerte: quia aliàs ego exemplificaui istũ casum, quãdo seruus emit rem de pecunia tertij, vel permutauit rem tertij cum re per eum quæsita: quæ exempla in tertio qui non posideret seruum, essent bona: sed in possessore serui, de quo loquitur tex. noster, non essent bona, quia in prædictis casibus alia ratione acquireretur possessori, quia esset quęsitũ ex re sua. Sed ista solutio licet sit vera in se, & bene defensata, non videtur facere ad propositum §. nostri: quia hic in dominum verum non poterat esse translatũ dominiũ ex traditione contrahentis cum seruo: quia si esset translatum dominium, frustra ageretur de vsucapio. vel præscriptione, per quam dominium quæritur: si ergo non fuit translatũ dominium, quæro quo iure res ista pertinebat ad verum dominum, vel hominem liberum: nam ante possessionem sibi traditam à possessore sine dubio in dominum non erat translata vsucapiendi condictio: vt plene fuit dictum post Mod. in l. j. §. hæc quæ. de serui. s̃. eo. & hoc tenet gl. tua no. hic circa prin. vltimæ gl. dũ dicit, ꝙ debet præsupponi possessionẽ esse traditam vero domino, vt posit procedere dubitatio, vtrũ posit vti accessione possessoris: †quia non posidens non potest vti accessione alterius: & sic manifeste sentit, quòd nõ posit vsucapere. Sed põt responderi dupliciter, & primò, quòd licet nõ fuerit quæsita vsucapiendi condictio, fuit tamen acquisita Publiciana, ex qua potuit vendicare rem à possessore: quę quidẽ potest quæri vero domino per seruum ab alio possessum. l. si seruus. ff. de publi. bene facit tex. in l. siue autem. §. si seruus. e. titu. de quorum intellectu diximus in d. §. hæc quæ de seruis. Vel dic, quòd licet nullum sibi competeret remedium contra possessorem, si tamen possessor voluntariè tradidit possessionem rei, potest procedere vsucapio, si tradidit credens rẽ pertinere ad eum cui tradebat, propter emptionem factam à seruo: quia quando quis habet titulum ab vno, & possessionem ab alio, quæ traditur respectu illius titu. procedit vsucapio: vt plene per Bar. in l. cum solus. j. tit. j. Prima solutio est melior, & magis placet, ex quo seruus emit nomine possessoris, non potest dici faciliter, quòd dominus habeat titulum à venditore per medium serui, qui non emit nomine ipsius. Ex his quę s̃. dixi, habes tenere menti tria valde not. † Primò, quòd licet per seruum ab alio possessum posit acquiri possessio cuilibet extraneo, si hoc intendit, non tamẽ potest acquiri dominium, vel quasi dominium in præiudicium veri domini. † Secundò, quòd quàmuis vsucapiendi condictio non quæratur vero domino, cùm seruus suus posidetur ab alio: acquiritur tamen si[b]i Publiciana, sicut verum dominium. †Tertiò, habes notare iuncta gl. vlti. in prin. quòd vsucapiendi condictio non quæritur vero domino, nisi post traditionem possessionis sibi factã: sicut dixi in d. §. hæc quæ. de seruis. Pau. autem de Cast. hic cõcludit simpliciter, quòd si à princ. seruus intendebat acquirere bona fide possessori, vel alteri extraneo, & agebat actum nomine ipsius, quod potuisset acquirere possessionem & dominium: & textum nostrum intelligit, quando simpliciter à principio iste seruus putatiuus acquisiuit rem, non intendendo agere negocium alterius, sed postea de facto tradidit possessionem huic putatiuo domino. Et sic cùm iam esset quæsitum dominium, vel vsucapiendi condictio alteri, non potest ista iura transferre in eum cui tradidit. Sed primum dictum suum non videtur verum, per ea quæ s̃. dixi, defendendo dicta do. Io. Secundum etiam dictum est falsum, inquantũ vult quòd in verum dominium ita transferatur vsucapiendi condictio, sicut dominium: vt s̃. fuit dictum. Ideo sequere potius do. Ioan. de Imo.

Quæsitum. Possessio autoris interrupta non potest coniungi à successore singulari, vel vniuersali: & hæres hæredis potest vti accessione sui autoris mediati, licet ille cui immediatè fuit hæres, nunquam possederit illam rem hæreditariam. h. d. Secunda ibi: sed non idem. Tertia ibi: sed subtilius. Quarta ibi: non autem. ¶ †Primò not. in verbo, plenius. iuncta glo. ꝙ is in quem 12 transfertur dominium ipso iure sine traditione, dicitur habere plenius & fortius ius ex titulo, ꝙ̃ ille in quo ad dñij translationem requiritur traditio: quod semper tene menti, quia est not. ad conclusionem quam ponit Baldus in lege, quoties. C. de rei vendicatione. & in l. fin. versiculo, v. quæro. C. de sacrosanctis ecclesijs. vbi dixit, † quòd si est facta venditio ecclesię, ex qua est translatum dominium ipso iure, licet post alteri vendatur, res tradatur: primus tamen venditor est potior, licet regula sit in oppositum in dicta l. quoties. & in lege, qui duobus. ff. de falsis. & hoc est, quia titulus ex quo transfertur dominium ipso iure est potentior quàm alter titulus. Eo13 dem etiam versicu. collige & tene menti†, quòd appellatione successoris proprie continetur vniuersalis, non successor singularis:[a] de quo vide in l. quædam. §. is autem. ff. de edendo. & in l. id tempus. §. j. de vsucapion. ¶ Secundò principaliter not. in verbo, idq́;. quòd non debetur maior fauor fictioni, quàm veritati. & ista est ratio decidendi in §. nostro. quia si possessio fuisset interrupta per tertium, etiamsi in vna & eadem persona vere non posset præscribere: vt l. naturaliter. j. titulo j. ergo multominus vna & eadem persona ficta, qualis est hæres, qui ficte censetur vna persona cum defuncto. ¶ In gloss. super verbo, id quod. ibi: nam mala fides hæredis 14 nocet. do. me. hic multum eleganter reuocat in dubium, †vtrum hodie de iure canoni. bona fides defuncti faciat vt hæres existens in mala fide posit præscribere: vt dicitur in l. ij. §. si defunctus. j. pro emptore. & super hoc articulo dicit cogitandum. Sed tamen inclinat, quòd hodie illa lex nõ sit seruanda de iure canoni. & licet ita formaliter dicat, intentio sua est ista: quia sicut de æquitate canonica attenditur potius bona fides hæredis, quàm mala fides autoris vniuersalis: vt s̃. dixi in §. cùm quis. secundùm Dyn. & Bartolum. ita econtra videtur, quòd magis debeat attendi in casu conuerso animus & mala fides hæredis, quàm bona fides defuncti per regulam l. ij. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Sed ista ratio potest resolui in oppositum, si teneas id quod tenuit Bald. & ego sum secutus in dicto §. cùm quis. †videlicet quòd in pręscriptio. long. tempo. mala fides autoris noceat successori: nã qua ratione attenditur mala fides autoris,[b] & non bona fides hæredis, eadem ratione econuerso attendetur bona fides autoris, & non mala fides hæredis. Nec est illud absurdum, quòd ex aliqua causa probabili ius canonicum permittat aliquo casu præscriptionem cum mala fide: sic patet ex his quæ habentur in text. & glo. in capitu. j. de præscriptio. & in alio casu quẽ ponit Bartolus in l. si finita. §. si de vectigalibus. de dam. infect. de quo etiam tangunt canonistæ in capi. pastoralis. in fin. ff. de offi. ordi. & est etiam intellectum l. generaliter. Et ista opin. est multum colorata, retenta opinion. quam tenui in dicto §. cùm quis. maxime quia lex seruatur pro canone in foro canonum, vbi non disponitur expresse contrarium. x. distinct. c. lege. & capitu. j. & ibi nota. de ope. noui nunciatio. Et si dicatur, canon disponit contrarium, inquantum dicit quòd malæ fidei possessor non præscribit, est respõdẽdũ, ꝙ quia in casu nostro bona fides autoris supplet malam fidẽ successoris, iste nõ dicitur simpliciter malæ fidei possessor, sed verè mala fide posidebit: fictè autẽ bona fide, inquãtũ in eius persona repręsentatur defunctus, qui fuit in bona fide. Credo tamen, quòd tutius sit tenere oppositum: quia canon ideo ratione malæ fidei prohibet pręscriptionem, quia esset nutritiua peccati: vt in c. fin. de pręscriptionibus. Sed non potest negari†: quòd hęres qui scit rem alienam, quo ad forum conscientię, est in peccato, ergo non procedit pręscriptio. Et ad argumentum in oppositum respondeo, ꝙ in casu nostro non est eadẽ ratio cõtrariorum: nã si mala fides autoris nocet successori, per hoc nullũ nutritur peccatũ, imo potius datur materia euadẽdi peccatum. Vñ nõ potest argui à cõtrarijs, vbi nõ est eadẽ ratio, secundũ glo. in cle. cũ à repulsione. de ap. & Bal. in l. si pręses quasi desertã. C. quõ & qñ iu. & plene scripsi in rubri. s̃. eo. ¶ In gl. super verbo, nunquã. addendo breuiter aliquid ad declarationẽ gl. cõclude, ꝙ prima lec. declarata, vt hic per Bar. & Imo. qui conuertũt terminos, quos ponit gloss. & bene videtur verissima, si in tex. sit dictio, nunquã. & secũdũ eã est hic casus not. probãs, ꝙ successor vniuersalis non põt solũ cõiũgere sibi tẽpore immediati prædecessoris, sed etiã mediati. i. illius qui fuit autor autoris sui. Et sic ampliatur, & declaratur regula, de qua in l. fi. C. de hæ. insti. & concor. tex. magis clare in l. ij. §. etiam hæredi. j. pro emp. Si verò in litera sit dictio, nunquã, tunc ista lect. nõ põt stare: quia ista dictio affirmatiua præsupponit, ꝙ immediate autor meus aliquãdo possedit, licet nõ vsq; ad mortẽ, quod secundũ primã lectu. negatur in vno casu. Vnde Imo. hic post Iaco. de Ra. tenet, si dictio, vnquam, est in tex. secundũ lectu. hic positam, quæ vult in effectu, ꝙ tunc possessio dicatur iũcta morti testatoris, quãdo testator possedit bona fide à principio, & tẽpore mortis erat in mala fide. Sed

ipsi non

a ¶ Singularis. Licet secũdũ do. Ias. text. iste ad hoc parũ facit, ꝑut hic ꝑ eũ: tñ ex quo no. in se est verissimũ. Addẽ Fely. in c. qa gu. ad fi. in ver. no. ꝙ appellatiõe. & qđ ibi dixi in apost.

b ¶ Autoris. Vide Pau. de Ca. in cõs. xlviij. & in cõsi. ccxxxviij.

ipsi non rñdent ad impugnationē Barto. qui dicit, ꝙ ista lect. nō est bona, quia nō diuersificat possessionē, sed qualitates vnius possessionis cōtinuatæ. l. iij. §. ex cōtrario. vers. Labeo. s. eo. Text. autē noster videt̃ ponere duas possessiones, quarum vna fuit continuata, alia non. Sed defendendo istam lect. possumus dicere, ꝙ impropriè duas qualitates vnius possessionis nominauit duas possessiones diuersas: sicut fecit in l. iij. §. genera. s. eo. maxime in fin. vbi ponit possessionem bonæ fidei, & malæ fidei, diuersas species possessionis, & sic differētes essentia: qđ tamē est falsum ꝑpriè loquendo: vt in d. vers. Labeo. Sed cōtra istam lect. magis facit: quia si possessio quę mutauit qualitatē, quo ad qualitatē, videt̃ cōtinuata, qa mutatio qualitatis nō nocet p̄scriptioni: multofortius dicetur cōtinuata possessio, quādo sub eadē qualitate durauit vsq; ad mortē, qa semper fuit bonæ fidei. Cùm ergo nō posuit gl. hoc exēplū qđ erat magis expeditū, nisi dicas ꝙ hoc omisit tanq; indubitabile: illud autē posuit, qa poterat habere aliquā dubitationem. Sed tunc quęritur ꝑ declaratione huius lec. de exemplo secūdi dixit in isto ver. videlicet quæ sit illa possessio, quæ nō est cōiuncta morti: oportet dicere, ꝙ est illa, de qua diximꝰ in prima lect. nam si bene respicis ad glo. istæ tres lectu. vatiant primū dictum, sed nō secundū. Tertiam lectu. posuit glo. ꝙ iste tex. in primo casu loquitur, quādo testator à princ. possedit rem, postea amisit possessionē, quæ non fuit occupata ab alio: quo casu gl. concedit quòd & vniuersalis successor & singularis pōt cōiungere tēpora sui autoris: sed Bart. hic, & cōmuniter omnes Moder. reprehendunt istam lectu. præter Rayn. qui eam sequitur per tex. in l. naturaliter. j. titu. ꝑxim. vbi dicitur, ꝙ tempus sequens non potest iungi cum tēpore præcedenti, quādo possessio fuit interrupta, id est, amissa, secūdùm eos. Mihi autē hanc lectu. posse optimè defendi videt̃, maximè si in tex. sit dictio, vnq;: quo casu litera ꝓbat conclusionē in terminis. Si autē sit dictio, nunq;, fortè cōclusio est vera in se, nō tamē ꝓbaretur p hanc literam in terminis: vt j. dicam, sed à simili, vt statim declarabit̃. Supponendo ergo, ꝙ in text. sit dictio, vnq;: respondeo ad contrarium, quòd ibi possessio amissa erat occupata per alium: hic autē licet fuerit amissa, non fuit occupata per alium. Facilius autem potest fingere lex in isto secundo casu possessionē fuisse cōtinuatā per defunctum, ☞ꝙ in primo casu, quādo alius occupauerat possessionem. †Ad esse enim fictionis inducendæ requirit̃ possibilitas in genere: sicut declaratur in l. si is qui ꝓ emptore. ff. de vsuca. Possibile autē fuit in genere, quādo nō fuit occupata ab alio, ꝙ videatur continuata p defunctum vsq; ad mortē: quia possibile fuit, ꝙ continuasset possessionē si voluisset. Sed quādo alius occupauit etiam in genere, fuit impossibile ꝙ iste continuauerit possessionē alio possidente, qa duo non possunt naturaliter possidere insolidū: ergo non poterit fingi hunc continuasse possessionem: quod est subtile, & menti tenēdum, & est solennis limitatio ad l. naturaliter. j. titul. primo. Potest etiam ꝓbari à simili conclusio ista, etiā si in tex. sic dictio, nunq;, vt dicamꝰ ꝙ sicut ego possum coniungere mihi tēpus mediati autoris mei, ita possum coniungere mihi possessionem immediati autoris, licet non continuatam vsq; ad mortē. Quòd autē similitudo sit bona, declaratur: quia mortuo mediato autore, & desinente possidere p mortem, potest videri continuata possessio fictè per hæreditatem iacentem, quousq; est adita hæreditas: p l. cœptam. j. de vsucap. sicut tangit hic Bart. Sed adita hæreditate illa possessio defuncti remanet vacans, quousq; non apprehenditur per hæredem. l. cùm hæredes. in princ. j. eo. Cur ergo possessio quæ fuit extīcta per aditionem hæreditatis, potest coniungi ab hærede mediato cū tempore suo, nisi quia satis est, quòd ab alio nō fuit occupata: & ita est in effectu in casu nostro. Et per hæc habes glo. optime declaratam. ¶ †Extra glo. Pau. de Castr. inducit hunc tex. ad illam quæstion. quam ponit Ioan. Andr. in regula, sine culpa. de regu. iuris. videlicet vtrum filij naturales legitimentur per sequens matrimoniū, quando non fuit secutum immediate, sed prius contraxit matrimonium cum alia, deinde illa mortua duxit cōcubinam in vxorem: & arguit per istum tex. quòd filij nō legitimentur[a], sicut hic possessio tertij impedit coniungi possessionem autoris & possessoris. Tenet tamen contrarium allegans Bart. in lege, bonorum. infrà, rem rat. hab. Cui adde quòd hanc conclusionem tenet Angel. consilio xvij. & in authen. qui. mod. natu. effic. legi. §. si nec solummodo. per tex. ibi in verbo, omnino. & per tex. in verbo, prius nati. quæ iura iudicio meo nō probant[b] conclusionem. Nam dictio, omnino, vbi potest significare, quòd quo ad omnem effectum efficiuntur legitimi: & hoc est verum, vt capit. tanta. qui filij sint legit. vnde nō refert necessario, quādo matrimoniū secutum omni tempore legitimet filios. Verbum autem, prius nati, non ponitur nisi respectu natorum post matrimonium: vt dixerat in prin. ad quod se refert versi. ille. Conclusio tamē est vera in se: quia licet interuenerit matrimonium intermedium, nō tamē cessat causa, ꝑpter quā est inducta legitimatio scilicet fauore matrimonij, & prolis futuræ: sicut dicitur in prin. illius autenticæ. Vnde ex quo stat ratio legis, eodē modo in isto casu medium nō habet inhabilitare extrema: est casus nota. in fi. in l. si mihi. §. pen. de seru. vrb. prædi. vbi dicitur, ꝙ si ego habebā seruitutem haustus aquæ de fonte alterius, & illam aquā poteram ducere p fundum Sempronij iure seruitutis, licet fundus ille efficiatur meus, nō tamē extinguitur seruitꝰ aquę hauriendę: quia media seruitus quā habebam in fundo extincta nō impedit cōiungi extrema, quia possum ducere aquam per mediū: secus si impediret iungi extrema. l. qui sella. §. fi. eo. titu. & ita est in casu nostri §. quia ex quo possessio fuit aliquo tēpore penes tertium, impossibile est imaginare in genere, vel fingere ꝙ fuerit continuata de autore in successorem: vt s. dixi in gloss. Pro præmissis vide quod not. ponit Dyn. & Bart. in fin. quæst. in l. miles. §. quæritur. j. de adulte. ex quorū mēte colligitur prædicta, videlicet vtrum actus medius interueniens faciat cessare causam, ꝑpter quam erat inducta dispositio, vel non.

16 In dote. Accessio ex titulo dotis cōpetit viro & vxori. hoc dicit. ¶ †Nota ibi: vel ex dote & c. ꝙ titulus videt̃ induci ita ex resolutione contractus, sicut ex contractu. & hoc est quod dixit An. j. cod. si quis p̄cario. & sequitur ibi Imo. Vnde inferunt, quòd dispositio super contractu trahitur ad distractum: de quo quia esset longa materia, & impertinens, vide quod not. Barto. & alij in aut. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & in l. de tutela. de in integr. restimino. & qđ not. in fi. in l. exigere dotem. ff. de iur. & in l. cunctos populos. per Barto. C. de sum. trin. Sed inquantū ad primum dictū, qđ pertinet ad intellectum iurium nostrorū, contra istam conclusionē facit tex. s. eo. ver. præterea. & quod habetur in tex. & glo. est ibi p Barto. in l. ab emptione. s. đ pact. vbi videtur ꝓbari, quòd aliud est contractus, aliud est resultatio ipsius: vnde gabella nō soluitur de solutione cōtractus: vt dixi d. §. præterea. allegando Bald. & Cy. in additione in l. iij. §. contrariū. ff. de cōtrario iudi. tut. Præterea cōtra istam positionē videt̃ casus in terminis, vbi Ang. nota. ad hoc in l. etiam. §. apud Marcellum. ff. de peti. hære. vbi punctualiter in exemplo nostri ipse dicit per illum tex. †quòd resolutio contractus dotis nō tribuit titulū vxori, cui dos restituitur: ideo potest agi cōtra eam peti. hæred. quæ nō cōpetit cōtra titulo possidētem. Et hoc etiam ibi infert, ꝙ nisi mulier haberet alium titulum, nō posset ex sola restitutiōe p̄scribere spatio x. vel xx. annor. quia illa præscriptio requirit titul. Pro declaratione huius articuli, qui est quasi nouus, pōt poni duplex conclusio not. ¶ †Prima est ista, quādo contractus resoluitur ex tacita vel expressa cōuentione partiū: & ex tali resolutione oritur actio & obligatio, sicut est videre in contractu dotis: vt l. j. & quod ibi not. C. de rei vxo. actio. Tunc ista restitutio causa titul. ꝑpriè, & dicitur esse iste tit. pars cōtractus, ex quo fuit facta translatio dominij à prin. nam hoc ipso ꝙ datur dos ex natura ipsius cōtractus, tacita voluntate partiū, videt̃ agi, vt interueniēte morte vel diuortio dos restituatur. Vnde duplex titu. causatur ex vno cōtractu dotis respectu diuersarū personarū: & hoc ꝓbat tex. noster eleganter ibi: vel ex dote accepta. significat enim illa dictio, ex, cām immediatam, l. j. §. ex incendio. de incen. rui. nau. & per Barto. in l. non dubiū. C. de legit. Vnde non placet mihi opin. Ang. in dicto §. apud Marcellū. Nec obst. quòd datur peti. hęre. cōtra vxorem: qa potest intelligi quando vxor erat in mala fide, sicut ibi dixit Ange. Sed cōtra ista dicta videtur facere quod not. glo. in l. etiam. ff. de fun. dot. maxime in vltima solut. & Bald. in l. j. in vltimis verbis. C. sine cen. vel reliquis. vbi concludit, quòd postq; res est restituta vxori, non dicitur amplius res dotalis. Sed dicta possunt intelligi quo ad priuilegia quæ competunt fundo dotali, quòd non possit alienari: quia mens illarum legum nō videtur respicere hunc casum: sed vbicunq; ageremus de inducendo effectum, qui inducitur ex titul. de iure communi, vel etiam de iure municipali, appellatione dotis cōtinetur res restituta vxori ex causa dotis. Ita dicit not. Bald. reprehendens ibi Nic. Mat. in l. prima. C. vnde vir & vxor. in fine. alleg. tex. in l. fin. C. cōmunia vtri. iudi. sed melior text. est in §. nostro. ☞¶ †Secūda conclusio in ista materia erit talis, si resolutio cōtractus simpliciter resoluit cōtractū priorem, nō tamē obligatio ad rē restituendā oritur ex tacita vel expressa cōuentione partiū, sed ex leg. dispōne, sicut in actione redhibitoria, vel quan-

[a] ¶ Legitiment̃. De qua qō. vide Bal. & Salyc. in l. quoties. C. de rei vēdi. & ibi d. Ias. May. & do. Abb. in cōsi. lxxxv. incip. videt̃ prio dictā donationem.

[b] ¶ Non ꝓbant. Tu dic secūdūm do. Iaso. May. hic in j. col. ꝙ bene ꝓbant illa iura: vnde vid̃ eum.

do partes recedunt à contractu re integra: tunc vera est conclusio, quòd contractus non tribuit titulum, quia non parit obligationē ex conuentione partium: & hoc est qđ dixit iurisconsultus in §. præterea. s̄. eo. & Bar. & alij in locis s̄. alle. ¶ Sed tunc quęritur, si resoluto cōtractu potest ille cui res restituitur vti tempore præscriptionis, quomodo hoc sit possibile, vt hoc faciat ex persona eius, à quo nō habet cām, contra tex. in ista l. in §. si liber homo. Ego in §. præterea. dixi, ꝙ hoc erat, quia fingebatur retro nunꝙ fuisse contractū, & semper venditor tenuisset possedisse rem: & hoc tenuit ibi gloss. quā feci te notare. Idē etiam tenet glo. magna in j. lectu. j. eo. §. si is qui precario. Vnde perinde erat, ac si ego continue possedissem, nunc autē considerando diligentius, non approbo istā rationē: quia secundū hoc ille in quem ius trāsfertur, nō vteretur adminiculo tēporis ex ꝑsona illius cū qua cōtraxerat: sed potius ex persona sua, ex quo ipse videret semper possedisse per se, vel per alium: cuius contrarium dicit tex. in §. si is qui precario. ibi: ex persona eius &c. Dicamus ergo, & forte est melior ratio, ꝙ licet proprie iste non sit ti. tū in hac materia iurisconsulti assumunt pro titulo propter hanc similitudinem, quia ex facto & traditione emptoris retradētis rem ego acquiro nouum ius in re, vel proprietatis, vel possessionis: & etiā quia in multis effectus distractus regulariter secundū naturā contractus, vt dixit Ang. in d. §. si is qui precario. & ego 17 etiā tetigi s̄. in prin. ¶ † Quærit etiā hic Pau. de Cast. nūquid successor singularis vel vniuersalis posit sibi coniungere tēpus prędecessoris seu autoris sui, qui possidebat bona fide, sed nō cū titulo, vt perficiat præscriptionē lon. tem. & concludit ꝙ nō probat hoc pręcipue per deductionē ad absurdum, quia posset contingere, si diceremus tempora posse iungi simul, ꝙ successor qui possidebat cū tit. posset perficere prescriptionē in tribus diebus, si forte autor suus possedisset decenio minus diebus tribus. Quā conclusionē credo verissimā. Moueor bona ratione vltra ipm: quia text. in §. cū quis. s̄. eo. & j. eo. si is ☞ qui precario. dicit † ꝙ prescriptio perficitur ex persona & adminiculo autoris. & sic in illis tēpore successor consideratur vt persona autoris sui, & perficit præscriptionē ex iure sui autoris. & hoc significat verbum, adminiculum, positum in §. cū quis. Sed ꝑsona autoris nō pōt hic cōsiderari, cū nō posset præscribere: ergo impossibile est cōiungere tps ex persona ipsi⁹. l. nemo plus. de reg. iu. Præterea nō debet plus operari fictio, ꝗ̄ veritas. l. filio quē pater. de libe. & posthu. Sed successor ficte repręsentat personā autoris. Ergo sicut autor ipse qui erat vera illa persona, non poterat prescribere, ita nec ipsa persona ficta. Et aduerte: quia in quæstione proximè præcedenti plus placet vltima ratio, ꝗ̄ penultima, ne obstet nobis text. in §. si liber homo. in quo patet, ꝙ licet aliquis transferat in alium ius possessionis, non tamē ille dicitur propter hoc ha☞bere cām ab eo. Vn̄ melior est alia ratio: † quia distractus regulatur secundùm naturam contractus. ¶ In glo. super verbo, acceptam. ibi: vir autem cepit vsucapere. Ista glo. videtur contra tex. expressè in §. fina. legis nostræ. vbi dicitur, quòd possessor vitiosus non potest adiungere sibi possessionem autoris sui non vitiosam. Sed mulier existens in mala fide vitiosè possidet, quo ad præscriptionem: ergo videtur ꝙ conclusio sit falsa. Vnde Bar. hic, & Moder. intelligunt glo. quando apud maritū fuit perfecta prescriptio. Tunc enim verum est, quòd licet mulier sit in mala fide, dominium debet sibi restitui quæsitum à præscribente. l. si alienam. in princi p. s̄. de dona. causa mor. & in l. indebiti. §. si possessionem. s̄. de cond. inde. Sed si præscriptio non esset completa durante matrimonio, Bar. dicit ꝙ glo. est falsa, per d. §. fin. Sed ista saluatio gl. nimis est contra verba ipsius, dum dicit quòd maritus cepit præscribere, quæ verba significant quòd non cōpleuerat præscriptionem. Tu ergo potes saluare[a] aliter, & erit singulare dictum hoc modo: ꝙ ideo mala fides vxoris nō nocet sibi, quia transfertur in eam res ex titulo dotis, qui est titulus vniuersalis[b]. l. qđ dicitur. ff. de impensis. & l. j. §. si vniuersæ. j. pro do. cum glo. Vnde intentio sua videtur fuisse, quòd sicut hæres succedens defuncto ex titulo vniuersali, quando defunctus habuit bonam fidem, potest præscribere non obstante mala fide sua. lege secunda. §. si defunctus. j. pro emptore. ita ille qui succedit ex alio titulo vniuersali, similiter possit præscribere. quod est valde nouum dictum, & vtrum sit verum non affirmo pro nunc.

37 do. me. hic, † quod administrator publicus, qui nō scribit omnia in libro rationum, & id quod nō scribit retinet occultè pro se

b dicitur prædo [b]. Vnde secundū eum cōdemnatur ad quadruplum: alleg. tex. singu. in l. excellentia. C. de erog. mili. an. lib. xij. Sed cōmuniter libri habent ibi: quod cōdemnatur in duplū: & ita not. ibi Barto. sicut ego scripseram in meo memoriali.

c Amplius potest dici, quòd potest iurari cōtra eum in litem [c], quia est in dolo præsumpto: ita colligitur ex singulari doctr. Iac. Aret. quā approbat ibi Bald. in l. j. §. officio. de tut. & rati. distra. iunctis his quæ tradit Bart. in l. tutor qui repertoriū. ☞ in princ. de admi. tuto. in quibus locis dicunt †, quod si tutor qui nō facit inuentariū, est in dolo præsumpto, & pōt contra eum iurari in litem, ita tutor qui non cōficit librum rationū: et hoc dicit Bald. in d. §. officio. Ille autē qui omittit ponere aliquā rem in inuentario, est in dolo psumpto, sicut is qui omittit totaliter inuentariū, intellige respectu rei omissę secundū Bart. in d. l. tutor. ergo simpliciter cōtra omittentem scribere aliqd in libro iurabitur in litem. Et adde quod not. Barto. in l. creditor inter cætera. ff. de libe. leg. vbi dicit per illum tex. quod quilibet administrator obligatur ad conficiendū rationes, seu ad tenendum librū. In glo. vlti. ibi: sed longissimi &c. Licet ista solutio sit verissima in se, non tamē cōuenit tex. in §. cùm qs. quia de iure isto non erat cognita pscriptio longissima, vt per glo. in l. qui occidit. ad l. Aqui. & l. Iulia. ff. ex qui. cau. ma. Tene ergo sequentē sol. secundū Mod. quā plenius exposui post eos in d. §. cū quis. hic sumpta occasione. Bartol. hic per modū summæ reassumit materiā huius le. qn tēpus alterius possit cōiungi cū suo ad pscribendū: de quo dic vt ibi per eum, quia omnia fuerūt declarata in pcedētibus. Aduerte tamē ad vnū singulare verbum, quod posuit hic in fine, dum dixit, quòd si dubitatur vtrum inter tempus autoris & successoris fuerit facta cōtinuatio, debemus dicere ex his quæ habentur in l. Celsus. j. titu. pxi. quòd possessio præsumitur continuata. Tu autem aduerte, quia id quod dicit Barto. in l. Celsus. & Cy. & alij in l. siue possidetis. C. de proba. & Bal. in l. non ignorabat. C. ad exhiben. & plenissimè Antonius de Butr. in ca. cùm ad sedem. de restitu. spol. habet locum, quādo is qui probat se olim possedisse, postea allegat se cōtinuasse possessionem: quo casu loquuntur iura per eos allegata, probantia quòd præsumitur continuatio vsque ad decenniū, secundū glos. in l. j. C. de seru. fugi. Sed in casu nostro sicut vides, hoc nō allegat ille qui olim possedit, sed alius qui habet causam ab eo ad fundamentum exceptionis suæ: ergo videt quod sibi incumbat probatio: vt l. ei qui dicit. & l. in exceptionibus. in princ. ff. de pbat. & l. ij. eo. titu. Nec potest dici, sicut aliâs ego dicebam, quod ista defensio realis debeat transire etiam ad singularem successorem. l. si tertius. §. officium. & quod ibi not. ff. de aqua plu. arcen. quia hoc non videt verum in casu nostro, pter rationem differētiæ, quæ est inter autorem & successorem. Nā autori ideo creditur cū asserit se continuasse possessionem, quia testificatur quodāmodo de animo suo. §. alie. Instit. de actio. & per Bart. in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. Sed ista ratio non habet locum in successore, etiam vniuersali, quia ipse non potest attestari de animo defuncti, sicut poterat defunctus ad damnū alterius: sicut distinguitur in l. si quis à filio. §. si plures. de lega. primo. & l. inter stipulā. §. j. de verbo. obli. bene facit quod habetur in l. si quis intent. ff. de iudic. Vnde non videtur esse eadem ratio. Ideo Barto. not. in l. fina. C. de edic. diu. Adri. tollē. in vltima charta. manifeste videtur tenere oppositum, etiam in successore vniuersali, quod est fortius: dicit enim, quod si dubitatur ad excludendum contradictorem in illo iudicio prætorio, vtrum possessio fuerit continuata vsque ad mortem, si hæres non probat hanc continuationem, debet succumbere, quia non probat fundamentum intentionis suæ. Et sic patet, quod quādo successor vniuersalis allegat præsumptiuè cōtinuatam possessionem testatoris, hoc ei non pdest: & sine dubio ista opi. Barto. in lege fina. est verior, si tenemus quòd possessio autoris in casu nostro non possit prodesse successori, si non est continuata vsque ad mortem, vel tempus tituli concessi per rationem differentiæ prædictā: quod tenuit Barto. reprehēdendo glo. & cōmuniter Moder. j. eo. §. quęsitū. in vlti. glo. Sed si tenemus id quod ibi tenui, defendendo glos. quod non requiratur cōtinuatio possessionis, dūmodo tertius nō occupet possessionem, tunc successor in probanda præscriptione non haberet p fundamento suæ pbationis probare quòd possessio esset cōtinuata: sed satis esset probare quòd autor suus tanto tempore possedisset: nam si actor replicaret, & diceret tertium occupasse possessionē ante tempus mortis, vel concessionem tituli, tūc ille qui allegat factum, deberet probare vt in iuribus præalleg. & posset esse vera opin. Bartol. hic. Et idem esset, si moto iudicio contra successorem singularem autor suus compareret pro defensione successoris, & diceret se cōtinuasse possessionem vsque ad tempus tituli: quia tunc cessat ratio differētiæ, quam suprà dixi. & tene menti hunc articulum, quia est quasi nouus in ista materia.

a ¶ Sublato principali. Adde Fel. in c. de bitores. ī ij. col. ver. in glo. j. post prin. ver. de iureiu. quod vbi cā annullās principale nō cōcurrit in accessorio annullato principali, nō annullat accessoriū.

b ¶ Prædo. Adde do. Bar. Soc. in cōsi. cc-xiij. inci. in psenti. ver. v. in ij. parte.

c ¶ In litē. Adde idē tenentē do. Barth. Soc. in cōs. cxc. inc. memini. vers. & in primis psuppono. ī ij. parte. & in versi. sed pmisis nō obstatibus. cū seq. & ī cōsi. cxcij. incip. capio. ver. circa septimā, in fin. ea. parte. & d. Maria Soci. in cōsi. lxiij. inci. circa primā. & in cōsi. xxiij. incip. visis. ver sic. hic enim. circa fi. cū ver. se. in j. pte.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dictio, scilicet, quandoque ponitur limitatiuè, quandoque simpliciter declaratiuè.

2 Aliquid esse factū de volūtate tua, & de mādato tuo, idē est.

3 Seruus si habet liberā administrationem, potest vendendo & alienando transferre dominium.

SI seruus. Etiā facti autoris dat accessio singulari successori. h. d. Vel sic: Tēpus autoris pōt coniungi cū tpe successoris, si non det titu. p se, sed per aliū, q possit dare titulū noīe suo. h. d. Scda ibi: tutore. ¶ † Priò not. ibi: si nolente &c. iūcto pce. ver. quod ista dictio, scilicet, ponit aliqn limitatiue, sicut hic: aliqn simplr declaratiue, sicut in l. ius pluribus. de iu. & iu. & l.

1

2 cōgruit, in fi. de offic. psi. ¶ † Scdò not. & semp tene mēti tex. cum sua glo. quod qn dicit aliquid esse factū de volūtate alterius, significat idē quod de mādato alterius speciali. Credo tn, quod ista restrictio fiat hic, ne verba sequētia sint superflua. Hic tn probat indubitanter, quod idē est dicere de volūtate tua, & de mādato tuo: de quo per Bar. solēniter in l. post dotē. in prima char. ff. solu. mat. & quod ponit not. Bald. in l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infa. & Io. And. in fi. q. in rub. de accusatore. in addit. Specu. & optimū tex. qui bene pbat istam cōclusionē in l. Pō

po.§.fi.s̃.de proc.& in l.j.§.deiecisse.iuncto principio & fi.s̃. ff.de vi & vi ar.¶†Tertiò no.ꝙ etiã seruus, si habet liberam administrationẽ, põt vendẽdo & alienando transferre dominiũ.cõcordat l.si quis hac.in fi.s̃.de rei ven.facit qđ habetur in l.nõ solũ.& l.libera.s̃.de pec.Intellige, nisi versetᷓ dolosè in alienando: vt dicit glo.in d.§.si quis hac.& probatᷓ in l.creditor.§.Lucius.ff.man.¶†Vltimò not.ibi: vel curator &c.iũcto ver.præc.quòd legitimi administratores, hoc est illi qui recipiunt potestatem administrãdi à lege, vel à iudice lege iubẽte, cẽsentur hoc ipso habere liberã administrationẽ.vñ põt alienare, vt hic vide.ita cõcludit gl.in l.præses.& ibi per Bal. C.de transſ.& in l.mandato generali.s̃.de proc.Ad materiam vide bonum tex.& quod ibi Ang.in l.itẽ magistri.s̃.de pac. & c.is cui.& ibi per Io.And.in nouella.de elect.lib.vj.& gl. no.quæ facit differentiã inter prælatum & tutorem.v.q.iij. c.in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 Dictio, perinde, licet de sui natura significet fictionẽ, quandoq; tamen significat propriè, & non fictè.
2 Effectus contrarij non possunt procedere ab vna & eadẽ cã.
3 Subrepta & abrepta qualiter differant.
4 Interdictum nullum cõpetit pro recuperatione rerum immobiliũ; cõpetit tñ pro adipiscẽda possessiõe rerũ mobiliũ, & pro retinenda remedium possessorium.
5 Argumentum à communiter accidentibus valet de iure.
6 Probatio qñ de sui natura est valde difficilis, facilius admittitur probatio coniecturalis, quàm in aliis casibus.
7 Actionem in libello exprimere non est necessarium de iure canonico.
8 Argumentum ab æquiparatis procedit etiam in materia correctiua.

REm. Per subtractionem rei mobilis perditur possessio incontinẽti, nisi sit subtracta à seruo, vel filio, per quos acquirimus: & per fugam nõ perditur possessio ipsius serui.h.d.Secũda ibi: sed si is. Tertia ibi: & hæc ratio.¶†Primò not.ꝙ istæ dictiones, perinde, intelligitur, & similes, quæ de sui natura solẽt significare fictionẽ, aliquando significant propriè, & non fictè, sicut hic: nã vere perditur possessio per furtũ, sicut per violẽtiã.De dictione, perinde, ꝙ de sui natura significet fictionẽ[a], est tex.& ibi per Ang.in l.sed & si lege.§.perinde.ff.de pet. hæ.& glo.in l.j.ff.de recepta.De dictione, intelligatur, ponit Bal.in l.quoniã.& l.furti.in prin.ff.de his qui no.infa.Et est bonus tex.in l.ij.§.fi.& l.si qs cũ nullũ.de iure codic.Ideo aũt hic significant veritatẽ, quia nõ ponuntur super facto, sed super dispositiõe iuris, quo disponitur qualiter perdatur possessio.In his aũt quæ sunt iuris, lex disponit disponẽdo simpliciter per veritatẽ, non per fictionẽ, sicut solẽniter declarat Bar. in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adulte.& qđ ipse not.in l. nec vtilem.ff.ex quib.cau.ma.†Secũdò no.ꝙ ab vna & eadẽ causa siue persona non possunt procedere effectus contrarij. concor.tex.in l.qui res.§.fi.ff.de sol.Ex isto aũt text.colligitᷓ vna ratio, secũdũ Mod, propter quam seruus fugitiuus nõ priuat dominũ possessione.Alia ponitur in l.Pompo.in prin.s̃. eod.& aliàs dixi plenius in hoc titu.& tangitur per Moder.
3 ¶†Not.etiã hic secundũ dominũ me.differentiam inter ista duo verba, subreptam, & abreptam: quia per subreptionẽ significatur furtum, per abreptionem violentia: qđ no.secundũ cum pro verbis statutorum, quæ propriæ debent intelligi. ¶In glo.super verbo, subrepta.Hãc gl.reprehẽdunt cõmuniter omnes, & merito: quia cõmodatarius & depositarius aut negant simpliciter restituere rẽ, & tunc nõ cõmittunt furtũ: vnde non auferũt nobis possessionem rei nostræ.Aut cõtrectant rem animo furandi de loco ad locum: & tunc cõmittũt furtũ, & priuatur dominus possessione: vt vidisti in l.iij.§.si rem.s̃.eo.vnde nõ est faciẽda differẽtia inter istos, & alios extraneos.
4 ¶†In glo.super verbo, vi abrepta.Glo.ista declaratur per Bar.& Mod.isto modo: videlicet ꝙ nullum interdictum competit pro recuperatione rerũ immobilium: cõpetit tamẽ pro adipiscenda possessione rerũ mobilium, & pro retinenda remedium possessoriũ: secũdũ Mod.l.j.vtrobi.& l.j. in fi.ff.quo.bo.& l.j.ff.quo.leg.Hinc sumpta occasione solẽniter tractat hic Bar.quæ remedia competant pro re mobili, & pro ipsius possessione recuperanda, de quibus dixi plenius in voce, & super eis scribam in lect.seq.Et quia vltra istã materiã subtiliter & eleganter ipse hic tradit, quomodo agẽs rei vendicatione possit probare dominium directum, eius dictis adde.Et primò, ꝙ alibi simpliciter videtur tenere, ꝙ si is qui agit rei vendicatione, dicit rem quam cepit possidere tũc, & antea nõ fuisse in alicuius bonis, præsumitur ꝙ dominiũ directum sit apud eũ, nisi ecõtra probetur, ꝙ tempore quo agens cepit possidere, vel ante res pertinebat ad alium, vel saltem fuerat possessa per aliũ.Istam conclusionem posuit ipse in l. rem alienam.s̃.de pigno.act.vbi clare loquitur, & eam sensit, licet multum breuiter, in l.iij.j.de vsuca.& ista duo dicta adducit hic do.me.Tu autem vide Barto.in tribus aliis locis, de quibus ipse nõ meminit: videlicet in l.si duo.in fi.princ.j.vti pos.vbi proprie loquitur de re immobili: & in l.nam & si fur. si cer.peta.vbi loquitur de dominio rei immobilis: & idem repetit, licet breuius, in l.si rem alienam.ff.sol.ma.in quibus locis idem videtur sentire, qđ in l.rem alienam.præal.Hic autẽ loquitur melius, & perfectius, †dicens ꝙ vtrum res præsumatur tẽpore occupationis nõ fuisse in alicuius bonis, est per pendẽdum ex qualitate rerum: nam lapilli & gemmæ inuentę in littore maris, vel ĩ insula nata in mari, vel bestiæ feræ captæ, ex qualitate sui, presumuntur nõ fuisse in alicuius bonis. l.adeo.§.insula.de acq.re.do.& l.j.in fi.eo.titu.& l.j.in prin. s̃.eo.Res autem, quæ cõstant ex artificio, sicut domus, & vna res composita ex pluribus, & similiter bestiæ mansuetæ, presumuntur fuisse in dominio alicuius: vt patet de se, & probatur in l.j.§.cùm quis.s̃.de acq.re.do.Sed relinquitur dubitatio, quid de agris, & rebus immobilibus, quæ nõ constant ex artificio: super quo ipse concludit, ꝙ si agri erant culti tempore quo fuit facta occupatio, adde ꝙ saltem apparebat ꝙ erant antiquitus culti, & sunt in territorio alicuius ciuitatis, præsumitur fuisse in alicuius bonis tempore quo agens rei vendicatione dicit se possessionem occupasse.Tu verò dic clarius, ꝙ si agri erant culti tempore quo fuerunt occupati, presumũtur prius fuisse possessi ab alio.l.fi.C.vnde vi.Ipsa enim qualitas rei ostendit, ꝙ ab alio fuerunt possessi.Si verò cũ res fuit occupata non erat culta, dic declarando dicta Barto.ꝙ si extant aliqua signa antiquæ culturæ, tunc res non præsumuntur esse vacantes, & in nullius bonis.Vbi autem nulla signa antiquæ culturæ extarent, possent procedere dicta Barto.in locis contrariis.s̃.alle.¶†Sed quæritur pro perfecta declaratione articuli, quid si nunc apud possessorem sunt res cultæ, cùm agens agit rei vendicatione ex concessione sibi facta ab imperatore: verbi gratia, de vna cultæ, & prætendit agens illas res sibi videri concessas: quia tempore concessionis non constat, ꝙ essent cultæ, vel quòd essent aliqua signa veteris culturę.Istã quæstionem habui de facto, & consului in causa domini episcopi Mantuani, quòd ex quo præsens status rei concordatur, poterat cum origine rei ex statu pręsenti, præsumebatur in præteritum: per l.liberis.§.fina.de libe.causa.& per ea quæ dicit Bald.in l.ex persona.in princ.C.de proba.& in l.j.§.magistratibus.ff.de magi.cõ.& per Barto.subtiliter in l.si prius. s̃.de noui ope.nun.Sed circa hoc dictum remanet aliquid dubij: quia non videtur ꝙ status præsens possit concordare cum origine rei, cùm à principio rerum in esse productarũ res non fuerint cultæ.Sed potest dici, quòd principium est considerandum hic respectu temporis quo dominia fuerũt distincta: quo tempore ceperunt agri coli, tanquàm proprij singulorũ, aliàs ad quid fuissent distincta: iuxta l.ex hoc iure.de iusti.& iur.& satis est, ꝙ vt in pluribus fuerint culti propter argumẽtum à communiter accidentibus: vt infrà dicam.Et ad materiam istã vide text.no.in l.j.in ij.responso.ff.de re.di.vbi dicitur, ꝙ res prophanæ plerunq; pertinent ad ius alicuius: & sic
5 videtur probari argumẽto à communiter accidentibus†, qđ valet de iure[b].l.certi cõditio.§.quoniam, si certum petatur. ꝙ in dubio res quæ occupãtur, præsumantur esse in dominio alicuius, nisi qualitas rei & loci omnino repugnet, vt suprà declaraui.& ita debes intelligere Bald.qui hoc tenet in d.l.j.de rerũ diui.in prin.commenti.Sed aduerte: quia in q.suprà posita erat alia dubitatio: quoniam episcopus dicebat, res quæ tẽpore concessionis non erant cultæ, esse in dominio Imperatoris & fisci: & hoc tenuit Pau.de Castr.in l.j.in princi.s̃.eod. Sed ego non sum secutus illã doctrinam in illo consilio: quia dicta Barto.suprà allegata, manifeste ostendunt, ꝙ in isto casu res præsumitur esse in nullius bonis: sicut ego plenius declaraui in d.l.j.in princ.in ij.not.vbi est videndum.Hoc autẽ intellige in prædiis nõ tributariis.In illis enim dicit hic Bar. & in l.si de eo.§.j.j.eod.quòd hoc ipso quòd ante occupationem vel post dominus prędij non soluit tributum, perditur dominium, & transfertur in possessorem; per l.qui agros.C. de omni agro deser.libr.xj.Et vtrum possidens prædium tributarium habeat dominium directum, vel solum vtile, vide per Bald.in l.j.in fin.C.de episco.& cleri.Si quæritur incontinenti in illis rebus quæ tempore occupationis præsumũtur fuisse

[a] ¶Fictionẽ. Adde eundẽ d.Fran.Are. in l.si quis.j.eo.& Fel.in rubri.extrà, de probationibus.

[b] ¶De iure. Adde idẽ tenẽtẽ Bar.Soc. in consi.xcij.incip. circa primum.circa med.iij.colum.in j.parte.& in cõ.clxvj.inc.in cã.versi.v. cõclusio.circa med. & in cõ.clxxxviij. inc.in cõtrouersia. ver.cõfirmanẽ pręmissa.in ij.parte.& d.Petr.Phi.Cor.in cõsi.clxxj.inci.videtur.in litera q.in j. parte.& in cõs.xxj. inc.visa.in litera q. & in cõs.cxciiij.inc. circa.ĩ litera c.in ij. parte, quod valet in materia ꝓbatiõis, & in cõsil.ccxxvij. inc.in primo.in litera f.in iiij.parte.& cũ.d.Frã.Aret.in l. interdum.§.ꝙ ex naufragio.j.code.

fuisse in dominio alterius,quo modo possit probari directum dñiũ ab agente:super quo dicit hic Bar.ꝙ debet mitti proclama per ciuitatẽ,& territorium,vbi res sunt sitæ,ꝙ quicunque vult vel pretendit rem talẽ ad se pertinere,vel prius pertinuisse,ꝙ̃ occupatio esset facta per agentẽ rei ven.compareat infra certũ tẽpus,allegatur⁹ de iure suo: aliàs elapso termino nõ audietur:tunc enim nemine cõparente præsumetur res non esse in alicuius bonis:ar.l.locorũ.C.de omni agro deser.lib.xj.& l.eo tempore.C.de remis.pig.Sed Imo.credit hanc conclusionẽ non esse veram,†quia probatio debet concludere necessario: vt in c.in pñtia.de proba.& l.non ob hoc.C. vnde cognat. Sed ista probatio non concludit de necessitate,ergo non videtur sufficiens.Sed cur nõ concludat de necessitate,declarat,& etiam sufficit ꝙ probatio concludat præsumptiue.l.siue possidetis.cũ materia C.de proba.& quæ not.Bart.in l.Celsus.j.titul.j.& in l.j.ff.si certum pet.Vnde dominus meus longe melius dicit,ꝙ ista probatio nõ concludit,quia bannũ seu proclama non afficeret absentem à territorio,neq; furiosum,neque infantem,quorũ res istæ esse non possunt.Vnde ꝓbatio ista non solùm non cõcludit necessario,sed nec præsumptiuè.Ad primum de furioso & infante allegat iura,ꝙ in ipsis est ignorantia de necessitate.l.j.C.de fal.mo.Ideo non debent excludi propter proclama,qđ nõ afficit ignorãtem.l.fi.de decre.ab or.fa.c.vt animarum.de cõsti.Ad secundum de absente adducit tex.in l.iiij.§.toties.de dam.infect.& iij.q.v.c.quisquis.in quibus dicitur,ꝙ citatio nõ ligat ignorãtem:& quod habetur in fi.c.apostolica.de cler.excommu.min.Tu vide tex.clarum, qui propriè loquitur de bãno seu proclamatẽ in c.cũ in tua.q ma.accus.pos.probãtem omnia ꝑdicta,per quę dicit Bar.not. in l.is potest.in v.col.de acqui.hæred.ꝙ scientia quæ habetur per famam,non ꝑsumitur in absente infante,vel furioso,quin imo nec infirmo.Vnde ista ratio sic declarata , bene concludit,per quam credit opi.Bart.non esse veram. Addit tamẽ, ꝙ vna ratio facit pro Bart.videlicet ꝙ cũ dominiũ directum hic habeat probari per negatiuam,videlicet ꝙ tempore rei occupatæ res non erat in bonis alicuius:ista negatiua videtur posse probari per missionẽ nuncij,& discussoris,qui diligenter inquirat,vtrum aliquis sit in territorio,ad quem pertineat illa res,vel pertinuerit ante occupationem:& si refert se non inuenisse aliquem,satis videbatur probari ista negatiua.l. cùm quidam.§.fi.ff.de leg.ij.& plenè per Bar.in l.hoc iure.in fi.cõmẽ. j.de verb.obl.& l.à diuo Pio.§.in ve.j.de re iud.Sed tu aduerte,quia ista ratio concluderet,ꝙ negatiua probaret̃ per diligẽtem inquisitionẽ nuncij,non tñ per missionẽ proclamatis.Sed fortè voluit æquiparare ista duo.in fi .tamẽ videtur remanere in hoc , ꝙ sit ponendum edictum in publico in scriptis ũ lõgo termino,per quod facilius ꝑsumatur,ꝙ omnes habeant notitiam, quia vox præconis paucis innotescit:authẽ.qui semel. C.quo & quando iudi.& l.sed si pupillus.§.præscribere.ff. de institut.Mihi autem non placet opin. Bart.maximè tali rõne, quia†ꝙ statuatur terminus alicui ad agendum seu allegandũ de iure suo,nõ potest regulariter fieri:sicut probatur in l.j. C. vt nemo inuitus.& plenè per Bart.in l.Titia.ff.de accusa.in l. Papi.§.si is qui.de inoffi.test. nisi quãdo subesset aliqua iusta causa,ne ille qui facit statui terminũ,patiatur damnũ in rebus suis,vel expensam:aut cogatur stare suspensus in executione iuris sui,propter aliquod factũ aduersarij,vel quòd aduersarius non producit ius suum. Vnde qñ aliquis denũciauit mihi ne venderem rem quã possideo , quia erat sua,põt sibi statui terminus ad agendũ:vt dicit Spec.in tit.de emp.& ven.§. nũc dicendum.in fin.& tradit Imo.in l.de pupillo.§. si is cui.s.de ope.noui nunc.Sed quòd propter hoc solum possit statui terminus,vt ego possim facilius probare me esse dominum, hoc non reperitur iure cautum,& videtur cõtra æquitatem, quia sicut non debet haberi ratio lucri cum iniuria alterius.l. si is q. §.fin.j.de fur.& l.si quis vxori.§.si seruus.eod.tit.ita non debet concedi hæc facultas probationis,quæ est quoddam beneficium & lucrum cum iniuria tertij.Ad argumentũ,quod facit dominus me.pro Bar.respondeo,ꝙ in iuribus per eum allegatis probatio illa irregularis negatiua permittitur,quia aliter probans obtinere non põt:sicut dicit Bart.in d.l.hoc iure, in fi.Sed in casu nostro,etiam si non probetur dñium per negatiuam hoc modo,potest probari aliter.verbi gratia: probando se vel autorem suum præscripsisse,& per alios modos, qui bus probatur dominium. Vnde est similis ratio in ipsis & in casu nostro,quia† quando probatio de sui natura est valde difficilis,facilius admittitur probatio coniecturalis[a], ꝙ̃ in alijs casibus.c.præterea.de testi.& not.in l.capite quinto.in princip. de adult.& aliquos modos probandi dñium tangit hic domi. meus,de quibus dic vt hic per eum.Inter cætera tene menti,

ꝙ qui accipit tenutam de bonis alterius,quãcꝙ̃ illa bona non sint illius,non põt postea coniunctus rei vend.negare illũ esse dominum,secundùm Bal.not.in l.siue autem.§.j.ff.de publi. Ille tamen qui confitetur se emphyteutam alterius,non videtur fateri eum esse dominum,secundùm Bar.qui ita declarat in l.legata inutiliter.ff.de adimen.leg. & colligit̃ ex no.in l.si alienam.ff.solu.mat.Tangit etiam hic do.meus post Bar. multum diffusè,vtrum ex canone reintegranda iij.q.j.oriatur aliquod nouum remedium in materia istius possessorij:& in effectu refert dicta do.Anto.in c.cũ ad sedem.& in c.sæpe.de restitu.spol.quæ ibi retuli in voce.Sed illa opi. Inno.sedm quosdam,qui ita interpretantur dicta sua,quæ tenet in c.cũ ad sedem.alleg.quòd per per illum canonem nullũ ius possessoriũ inducatur de nouo,sed simpliciter mandentur seruari iura vetera,videtur verior de iure,maximè per duo iura,quę inducit dom. Abbas multum subtiliter,videlicet per tex.in c.cũ ad sedem.in d.c.sæpe.nec videntur esse bonæ responsiones, quas ipse dat ad illa iura,sequendo cõem opin.Dicit enim ꝙ in c.cũ ad sedem.in prin.literę,non ponitur forma libelli formaliter, dum text.dicit,quòd procurator hospitalarij petit se restitui, sed quo ad substantiam.Vnde est intelligendum,ꝙ ibi se restrinxit ad interdictum , vnde vi: sicut videtur probari ex fine literę,ibi pars absoluitur,quia interdictum,vnde vi,nõ cõpetebat:† nã cũ de iure canonico non sit necesse exprimere actionem in libello . c.dilecti[b]. de iudi.non est verisimile, ꝙ pars se restrinxerit ad interdictum recuperandæ. Præterea si specificatio actionis erat causa cur debeat sequi absolutio, in hoc fortissimum debuit exprimi forma libelli,vt clarè iustificaretur sententia pontificis . Intentio ergo illius literæ non est ista:sed ideo pontifex in fin.dicit,ꝙ non competit interdictũ, vnde vi,&propter hoc absoluit partem,quia de iure ciuili spoliato re immobili non erat proditum aliquod remedium , ꝙ̃ interdictum recuperandæ.Secundò inducit text.in d.c. sæpe. in prin.vbi dicitur expressè,ꝙ ante illam decretalem spoliatus aduersus tertiũ,in quẽ erat translata possessio, nõ habebat remedium possessorium.Ex hoc patet,ꝙ canon reintegrandę, qui præcesserat istam decret.multo tempore nõ induxerat nouum remedium contra possessorem,etiam si erat vitiosus.Secundò induxit tex.in fin.in versi.sancimus.per quod patet, ꝙ inducitur remedium nouum:sicut dicitur in c.fi.de temp.ord. Sed hoc videtur falsum,si remedium prius cõpetebat ex dicto canone: ergo patet,ꝙ nullum remedium ex illo canone est inductum.Sed ipse respondet ad vtrunq;,ꝙ inducitur nouũ remedium,quòd prius nõ competebat respectu laicorum, quia dispositio cano.reintegranda,non habet locũ secundũ eũ, nisi in bonis clericorum,& ecclesiarũ.& hoc tenuit glo.in d.c. cũ ad sedem.ibi etiã Ioan.Cal.Sed ista responsio licet sit elegans, nimis restringit tex.qui non distinguit inter laicũ & clericũ. Vnde quia nulla ratio vrget in oppositũ,neq; text.in canon. præalleg.cur debeat fieri ista restrictio,non intelligo.Pro declaratione huius q.aduerte,quia tex.in d.c.can.licet loquatur de iniustè amittente possessionem,si tamen exprimit qualitatem possessoris,qui autoritate can.cogitur restituere . Loquit̃ enim impersonaliter,dicendo quòd res debeat restitui ecclesijs vel episcopis iniustè priuatis.Vnde non cogimur dicere ꝑ illum tex.ꝙ aduersus bonæ fidei possessorem sit inductum illud remedium, Et aduerte,quia licet Angel . hic,& in consil. clv.dicat,quòd per canonem reintegranda inducit remedium concurrens cũ alijs remedijs.Fatetur tamen ꝙ vbi aliàs remedium non competebat per illum canonem,nihil de nouo inducatur.Vnde infert in dicto consilio,quòd contra bonæ fidei possessorem nullo modo competit tale remediũ.In consilio autem suo cxvij.videtur sequi distinctionem Bar.hic,& circa istã opi.Bar.quam tibi retuli in voce,debes scire ꝙ vbique eodẽ modo distinxit,videlicet in l.manifestissimi.§.sed cum in secunda.C.de fur.& in d.l.si coloni . Vnde miror,ꝙ dominus Abb.referat eum in l.si coloni.aliter dicentem,in qua opinione attende diligenter,quia quando res quæ est penes tertium possessorem cum bona fide est affecta vitio reali: verbi gratia,vitio furti,vel vi expulsiue:ista dicta possent procedere,quia cũ isti possessori non competeret Publiciana propter vitium reale.l.cum qui.§.in hac.de publ.sicut aduersus ipsum competeret Publiciana alteri qui haberet titulum & bonã fidem,& ipse non posset se defendere virtute tituli:vt declarauit Nico.May.quę refert Bal.in l.inciuilem.C.de fur.ita videretur posse dici,quòd contra eum competeret remedium illi⁹ canon.reintegranda,quia non est par causa tũc agentis & possessoris:& sic cessat ratio,propter quam excluditur Publiciana in lege,siue autem.§.si duobus.præallega.Sed quando primus possessor possideret cum vitio personali,quia erat in ma

f

[a] ¶ Cõiecturalis.Ad đ Feli.ĩ ru. extrà,đ ꝓba.post.med.j.colum.& qđ ibi dixi in apost.& d. Bart. Soc.in cõs.ccxij.in ci.ꝑnti.versi. ꝓ his accedat.in ij. parte. & d.Pe.Phi. Cor.ĩ cõsi.cxiij.inci.circa. in litera n.& p.in j. ꝑte.& in consi.lxj. inci. visa.ĩ litera g. in iij.ꝑte.& in cõs. cxxiiij.inci. multũ. in litera b.& in cõ. clxij.inci.vr̃.ĩ prin. & in cõs.cciij.inci. quãcꝙ̃.in litera c.c. parte.& in cõs.cxc ij.iiij.parte.

[b] ¶ c. dilecti. Et ibi vide Feli.circa fin. prin. vbi an & qñ qs eum exprimere teneat̃:& adde hic qđ ibi dixi ĩ apost.

la fide, non tamen spoliauerat agentem, tunc istud dictũ Bar. est magis dubium. Ipse enim tenuit hoc in ista l. per authent. malæ fidei. C. de præscri. lon. tempo. arguens isto modo: Mala fides autoris nocet successori singulari, quo ad præscriptionem: sed qui non potest præscribere, non habet Publicianã. l. cum qui. §. ait prætor. de pub. ergo sicut iste non haberet Publicianam, si caderet à possessione, ita cõpetit contra eum Publiciana, sicut suprà est dictum, in primo articulo. Sed ipse præsupponit vnum, quod est falsum, & cõtrarium tenet ipse alibi, videlicet in dicto §. prætor ait. vbi dicit, sequendo Ia. de Are. ꝙ licet mala fides autoris noceat successori, quo ad pscriptionem, non tamen quo ad Publicianam. & idem tenuit glo. in c. abbate sane. de re iudi. lib. vj. †Et ad argu. quod potest fieri in contrarium arguendo ab æquiparatis, quod procedit etiam in materia correctiua, secundùm gl. in l. quod vero. ff. de leg. de quo per Bar. in l. Marcellus. §. quod autem. ad Trebel. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Respondebat Bal. formaliter in d. §. ait prætor. in fin. commen. dicens, quòd in casu nostro non impeditur præscriptio, sed prolongatur, quia debent currere xl. anni: vt d. authenti. malæ fidei. & sic non potest argui ab æquiparatis. Istã differentiam probat ipse per legẽ, si ego. §. j. ff. de Pub. †vbi patet, ꝙ Publiciana cõpetit pro seruitutibus habentibus causam discõtinuam, in quibus non prohibetur præscriptio omnino, sed elongatur in longissimum tempus. l. hoc iure. §. aquæ ductus. de aqua quot. & æsti. Et hanc rationem appropriat sibi dominus meus hic, dicens eam non esse tactam à maioribus nostris: & tamen in veritate tangit eã Bal. effectualiter in l. ancillæ. C. de fur. in fi. q. non tamen adducit istas leges ita formaliter, sicut in d. l. eum qui. §. prætor ait. Vnde in hoc secundo membro ista sententia Bar. nõ videtur procedere, nec potest saluari doct. Innocen. vt ex præmissis patet. Et inquãtum do. Anto. in dicto c. cùm ad sedem. vult quòd remedium canon. reintegranda. habeat locũ tam in laicis, quàm in clericis[a]. Adde quòd contrarium tenet gloss. in d. c. & Ioan. Cald. vt suprà dixi. & hoc sequitur Abba. in d. c. cùm ad sedẽ. & melius iudicio meo: nã non est verum, ꝙ remediũ illius ca. inquantum datur contra bonæ fidei possessorem, sit inductum ad correctionem peccati: sicut dicit do. Abb. & ego ipse prius eram imaginatus, quia bonæ fidei possessor, dum est in bona fide, non cõuenitur, vt corrigat peccatum, in quo nõ est. Vnde potius est dicendũ, ꝙ ratio sit fauor clericorũ, & ecclesiarum, vnde non fit extensio ad laicos, quibus non debetur tantus fauor, & sic non est eadem ratio. l. lege Iul. §. hoc caput. ff. de ritu. nup. Præterea ipse dicit, sequẽdo illam suam rationẽ, quam modo dixi, ꝙ cùm non simus in materia correctiua, neque exorbitanti, fit extentio à similitudine rationis. l. non possunt. cum materia, de legibus. & l. à Titio. ff. de fur. cõceditur enim secundùm eum nouum remedium per illum cano. ꝙ nõ prohibet aliquid ius anterius. Sed istud dictum videtur cõtra casum in d. c. sæpe. in verbo, iuris ciuilis rigore non attento. vbi Papa fatetur expressè, quòd contrarium disponebatur de iure ciuili, & verè hoc põt dici attenta ratione posita in l. siue autem. §. si duobus. præallegatis. †dum dicit, quòd in pari causa potior est conditio possidentis, vt videtur de mente l. cùm à te. de vi & vi ar. vbi pro re immobili nõ competit interdictũ recuperãdæ contra tertium. Et cùm pro rebus immobilibus de iure ciuili non sit introductũ aliud remediũ pro recuperanda possessione, quàm interdictum vnde vi, satis negando hoc interdictum videtur negare remedium possessorium de iure ciuili, ad minus quo ad mentem. Et hanc credo fuisse mẽtem pontificis in d. c. sæpe. vnde sequenda est opi. Ioan. Cald. tanquam verior, posito quòd ex cano. reintegranda. detur nouũ remedium, vbi aliàs non cõpeteret. †Et aduerte, quia domin. Ant. ĩ d. c. sæpe. in pen. char. vult expressè, ꝙ etiam malæ fidei possessori cõpetat remedium cano. reintegranda[b]. si iniustè cecidit à possessione sua. quod est menti tenendum. Et quia Bartol. hic tetigit de remedijs quæ competunt detentatori spoliato, vide glo. & dom. Anto. in c. cõtingit. extrà. de dolo & contuma. & quod ponit Bart. eleganter in l. de vsu. de var. & extraord. cog. in duobus exemplis. & Bal. in c. imperialem. §. fi. de proh. feu. ali. per Fe. in illa quæstione, quòd remedium competat vasallo, si dominus extorqueat ab eo seruitia vltra debitum. & quod not. Angel. in l. non tantum. in prin. de peti. hæred. Et vtrum detentatori petenti se restitui obstet exceptio dominij, vide quod scripsi in l. naturaliter. §. nihil. s. eod. vbi adduxi dicta Bart. in l. j. §. j. si mulier ven. nomine.

[a] ¶Quàm in clericis. Adde d. Petr. Phi. Cor. in cons. viij. in cip. in hac litera c. & in consi. xviij. in cip. visa. in litera b. & in cõsil. xxiij. in cip. viso. in litera y. in prima parte.

[b] ¶Reintegrãda. Adde Feli. in c. dilecti. ad fi. de ma. & ob. & qđ ibi dixi in apostil.

[c] ¶Non extenditur. Addĕ Bal. in l. iij. C de leg. in iij. co. ver. adde ꝙ licet consuetudo.

SVMMARIVM.

1 Ratio, cur errans in iure non præscribit, & tamen lucratur fructus.

2 An in dubio præsumatur error iuris, quo ad fructuũ acquisitionem, vel potius mala fides.

QVod vxor. In gloss. ibi: idẽ quo ad fructus &c. Pro declaratione huius gloss. videnda sunt duo. Primò, quæ sit ratio diuersitatis, cur errans in iure non præscribit, & tamen lucratur fructus. Secundò, nunquid in dubio præsumatur error iuris, quo ad acquisitionem fructuum, vel potius mala fides. †Super primo dicit hic d. me. ꝙ ratio videtur esse, quia præscribens tractat de mero lucro, sed errans in iure quo ad fructus industriales, quos acquirit, non tractat de mero lucro, quia propter curã & culturam habetur pro domino in suis fructibus. Sed certe per hoc non concluditur, ꝙ non lucretur, saltem quatenus fructus sunt vltra expensas, quæ semper deducuntur de fructibus. l. fundus qui. ff. fa. ercis. & plenè in l. fructus. ff. solu. mat. & in l. j. de fruct. & lit. expen. licet hic sit iustior causa lucri. Præterea iura quæ dicunt, ꝙ habetur pro domino, loquitur in bonæ fidei possessore: sed errãs in iure, licet non dicatur in mala fide, non tamen dicitur in bona fide, sed tenet remedium, secundùm Bar. in l. sed si lege. §. scire. de pet. hæred. Credo tamen, ꝙ habuit bonã mẽtem, & potest dici declarando rõnem suã, ꝙ vsucapio est lucrum simplex, sed lucrari fructus est quædam recompensatio pro cultura fructuũ: sicut dicitur Insti. de re. diui. §. si quis à non domino. Vnde hoc lucrum est fauorabilius & æquius, inquantum est quædam remuneratio: sicut dicit̃ in si. ĩ l. Aquili. Regul⁹. de don. & in l. si pater. §. fin. de man. vin. Vel potest dici, sicut dicit Bal. in l. iij. C. pro empt. ꝙ lucrum præscrip. est odiosum, & contra naturalem æquitatem: de qua in l. nam hoc. de condi. & probatur in authen. vt ecclesia Romana. in fin. Vnde dicitur lucrũ cum iniuria alterius, cuius lucri non ita habetur ratio, sicut aliorũ lucrorum: nec tantum ei fauemus. l. si is qui. §. fi. ff. de fur. Sed lucrum fructuũ non est cum tanta iniuria alterius, & propter recompensationem quã dixi est æquius. Quòd autem non sit cum tanta iniuria alterius, patet: †quia facilius præiudicat̃ alicui in iure acquirendo, quã quæsito. l. qui autem. §. j. quæ in frau. cre. & l. si sponsus. §. si maritus. de do. inter vir. & vxor. Et ista ratio multũ placet, & inde est ꝙ præscriptio regulariter non extenditur[c]. l. iij. §. si quis hoc interdicto. & ibi per Barto. j. de itin. actuq; priua. & per eundem in l. si publicanus. in princip. ff. de publi. & probatur in capi. auditis. de præscription. nam alia ratio quam sentit Bald. in lege iij. C. pro empt. & tangit etiã hic Pau. de Cast. quia minoris præiudicij est acquisitio fructuum, quàm acquisitio rei per præscriptionem: vnde nõ est generalis, quia frequenter posset cõtingere, quòd plus esset æstimatio fructuũ, quã rei, propter diuturnam eorum perceptionẽ: potest tamẽ saluari, quia vt in pluribus forte est aliud. ¶†Circa secundũ dic secundùm Bar. in §. scire. quòd quia regulariter non præsumitur ignorantia iuris. l. leges sacratissimæ. C. de legi. in dubio psumitur mala fides. Fallit secundũ Bal. in l. iij. C. pro empt. in rustico minore & muliere, qui excusantur in dubio à dolo præsumpto. l. j. in fin. cũ l. sequen. s. de edẽ. & per Bartol. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. noui nuncia. In istis enim præsumitur error iuris, quo ad lucrum fructuum. Pro illa regula adduco tibi tria optima iura vltra Bart. s. tex. quẽ ibi not. Bart. ad hoc in l. propter venena. §. neptis. ff. ad Sylla. Secundò tex. in l. si contra amplissimi. in fin. C. si quis igno. rem mil. dũ dicit, ꝙ fructus non vendicantur, si constiterit ementem esse bonæ fidei possessorem: ex quibus verbis patet, ꝙ etiã ad quærendos fructus non præsumitur error iuris, nisi probetur. Ad idem tex. optimus in l. si prædium. C. de prædi. minor. Dixit tamen Bal. in d. l. si contra amplissimi. in fin. quod in homine bonæ opinionis & fidei sufficeret sacramentum ad probandũ errorem iuris: arg. l. thesaurus. suprà, ad exhiben. & quia in his quæ pendent ab animo statur iuramento asserentis, secundũ gloss. in §. alic. Insti. de act. Sed istud dictũ esset periculosum in practica, quia vt not. declarat Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. quando præsumptio iuris est in contrarium, non statur sacramento asserentis in his quæ penderent ab animo: ita etiam sentit glo. in simili q. in clem. fin. extrà, de censi. Bene facit quod tradit Bald. in l. cùm proponas. C. de nau. fœno. Aduerte etiam, quia gl. sing. in d. l. si contra amplissimi. quam ibi not. Bal. ad hoc videtur velle, ꝙ quando alienatio rei redditur nulla, quia res ipsa efficitur inalienabilis, sicut in fundo dotali: tunc error iuris non causat acquisitionem fructuũ. Et hoc credo sensisse Barto. in dicto §. scire. dum respondet ad l. quemadmo. C. de agri. & censi. libro xj. Licet enim verba sua videãtur dicere, ꝙ quãdo lex resistit cõtractui, error iuris non causat acquisitionem fructuum. Non tamẽ credo eum ita intellexisse, quia esset

esset contra iura hic allegata in glo.cùm donatio expressè prohibeatur inter virum & vxorem. Vnde credo, quòd intellexerit, quãdo res est facta inalienabilis:& ad hoc vadit d.l. quẽ admodum.quia agricola & censitus non possunt regulariter transferri in alium. Vide etiam ad materiam nostram glos. & quod ibi tangit Barto.paucis verbis in l. hæredem.ff. de his qui.vt indig.

SVMMARIVM.

1 Dictio,perinde,quando respicit factũ,importat fictionem.
2 Possessio sola voluntate perditur, sed non dominium.
3 Insistens in re si habet animum perdẽdi possessionẽ, perditur possessio.
4 Pactum appositum contra substantiam actus,dummodo non apponatur in vi conditionis,rejicitur,& non vitiat actum.
5 Dominium quid.
6 Relatiuum,quis,vel qui,adiunctum generi,habet naturã distributiui.
7 Non dicitur esse perfectum dominium illud, cuius prætextu quis non posset rem alienare liberè.

SI quis vi. Qui habet actionem ad rem, videtur rem habere.h.d.¶ In gloss. in verbo,possidere.ibi:quo ad rem. Imo. hic dicit, & bene, ꝙ qui habet actionem, videtur rem habere fictè,non verè:& satis probatur in isto tex.quia vt aliàs dixi,ista† dictio,perinde,quando respicit factum,importat fictionem:sicut dixi in l.rem^a quæ nobis.in prin.s.co. Et per hoc dicit alibi singulariter Bartol. quòd si statutum facit mentionem de re alicuius,non cõprehendit eum qui habet actionem personalem ad rem,quia ꝙ iste videatur habere rem, non est propriè,sed fictè. Ideo in statutis in quibus non habet locum interpretatio extensiuè,non comprehenderetur habens actionem:ita terminat in l.Gallus.§.videndum.de lib.& posthum. Et idem crederem in casu l.nostræ,si statutum facit mentionẽ de possessore:nam non cõprehenderetur iste qui habet actionem ad possessionem recuperandã per eandem rationem. Sed quæritur pro declaratione literæ,quomodo ex mente istius l. fit restrictio istius dictiõis,perinde,quo ad certos casus. Et est dicendum,ꝙ ratio assignata in tex.satis hoc ostendit,videlicet ꝙ quantum ad hoc vt possit conueniri tanquã possessor,induciturista similitudo vel fictio. Ideo doctor. hic dicunt, ꝙ ista l.optime exemplificatur ex l.quod si in diem.§.Iul.de pet.hęred.vbi probatur ꝙ contra taliter spoliatũ competit petit.hæred.quia habet facultatem rei restituendę.Et hoc est quod voluit hic dicere iurisconsultus,dum dicit ꝙ ex interdicto habet facultatem,recuperandi,supple,& per consequens restituendi rem. Ista ergo dictio,perinde,aliquando æquiparat vnum alteri vniuersaliter,aliquando non per omnia,sed in quibusdam, secundùm mentem legis,& subjectam materiam: & hoc est quod dixit glo.in l.sacrilegij.§.fi.j.ad leg. Iul.pecu.& in l.j.in fi.de recepta.& ibi tangit Bar. Vide quæ no.ponit Angel. & post eum do.me.in l.si finita.§.fi.de dam.infect.vbi do.me. se remittit. Et ad illam q.quã tangit ibi Angel.vide quod plene scripsi in si.q.j.c.at si clerici.in prin.de iudi.post Abb.& quod ponit Bal.in l.omnes populi.de iust.& iur.

2 Differentia. †Sola voluntate perditur possessio, sed non dominiũ:ideo qui tradit possessionem,vt eam recuperet incontinenti, interim eam amittit.h.d.Et aduerte,quia Moder.post Bart.intelligunt vltimũ dictum §.nostri,quando quis sic tradit, vt incontinenti recipiat ad differentiam dominij,quod illo casu non transfertur l.qui sic.j.de solu.quod est no.& menti tenendum.Licet autẽ possessio voluntarie tradita perdatur hoc casu,non tamen perditur possessio violenter amissa,si recuperatur incontinenti: ideo non interrumpitur præscriptio.Glos.est nota.in l.si quis ad sedem.C.ad leg.Iul.de vi.tenet Bar.in l.qui possessionẽ. j.de vi & vi ar.reprobata glo.quæ est ibi.¶ †No.etiam ex isto 3 tex.quòd licet aliquis insistat in re,si tamen habet animũ perdendi possessionem,perditur possessio,supple etiam si velis retinere dominium. Moder.& bene,super quo vide quæ diximus in l.iij.§.in amittenda.s.eod. Quid autem iuris sit de dominio, dicemus statim in gl.¶ In glo.in verbo,non vult.Dy.Bart.& communiter Moder.hic tenent contra glo.& videntur velle ꝙ iste tex.intelligatur,quando is qui renunciat domino, protestatur,vel aliter apparet,ꝙ vult retinere possessionem:& ita exponit istum tex.antequã veniat ad glo.aliàs secundùm eos amitteretur possessio & dominium:& sic valeret renunciatio. Mouetur,quia† qui vult consequens,videtur velle antecedẽs, sine quo illud esse non potest.l. illud.de acqui.hæred.Sed renunciatio dominij valet sine renunciatione possessionis,vt videtur dicere tex.noster:ergo etiam possessioni videtur renunciatum. Tunc ergo procedit litera nostra,quando is qui renunciat dominio,quòd vult retinere possessionem. Imo. hic concordat opi.dicit enim,quòd aliquando aliquis renũciat dominio,insistens in re:& tunc vera sit opi.glo.quòd etiã nihil protestetur,non valet renunciatio, nec videtur renunciatum possessioni. Aliquando quis renuncians dominio non insistit rei, licet existens extra rem retineat possessionem:& tũc vera sit opi.Dyn.& Bart.quòd valet renunciatio,si aliquid non protestetur.& licet ipse non dicat specifice,mens tamen sua videtur esse,quòd is qui insistit rei,dum renũciat dominio,tacitè videatur protestari,quòd vult retinere possessionem,ex quo facit actum appropriatum illi iuri,quia possessio est ius insistendi rei.l.j.in prin.s.eod.Sed quando aliquis totaliter renuncians non insistit rei, tunc cessat ista præsumptio tacitę protestationis,ideo amittitur possessio vnà cum dominio. Pau.de Castr. hic addit,quòd si aliquis insistens rei diceret,habes rem pro derelicta:tunc sine dubio perderetur dominium & possessio: & isto modo intelligit l.j.& ij.j.pro derelicto. Et credo ꝙ bene dicat,quia ista verba de sua natura possunt complecti ita per dictionem possessionis,sicut dominij. Secus est,quando quis renunciat dominio simpliciter. Sed huic secundo dicto ob. ratio Dyn.& Bar.suprà dicta, ꝙ qui vult consequens,videtur velle antecedẽs. In quæstione tamen est cõtrouersia, quæ est inter glo.& Dyn.ipse sequitur opi.Dyn.& Bar.secundùm quã debes intelligere dictum suum præcedens secundo mẽbro. Sed ista concordantia d.Io.primò restringit tex.qui non loquitur magis de insistente rei,quàm de eo qui est extra fundum, & possidet.¶ Præterea contra primum membrum suum facit ratio statim assignanda cõtra Dyn.& Bar.cõtra quos arguo sic: Si renunciatio simpliciter facta valeret,vt dicunt,deberet valere si fieret cum protestatione retinendi possessionem.Sed hoc est falsum,& inconueniens,vt ipsi concedunt:ergo & conclusio prædicta non est vera. Quòd autem etiam in illo casu renũciatio valeret,probatur,quia† pactum appositum contra substantiam actus,dummodo non apponatur in vi conditionis, 4 rejicitur,& non vitiat actum.l.cum precario.ff.de preca.& plenè distinguit Bart.in auth.ingressi.C.de sacrosan.eccle. Protestatio igitur ista,quę est contra substantiã renunciationis,rejceretur,& remaneret renunciatio simplex:& per consequẽs deberet valere,secundùm istos. Vnde opi.gl.videtur melior, maximè quia non restringit literam,sicut alia. Et ad argumentum oppositum respondeo,ꝙ illa regula nõ semper procedit, sed solũ quando ius cui videretur renunciatum,erat incõpatibile cum actu qui nunc fit. In illa enim ratio cõtrariorũ facit, quòd vno posito aliud videatur tolli,quia non possunt esse simul vera,sicut plenè dicitur in l.j.C.de fur.& in l.edita. C. de eden.per Bart.& alios. Sed in casu nostro,id est,in dominio & possessione iura non sunt incompatibilia, quia dominium & possessio possunt stare simul:sed propter cõnexitatem quandam iurium,vnum non potest tolli sine alio,incipiendo à dominio,cuius causa est possessio regulariter.l. traditio.in fi.s.tit.j. Quòd autem hoc non sit semper verum,probatur, quia econtra ego video, ꝙ etiã si dispositio reddatur inutilis, qui vult antecedens,non videtur velle consequens,sine quo illud esse non potest in contractibus inter viuos:ita probatur in l. via constitui.§.fi.de ser.rusti.prædi.vbi qui vult seruitutẽ durare in sua causa quo ad fundum vicinum,quod videtur tacite agi,non videtur velle concedere viam per fundum suum,sine qua seruitus non potest consistere,& redditur inutilis. Idẽ probatur in l.in vendendo.ff.de contrahen.empt.vbi qui vendit domum vel agrum,non tamen videtur velle cõcedere viã per agrum suum,licet sine illa res sit inutilis:ita not.Bar. in l. binas.de ser.vrba.præd.& in l.j.de serui.leg. Posset etiam vltra ea quæ aliàs scripsi sine dubio cõcedi per ea quę dicta sunt, quod simpliciter ille qui non vult esse dominus absolute, desinat esse dominus:& sic videatur res habita pro derelicto. Nõ obst.iste tex.quia dico ꝙ non loquitur in isto casu, videlicet quando quis absolute vult non esse dominus,sed in casu qui exemplificatur in fin.literæ,secundùm omnes:videlicet quando ego volo perdere dominium,vt transferatur in aliũ:in quo casu verè est differentia inter possessionem & dominium: nã licet possessio non transferatur in eum in quem volui, amittitur tamen,vt videbis in l.quod meo:j.eo.§.si furioso.† Dominium autem si volo perdere,vt transferam in alium,non perditur:si in alium non potest transferri,vel non est translatum. l.cùm quis.§.si debitorem.vers.si.alioquin.ff.de so.& plene per Bart.in l. qui mihi donatum. circa prin.commenti.s.de dona. & hanc differentiam voluit facere tex.hic. Et ad materiam huius §.vide omnino qđ ponit Ant.de But.& subtilius Abba.

a ¶ In l. rem. Et hic adde quæ ibi dixi i apostil.

post eum in c. literas. de rest. spol. vbi dicunt ꝙ quasi possessio matrimonialis, quia est cõiuncta cum proprietate, & quodam modo cõnexa, aut non admittitur solo animo, aut si amittitur solo animo, recuperatur: quorũ vtrũq; est valde no. Et ad materiã huius §. adde ea quæ diximus in l. j. in prin. s. e. in illo articulo, vtrum possessio possit acquiri ipso iure sine traditione vera vel ficta. ¶ Extra gl. tradit hic Bart. solenniter, quid sit dominiũ, & quotuplex sit[a]. Et primò diffinit dominium hoc modo: † Dominiũ est ius de re corporali perfectè disponẽdi, nisi lege prohibeat᷑:[b] & exponẽdo diffinitionem suã dixit se dixisse ius ad differentiã ipsius rei corporalis, in qua est ius dñij. Aliud est enim res ipsa, & aliud dominium rei, sicut dicitur in rub. de acqui. re. do. Deinde dicit se posuisse in diffinitiõe, de re corporali, ad differentiam iuris incorporalis, in quo est reperire dominiũ nõ propriè, sed largo modo. Vnde non dicimus vsufructuariũ dñm simpliciter, sed dñm vsusfructus. l. qui vsufru. ff. si vsusfru. pe. & tãgit gl. in l. qui supra. de vsufr. Et ego plene declaraui post gl. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. s. Sũt ergo tria quæ differunt, secũdũ Pau. de Cast. s. dñium rei, res ipsa, & aliud ius reale, quod causat᷑ in re, sicut seruitus personalis, vel realis. Omnia autẽ ista veniũt sub appellatione prædij, vel fundi. Vnde qui vẽdit fundum secundũ eum, vel prædiũ simpliciter, videtur vendere totũ ius prędij. i. dñium plenum. Ideo si vẽditor nõ sit dominus, & prædiũ euincatur, põt agere de euictione secũdũ eum: vt in toto titu. de euic. secus est si aliquis vendat ius, quod habet in prædio, vel fundo, quia secundũ eum si nullũ ius reperitur habere, ad nihil tenebitur de euictiõe: quia videtur vẽdere ius, si quod habet, & sic arcam, sicut si vendidisset iactum retis: alleg. tex. in l. quod si in vendi. de hære. vel acti. vendi. Vnde dicit notarios debere esse cautos, vt caueant quomodo apponunt verba, ne forte emptor incidat in periculũ prædictũ: & aliàs dicit se vidisse dubitari super hoc. Tu verò aduerte: quia primò esset videndum, vtrum qui vendidit rem simpliciter, videatur eam vendere respectu dominij pleni, & liberi, vel solũ respectu iuris, quod habet in re, quando aliquod ius habet. Et de isto articulo dic vt not. declarat Bal. in rub. C. de contrahen. emp. & quod habetur in l. qui tabernas. ff. eod. titul. Super quo vide etiam quod ponit Bald. in c. j. §. rursus. qui. mod. feu. amit. & in c. j. de feu. nõ ha. propri. na. feu. & in l. j. C. si pignus pig. da. sit. & quod not. glo. in l. prædijs. C. de euict. & in l. cùm vendens. ff. de contrahen. empt. Secundò est videndum, quid si nullum ius habet, & nõ venditur fundus, sed ius quod habet in fundo[c]? Super quo dixit Ang. & Imol. post eum elegãter in l. si sic. in prin. de leg. j. quod ista verba, ius quod habeo in re, vel quicquid iuris habeo in re, resoluuntur conditionaliter hoc modo, si quod ius habeo in re. alleg. tex. in l. quod si sit iuncta. l. quod si in vendi. ff. de hær. vel act. ven. Vnde nisi vẽditor sit in dolo, qa sciebat se nullũ habere ius, ad nihil tenebit᷑. Si aũt sciat se nullũ habere ius, tenebit᷑ ꝓpter dolũ suũ. l. hæc aũt. ff. e. tit. quãuis in isto secundo casu dominus Pau. hic sentiat contrariũ. Pro ista distinctiõne Angel. & Imo. optimè facit quod not. Bart. in l. demonstratio. in prin. de condi. & demon. † vbi dicit, ꝙ relatiuũ, quis, vel qui, adiunctum generi habet naturam distributiui[d], & soluitur hoc modo: Libertis quos habeo lego cẽtum, id est, si quos habeo, vnde si nullos habeo, legatum deficit. l. libertis quos. in princip. ff. de alim. & ciba. leg. & ita consului aliàs in ciuitate Senarum, in isto puncto, sequẽdo dicta Ang. & Imo. in dicto loco. Sed contra istam doct. facit quod ponit Bart. in l. cùm te. §. qui maximos. ff. de pub. in v. colũ. vbi dicit, quòd ille qui vendit fructus, qui nascentur in agro suo, si fructus nõ sunt nati, nõ debet habere precium pro illo anno, quia p ista verba non videtur quis emisse fortunam, & aliquod incertũ, ☞ † cùm relatiuum, quis, vel qui, sit relatiuum substantiæ:[e] secũdùm glo. in l. j. C. de sent. quæ pro eo. & sic videtur præsupponere aliquid inesse, & per consequens non resoluitur, si qui nascentur: sicut isti dicunt. Sed potest responderi, quòd ibi relatiuum fuit expressum respectu certi iuris, vel certę & determinatæ rei, scilicet fructuum, qui nascentur ex tali fundo. Vnde non resoluitur tunc in venditionem conditionalẽ, nec stat in natura distributiui, sed in natura relatiui substantiæ: vt dixi. Et hoc est quod tenuit hic Paulus, qui voluit, quòd si vendo tibi vsumfructum quem habeo in tali re, tunc si venditor non haberet vsumfructum, tenetur de euictione, quia decipit emptorem, asserendo se habere quod non habebat. l. Iulia. §. si venditor. & §. Iulia. ff. de actio. empt. Sequitur in diffinitione perfectè disponendi, ex quo verbo datur intelligi, secundùm Barto. hic, quòd de re in qua quis habet dominiũ, potest perfectè disponere, prout vult: per l. in re mandata. C. manda. Sed ista diffinitio videtur dupliciter imperfecta. † Primò quidem

a ¶ Sit. Vide Bald. in l. ꝓprietatis. C. de proba. & in l. in rebus. C. de iure do.

b ¶ Prohibeat. Adde idem p do. Bart. Soci. in con. clxxvj. incip. præsens versiu. viij. & vlt. in ij. parte.

c ¶ In fundo. Vide d. Pet. Phi. Cor. in consil. cx. incip. in iudicio. in litera q. i secunda parte.

d ¶ Distributiui. Adde eundem d. Frãc. in l. q liberis. s. de vulg. & pup. & qđ ibi dixi in apost.

e ¶ Substantiæ. Adde eũdem d. Franc. Are. in l. si pater filio. de vulg. & pup.

qa illud non dicit᷑ perfectũ dominiũ cuius prætextu quis non possit rẽ alienare liberè, quando alienatio prohiberet᷑, ne fiat præiudicium alteri. l. fœminę. §. illud. C. de secund. nupt. & ibi hoc not. Bal. Idem probatur, & melius, in authen. de rest. circa princip. & ibi hoc not. Angel. colum. viij. & tamen isti sunt veri domini. Præterea propter hoc verbum ista diffinitio non videtur competere habenti dominium vtile subalternum directum, sicut habent emphyteuta, & vasallus, qui non possunt alienare suum vtile dominium, nisi in certis casibus. in fin. C. de iure emphy. & in c. j. §. aut si libellario. & in multis alijs iuribus feud. quib. mod. feu. amit. Et sic dicatur, diffinitio Barto. complectitur istos, quia inferius subijcit, nisi lege ꝓhibeatur, id est, nisi alienatio sit de iure prohibita: ad hoc videtur quòd possit responderi, quòd Bart. in dictis verbis non intellexit de prohibitione, quæ fiebat, ne pręiudicaretur alteri. sed de illa quæ fiebat propter inhabilitatem personæ: quod patet, quia ponit exemplum in pupillo, & de domino qui non potest occidere seruum. l. ij. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Sed potest dici, defendendo suam positionẽ, ꝙ licet posuerit exempla concernentia inhabilitatem personæ, idem intellexerit ex quacũque, cùm ius suum alienare nõ possit. Sed fortius obstat huic diffinitioni, quia neq; emphyteuta, neq; vasallus potest perfectè disponere de re in qua habet dominium, propter dominiũ directum quod pertinet ad dominum, quod ipsi non possunt transferre ex regula, quod nostrum. de reg. iur. Item etiam videmus in eo qui habet nudam proprietatem, nam iste sine dubio continetur appellatione domini. l. ij. ff. de condi. institu. l. prima. §. domini. ff. ad Sylla. Per quæ iura dixit ibi Bal. quòd si aliquis dixit se dominum in libello, & probat se proprietarium, debet simpliciter obtinere: & ita concludit disputando latius in l. Iulia. aliàs incipit, si hominem. ff. de rei vendic. Iste ergo quamuis sit verè dñs, non potest perfectè disponere de rẽ, non quia prohibitus sit alienare, sed quia aliquod ius in illa re pertinet ad alium. Vnde ego saluando istam diffinitionem aliàs dixi secundùm Bald. in dicto §. illud. in fine. quòd Barto. hic diffinit dominium plenum, & absolute liberum, qđ alibi appellatur plenissimum. in lege prima. C. de iur. Quiritũ tol. quẽ tex. ibi ad hoc no. Bal. Et licet ista solutio sit bona, nõ tñ videtur de mente Bart. quia primò posuit diffinitionẽ dominij, deinde in sequenti enumerat eius species. Potes ergo ☞ addere vnum verbum ad eius diffinitionem: vt dicas, † dominium est ius de re corporali perfectè disponendi, saluo iure alterius, nisi quis l. prohibeatur. Et aduerte, quia licet ille qui non potest alienare rem, ne præiudicet alteri, non dicatur plenè vel perfectè dominus, secundùm Bald. & Angel. in dictis locis. Ille tamen dicitur verè dominus, qui de præsenti potest alienare rem, licet sit dominus reuocabiliter, quia potest cogi ad restituendum rem alteri. Casus est singul. secundùm Bald. ibi in l. Iul. circa fin. de rei vend. Tetigit etiam hic Bart. vtrum dominium sit multiplex, vel vnum tantum: & quia in cæteris bene dicit, nil est addendum, nisi vnũ quod dicit hic Paul. de Cast. ꝙ inquantum distinguit dominium directum ab vtili subalternato. Pro sua conclusione videtur casus in authen. si vero dominus. C. de hæred. vbi fit mentio de dominio principali: & per consequens de dominio directo. & sic datur intelligi, quòd est dominium inferius diuersum ab illo. Sed ille tex. non loquitur de dominio rei particularis, sed de quasi dominio vniuersalis iurisdictionis. Potest tamen induci à si. vt sicut à iurisdictione, quæ est ius incorporale vniuersale, reperit᷑ principale subalternum, ita in dominio rei particularis: & simili modo arguit Barto. hic de iure vtili seruitutis ad dominium vtile. Secundò adde, inquantum Barto. in fin. ij. quæst. dicit, ꝙ ponere alicui competere vtilem rei vendi. sine vtili dominio, nihil est dicere, quòd vèrba ista fundantur ex his quæ dicit gl. in l. prima. in princip. s. de eden. quam Bal. adducit ad hoc in c. primo. §. præterea. de capi. Corr. quæ vult, ꝙ præterquam vbi rei. vendi. ceditur, non sit dare actionem vtilem realem sine dominio. Si ergo fateris duas esse actiones reales, vtilem & directam, necesse habes fateri duo esse dominia, quia si esset vnum duntaxat, produceret vnam actionem, non duas. Et ista probatio procedit, si tenes quòd quando actio vtilis cõpetit ad aliud quàm directa realis, sit actio natiua, & non datiua: sicut subtiliter tenet, & declarat Bart. in l. j. j. de act. & obli. Sed si teneres, vt quidam alij dixerunt, ꝙ semper actio vtilis esset datiua in ☞ actionibus realibus, tunc ista ratio non procederet, † quia actio datiua non habet causam, ex qua oriatur l. iuris gentium. §. & ideo. ff. de pact. Sed contra ista dicta facit quod not. gloss. quam sequitur ibi Bartol. in l. idem. in fin. ff. qui pot. in pig. habea. vbi concludit gl. quod quando res est empta ex pecunia pupill. licet sibi competat vtilis actio in rem, non tamen dicitur

tur dominus rei aliquo modo. Sed respondendo dicas, quòd illa solu. ad contrarium non est necessaria: sed possumus fateri, quòd res empta de pecunia pupilli sit pupilli fauore speciali: & tamen quòd possit esse sibi obligata per hypothecam, ita declarat ipse idem Bart. secundùm Alber. de Saly. in l. j. C. communia de lega. Et ad vltimam q. Bar. dum dicit, quòd possessio iurisdictionis perditur, licet non renuncietur in manibus superioris. vide quod not. Archid. & Ioan. Andr. in c. penul. de offi. lega. in sexto.

SVMMARIVM.

1 Constituens se nomine alterius possidere, incontinenti videtur habere animum insistendi rei, vt acquirat possessionem tertio, cuius nomine vult possidere.
2 Possessio verè acquiritur illi, cuius nomine possidetur.
3 Possessio acquiritur verè & immediatè per procuratorem domino.
4 Traditio ficta circa dominium & possessionem, idem operatur quod vera: fallit tamen, vt numero 5.6.7.8.9.10.
11 Dictio, donec, & quousque, & aliæ similes, sunt determinatiuæ temporis: & significant dispositionem fieri postea.
12 Vsum fructum dare est inducere aliquem in fundum, patientiámue præstare.
13 Populus quando est liber, nec recognoscit superiorem, potest alteri se subijcere, & cócedere iurisdictionem in se.
14 Possessionem in alium qui transfert, non videtur renunciare possessioni conditionaliter, sed purè.
15 Vnum ex duobus incompatibilibus qui vult, statim videtur renúciare ei quod est incompatibile secum.
16 Rem in domū suā inferri q consentit hoc, ipso rem in sua custodia accipere videtur.
17 Locus ille dicitur domui meæ vicinus, quem ex domo mea possum prospicere.
18 Vera possessio nō minus acquiritur per actum fictum, quàm per veram rei apprehensionem.
19 Facile fieri posse non dicitur id, quod habet fieri cum tempore, & præparamentis: sed solum id, quod sine mora potest fieri.

a QVod meo. [a] Possessor pōt facere aliū possessorem, possidendo ei⁹ nomine: procurator in acquisitione possessiōis est nudus minister. hoc dicit. Secunda ibi: nec. Tertia ibi: nec idem. Quarta ibi: procurator. ¶ 1 †Primò nota. ibi: ministerio meo. quòd is qui constituit se nomine alterius possidere incontinenti, id est, in ipso actu constitutionis, videtur habere animum insistēdi rei, vt acquirat possessionem tertio, cuius nomine vult possidere: perinde est ergo, ac si de nouo apprehendisset possessionem nomine illius, quo casu si est procurator, acquiaet possessionem incōtinenti illi. l. j. §. per procuratorem. ʃ. eo. Si verò est negociorum gestor, acquiret post ratificationem [b]. l. communis seruus. §. j. ʃ. eod. & l. si ego. vbi not. de neg. gest. ¶ 2 †Secundò not. ꝙ possessio vere acquiritur illi, cuius nomine possidetur. & hunc tex. hic in fin. commēti no. Bart. contra Gul. de Cug. in l. ab empt. de pac. qui dicit, ꝙ per actum fictum non potest quis transferre possessionē in dominum per procuratorē: de quo aliquid hic per Imol. Super quo vide quod plene scribit Ang. & Moder. & ibi dixi in l. j. §. per procuratorem. ʃ. eod. Et hunc text. allegat summus pontifex 3 in c. cùm venissent. extrà, de restitutio. spoliato. ¶ †Tertiò no. quòd per procuratorem acquiritur verè & immediatè possessio domino, ita quòd non acquiritur prius sibi, & postea domino. Ideo dicitur hic: quòd in acquirenda possessione ipse est minister, quia nullum ius aliquo tēpore radicatur in eo. Concordat tex. in l. certe. §. j. de preca. Vnde in acquisitione possessionis & dominij, quo ad ius quærendū, non differt nuncius à procuratore. ¶ In glo. in verbo, possidere. ibi: in domino non sic. Si glo. intellexit, vt videntur sonare verba sua, quòd ficta traditio non transferat dominium, sicut vera, falsum dicit, & contra tex. expressum in l. quædam mulier. de rei vendi. Non obst. l. cùm falsa. hic in gloss. allega. quia ibi non interuenerunt verba dispositiua, sed enunciatiua, per quæ quis confitetur alium esse dominum. Vnde non est mirum, si non disponunt: imo potest probari contrarium, etiam si confessio emanasset ex certa scientia, vt per doct. in dicta lege, cum falsa. & 4 in lege, non fatetur. ff. de confes. †Licet autem ista sit regula quòd ficta traditio circa dominium & possessionem idē ope-5 retur quod vera, hoc tamen fallit in quibusdam casibus. †Primus est, si concurrat fictus titulus, & ficta traditio: de quo post 6 Bart. in l. si rem aliquam. ʃ. eod. †Secundus est in traditione ficta, quæ videtur fieri per titulum concessum illi penes quem res est: nam tunc demum ex illa ficta traditione trāsfertur dominium, quando concedēs titulum sciebat rem esse penes eū cui conceditur: secus si ignorabat. Glō. est singul. quem ibi no. 7 Bart. ad hoc in l. hoc si res. ff. de rei ven. †Tertiò fallit in casū not. quem ponit Guil. de Cug. in l. certi cōdictio. §. deposui. ʃ. si certum petatur. Vnde quando ex duabus fictionibus creatur vnus titulus ad transferendum dominium: de quo in lege, si rem aliquam. ʃ. eodem. & plenè dixi in dicto §. deposui. 8 †Quartò non operatur idem ficta traditio, quod vera, respectu possessionis, quo ad hunc effectum, vt per nouam traditionem videatur commissum nouum furtum. Gl. est not. vbi Bartol. in l. item si res. in prin. de alie. iu. mu. cau. fact. de qua dixi in lege iij. §. si rem. suprà eodem. vbi etiam allegaui Bald. idem 9 tenentem. †Quintò non operatur idem ficta traditio quod vera, quo ad translationem dominij, vbicunque contractus fuit perfectus per veram traditionem: nam non resoluitur post, si interueniat ficta traditio, secundùm gloss. in lege, ab empt. su-10 prà, de pact. sed Bartol. eam non tenet ibi. †Reperitur & sextò casus singul. ex doctr. Bartol. in l. Titia. in princip. de verb. obligati. vbi dicit, quòd vbi requiritur traditio corporalis, tūc non sufficit ficta traditio pro vera: quod an sit verum, non affirmo nunc. Sed vide quod scripsi in dicta l. Titia. Et quia regulariter ficta traditio habet effectū verè, vt dictum est, ideo dixit solenniter Ioan. And. in addi. Spe. in titul. de empt. & vendi. §. sciendum. versi. & not. †quòd primus emptor, cui est facta traditio fictè, præfertur secundo emptori, cui est facta traditio vera: & sic extendit l. quoties. cum materia. C. de rei vendi. & aliàs remisi ad Bald. in l. quoties. qui hoc non tangit, sed quæstio. similem, quando transfertur dominium ex solo titulo ipso iure in primum emptorē. Et quia hic dicitur, quòd cōstituens se alterius nomine possidere, facit alium possessorē, quæritur quousque duret istud constitutum, maximè si est apposita clausula, quæ solet apponi, quousque de eo apprehēderit possessionem corporalem. Et consuluit Dyn. singulariter, quem refert Bald. in c. j. §. si iam facta. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agn. ꝙ ingrediente postea emptore possessionē non finietur constitutum venditoris. Vnde si emptor cadit à possessione, & illa possessio redit rursus ad venditorem, venditor non poterit præscribere, quia videtur possidere nomine alterius. Quod dictum est valde dubium, maxime si est apposita clausula supradicta, quæ solet apponi communiter in instru-11 mentis. †Nam dictio, donec, quousque, & similes, sunt determinatiuæ temporis [c], & significant [d] dispositionem fieri postea: vt plenè per Barto. in l. fina. circa principium commen. ff. ad Ter. & ego plenissime scripsi in l. si quis posthumo. §. si filium. de liberis & posthumis. Præterea etiam vbi non est apposita ista dictio, ex quo emptor ingreditur ipse possessionem, & tenet eam per se, vel per colonum, satis videtur cessare causa cōstituti ex intentione partium. ¶ Extra gloss. tetigit hic Bartol. not. quæstion. videlicet nunquid ista lex habeat locum in eo qui possidet animo proprio, & corpore alieno, puta per seruū, vel colonum: & in effectu concludit quòd sic, quia licet dominus expulsus non perdat possessionem, quando possidet corpore alterius. l. peregre. §. quibus. ʃ. eod. Potest tamen voluntariè transferre possessionem suam in alterum, licet illa possessio teneatur corpore alterius. alleg. gloss. singularē secundùm eum. in l. j. §. non autem. ff. de vi & vi armata. & text. in l. qui vniuersas. §. fina. infrà eodem. Sed dominus meus hic dicit, ꝙ illa lex nihil facit, & quòd illa gloss. est falsa, quia est contra textum in l. cùm fundus. in principio. de vi & vi armata. & l. si quis rem. infrà eodem. vbi dicitur, quòd si venditor iubet emptorem ire in possessionem, & colonus non admittit eum, venditor potest agere interdicto recuperandæ, quia interim antequam emptor occuparet, ipse non amiserat possessionem. Sed cum reuerentia domini mei istę leges nil faciunt contra Bart. quia in casu illarum legum venditor non vult acquiri possessionem suam, sed ita demum, cùm emptor possessionem fuerit ingressus: vt dicit tex. in dicta lege, cùm fundus. Vnde possessio non retinetur ibi, quia non potuerit eam transferre incontinenti, sed quia noluit: iussit enim emptorem ire in possessionem: quæ verba manifestè significant, quòd per ingressum voluit eam sibi acquiri. Vnde nos possumus sequi opin. Bart. per generalitatem istius legis, quæ simpliciter tradit nobis regulam: qui ergo vult dicere, quòd non debeat intelligi indistinctè, adducat legem & rationem. Nam text. in l. peregre. loquitur in casu dissimili: quòd enim domin⁹ expulsus retineat possessionem, remanente ibi seruo, vel colono: istud respicit fauorem suum, ne præter voluntatem suam suo iure priuetur.

a ¶ Quòd meo. Ad huius text. materiā vide Old. in consi. cxiiij. & d. Alex. in cons. x. iiij. parte. & q̄d ad materiā habetur p d. Alex. ī consil. lxxx. ij. ij. pte. & adde do. Petr. Phi. Cor. in con. cxvj. incip. licet. in litera g. & in consil. cxiij. incip. circa. in litera f. in j. parte. & in cōs. lxxxix. inci. viso. ī litera e. & p. ī ij. pt. & in cōs. clxxxiij. incip. pn̄ti. in litera r. in ij. pte. & in consil. liij. incip. in hac. in litera b. & quod operet cōstō p̄caria, vide per eum in consil. cxvij. incip. multa. ī litera p. q. & seq. & qd si quis constituit se precario possidere, nullā retineat possessionē, vide p eum in consi. ccxxviij. inci. excogitabā. p totū. & in ij. parte. & in consi. clxxxij. inci. repetito. in litera g. in iij. parte. & an cō stitutio precaria facta procuratori stipulanti pro altero trāsferat possessionem vel dn̄ū, vide p eū in cōs. incip. vi detur. p totū. in j. pte. & qs sit effect⁹ p̄cariæ cōstitutiōis, vide p eū ī consi. cc lxxx. inci. visis. in litera b. & nunqd constitutio p̄caria trāseat ad hæredes rogātis, vel rogati precario possidere, vide per eū in d. cō sil. cclxxx. in litera m. iij. parte.

b ¶ Post ratification. Adde Dy. in consi. xv. & Pau. de Cas. in consil. lxxxiij.

c ¶ Temporis. Adde Card. in cle. ij. §. j. [illegible] æta. & [illegible]

d ¶ Et significā[illegible] quid significet, vi[illegible] Bal. in l. fi. vj. q. C. de cōtrahen. empt. Io. de Por. in l. centesimis. vbi etiam per Bar. de ver. obliga.

Quòd autem dominus voluntarie non possit transferre possessionem in altero, hoc respicit odium suum, †quia in re sua quilibet debet esse moderator, & arbiter[a]. l. in re mandata. C. manda. vnde casus non sunt similes. Et si dicas, cur is qui possidet per alium, si vult amittere possessionem absolute, hoc nõ potest? Ad hoc respondet hic optime Bar. vnde dic vt hic per eum. Et aduerte, quia Bar. & omnes doctores respondent ad l. cùm fundus. & lege, si quis rem. eodem modo in effectu, quo ego respondi superius in §. si à furioso. infrà, eodem. vbi dicemus. Tangit etiam hic connexe tres not. quæstiones Bartol. Prima est, vtrum dominus fundi cõstituendo se nomine vsufructuarij possidere, acquirat ius reale vsusfructus in fundo, & consequenter naturalem possessionem fundi. Secunda, quid in seruitutibus realibus, & in quasi possessione iurisdictionis, quæ possidetur per alium. Tertia, nunquid subditi recognoscentes aliquem in superiorem, & constituentes se suo nomine possidere, possint transferre quasi possessionem iurisdictionis, seu causare de nouo in eum quem recognoscũt. Super quo adde breuiter dictis Bar. ꝙ ista sua conclusio posset sustentari, si consideremus id quod ipse dicit in l. iij. §. ex contrario. circa princ. commenti. s. eodem. videlicet quòd ex naturali possessione vsusfructus potest præscribere vsumfructum: nam sicut naturalis possessio est causa, cur dominium per præscriptionem possit acquiri, id est causat vsucapiendi conditionem, vnà cum titulo: ita videtur posse causare quasi dominium vsusfructus, si constituatur à domino, per regulam. l. clauibus. ff. de contrahenda emptione. Sed hoc non videtur concedendum: quia cùm naturalis possessio sit inuenta ad acquirendũ ius in re corporali. l. j. in prin. j. eo. nõ videt̃ ꝙ ipsa sit immediata cã acquisitionis, sed quasi possessio iuris vsusfruct⁹: de qua fit mẽtio in l. iij. §. vsufructuarius. de vi & vi arma. de qua dixi post Barto. in l. naturaliter. in princ. s. eodem. & illa non potest videri quæsita, non solùm per cõstitutum, sed nec etiã per eandẽ inductionem in fundo: quoniam sicut ipse fatetur in quæstione sequenti. & bene †quasi possessio incorporalium non quæritur, nisi vsu & patientia aduersarij. Et videtur probari ista conclusio in l. prima. in fine. de seruitu. rusticorum prædiorum. vbi dicit text. quòd traditio & patientia inducunt seruitutem, & pro traditione accipitur ibi inductio, quę fit in fundum seruientem, sine qua prę cedente non posset dari vsus, qui est acquisitio quasi possessionis. Inductio ergo in fundũ in seruitutibus realibus & personalibus est præambulum necessarium ad acquisitionẽ quasi possessionis: non tamen immediatè est causa acquisitionis, quasi possessionis: & hoc est quod dixit Paulus de Cast. quẽ ego sum secutus in l. j. in princip. versus finem commenti. s. eod. Pro ista conclusione bene facit text. in l. tertia. §. dare. ff. de vsufruct. vbi dicitur, †quòd dare vsumfructum est inducere aliquem in fundum, patientiámue præstare, quæ dictio, ve, si capiatur copulatiue[b], sicut in dubio debet capi. l. si ita. vbi per glossam & Bartolum, de iniust. rup. testamen. significat quod sola inductio in fundum non acquirit vsumfructum sine patientia & vsufructu. Pro ista cõclusione facit ratio, de qua dicebam in voce: quia si immediate ius reale vsufru. acquiritur ex naturali possessione, quasi possessio in isto iure esset superflua, cùm sine ea vera naturalis possessio sufficeret. Remedijs autem superfluis regulariter non vtimur. l. hæc stipulatio. §. diuus. vt lega. no. ca. & l. j. §. vnde quæritur. s. de public. ergo hoc non est admittendum. Non obstat tex. in l. quisquis. C. de donation. quem allegat pro se. quia quòd aliquis retinendo vsumfructum in re sua transferat ciuilem & naturalem possessionem, quam prius habebat in alterum, hic nullũ est inconueniens: sed quòd is qui constituit vsumfructum alteri in fundo suo, hoc possit facere sine vsu & patiẽtia, quæ est modus introductus ad quasi possessionem iurium incorporalium, hoc bene est absurdum, & contra l. quotics. ff. de seruitu. Secundò adde dictis Bartoli circa ij. quæstio. v. quòd opinio sua, videlicet quòd sola inductio in fundum non causat seruitutem realem, nisi vsu & patientia secuta, est verissima: & quia hanc quæstionem tractaui subtiliter in l. ij. in principio. & ibi retuli ea quæ hic aliàs scripseram: ideo de ea dic vt ibi fuit dictum, & adde ad ea quæ ibi diximus text. no. in l. si partẽ. in prin. s. quemadmo. ser. amit. vbi videt̃ probari, ꝙ sicut ex vsu & patiẽtia seruitutis, acqrit̃ ius seruitutis in fundo, ita ex pręparatione ad vsum causatur idem effectus cum patientia aduersarij: ibi enim erat promissa seruitus aquę ducendæ: & in effectu dicitur in secundo responso, quòd si aliquis effodit riuum, licet riuo non sit vsus, & sic aquam nõ duxerit, tamen est acquisitum ius seruitutis reale, quod est menti tenendum. Vtrum autem in seruitute negatiua: verbi gratia; non tollendi altius ædificium: sola conuentio de seruitute cum cessatione eius qui constituit seruitutem inducat quasi possessionem, & ius reale, est elegans articulus, de quo vide Bartol. reprehendentem dicta Dyn. in l. si prius. §. de ope. noui nũciatio. & per gloss. & Baldum in l. j. C. de serui. & aqua. & in l. qui luminibus. ff. de seruit. vrbano prædio. & bonum text. pro opinione Dyn. in l. & si forte. §. sciendum. ff. si seru. ven. de quo aliàs dicemus. ¶ Circa tertiam quæstionem ad de dictis Barto. inquantum vult, quòd per constitutum subditorum neque per eorum vsum possit acquiri quasi possessio iurisdictionis. Adde quòd Innoctius fere sensit ibidẽ in c. dilectus. de capel. mona. vbi dixit, ꝙ licet subditi recognoscant aliquem in superiorem, & præstet sibi iuramentum fidelitatis, per hoc tamen non acquiritur quasi possessio iurisdictionis in eos: quia isti non sunt actus exercitij iurisdictionis. Sed Baldus in lege secunda. in quinta char. C. de ser. & aqua. vbi allega. ista dicta, dicit esse distinguẽdum, quòd aut illi qui præstant iuramentum fidelitatis, sunt subiecti alteri, & alius est in quasi possessio. & tunc est vera opinio Innocen. quia possessionem quam non habent non possunt in alium transferre. l. nemo plus iuris. de regulis iuris. maxime in præiudicium alterius. l. id quod nostrum. eodem titu. Aut isti nõ suberant alicui tempore recognitionis, seu præstationis iuramenti: & tunc secundũm eum videtur, quòd per hunc actum acquiratur quasi possessio: quia videntur constituere se alterius nomine possidere, & sic transferre possessionem suam in alium: vt in l. nostra. Sed ipse non perpendit de eo quod vidit hic Barto. quòd per solum constitutum non accedente vsu in istis iuribus incorporalibus non potest transferri quasi possessio. Et quia apud subditos nõ est vsus iurisdictionis, nõ potest dici secundùm Bartol. quòd ipsi vtendo possent quærere possessionem. Sed istud secundum dictũ videtur habere locum, quando alius tempore constituti erat in quasi possessione iurisdictionis. Sed in casu Bald. præsupponitur, quòd illa communitas erat in quasi possessione iurisdictionis. Vnde ex quo per constitutum solum quasi possessio non fuit trãslata, adhuc remansit ad eos. Et sic videtur, quòd possint vti iurisdictione nomine eius quẽ recognouerunt. Sed contra istud facit, quia volendo trãsferre quasi possessionem in animum, licet non potuerint, perdiderunt tamen suam: vt statim videbis in §. proximo. Sed ad hoc potest responderi, quòd si quasi possessio vacabat isti vtendo iurisdictione, nomine eius pro quo constituerant acquisiuere sibi possessionẽ ipso sciẽte, & acceptante. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. j. codẽ. & tangit Bartol. hic in vlti. q. & aduerte, quia quando populus est liber, & non recognoscit superiorem, potest se subijcere alteri, & concedere iurisdictionẽ in se: vt patet in text. & glo. in l. ex hoc iure. in verbo, regna condita. ff. de iustitia & iure. & Institu. de iure natu. gent. & ciui. §. sed & quod principi. & in lege secunda. §. nouissime. ff. de origine iuris. Archidia. tamen & Ioannes Andreas dicunt singula. in capitul. præsidẽtes. de hæreticis. libro sexto. quòd vniuersitas ciuitatis non potest facere vnum dominum ciuitatis. quod potest intelligi, vel quando non habent superiorem, vel forte de ciue, ne detur materia destruendi rempubli. & ad materiam nostram vide quod notanter ponit Bartolus & Baldus post eum in l. arboribus. §. idem tractat. aliàs in §. illo. ff. de vsufru. vbi dicunt per illum text. quòd per vnum actum iurisdictionis factum à subito etiam ignorante domino, dummodo sit factus nomine domini, conseruatur iurisdictio domini etiam ignorantis. & quia in quæstione, super qua heri scripsimus ad intellectum glossæ. in l. j. §. non autem. ff. de vi & vi arma. dominus meus dicit, quòd l. qui vniuersas. in fin. non facit pro opinio. gloss. declarandum est hoc isto modo, & breuiter, quòd licet per colonum coloni mei conseruetur possessio mea, quamuis ipse ignoret me possidere, non tamen eo modo est concedendum, quòd per actum suum acquiratur mihi quasi possessio coniuncta volũtate domini sui, qui cõstituit se nomine meo possidere. †Nam facilius retinetur possessio, vel quasi, per eũ qui non vtitur iure incorporali nomine possidentis pro suo, quàm acquiratur de nouo: vt probatur in l. qui fundum. in princip. ff. quemadmodum serui. amit. & in l. j. C. de seruitu. & aqua. nam per malæ fidei possessorem retinetur quasi possessio seruitutis. d. l. qui fundum. & tamen non acquiritur de nouo fundo dominanti: vt est casus singula. in d. l. j. secundũ vnam lectu. per quem Bald. ibi dicit, quod tyrannus ciuitatis non potest acquirere ciuitati quasi possessionem iurisdictionis de nouo. ita distinguit Bart. in dicta l. qui fundum. Similiter etiam videmus, quòd negociorum gestor sine mandato conseruat quasi possessionẽ vsusfructus. l. arboribus. §. j. ver. quid

---

a ¶ Et arbiter. Adde idẽ tenentẽ d. Bar. Soc. in cõsi. lxxxvj. inc. in causa. ver. ij. ꝓbat̃. in fi. in j. pte.

b ¶ Copulatiue. Adde eundẽ d. Franci. Are. in l. possideri. in j. col. s. eo.

quid ergo.ff.de vsufru.& tamen non acquirit possessionem de nouo,nisi post ratificationem.[a] l.communis seruus.§.j.j.c. & l.si ego.vbi plene.s.de neg.gest.

Si furioso. Qui vult transferre possessionem in alium,in quem non potest,nihilominus perdit ipse possessionẽ.hoc dicit.Secũda ibi:sufficit.Tertia ibi: 14 illud enim.¶†Primò nota,quòd ille qui transfert possessionem in alium, non videtur renunciare possessioni conditionaliter,sed purè,licet ex falsa causa:& ideo amittitur possessio,licet non transferatur in alium:& facit optime hic textus ad ea quæ notantur in capitulo,si beneficia.de præben.lib.vj. ¶†Secundò nota,quòd licet causa finalis,quæ est implenda in futurum deficiens faciat deficere dispositionem.l.ij.§.fi na.s.de donatio.cum materia.secus tamẽ est in causa fin.quæ est falsa de præsenti:quia illa non impedit,nec facit deficere dispositionem,sicut nec error in causa impedit translationem dominij:vt nota.l.iij.§.subtilius.de condi.ob causam.Quod ergo ibi dicitur de dominio,extendit hic iurisconsultus ad ius possessionis:quod tene mẽti.¶In gloss.in verbo,non transferas.ibi,l.cùm fundus.de vi & vi arma.glo.non tangit veram solu.sicut dicit hic Bartolus,& bene.vnde dic secundùm Iacobum de Aretio,quem sequuntur omnes,quòd aliud est tradere possessionem de præsenti,aliud est iubere possessionem tradi,vel accipi ab altero:nam primo casu sicut tradens intendit de præsenti transferre possessionem in alterum:ita intendit de præsenti suam possessionem perdere.Secundo autem casu ille qui iubet emptorem accipere tenutam rei, vel emptori rem tradi,sicut non transfert de præsenti in alterum possessionem,sed translatio suspenditur in effectum traditionis,vel acceptionis rei,ita non intendit de præsenti perdere possessionem.¶In glos.super verbo,quam si transferat. ibi,l.si me in vacuam.secundo responso.gloss.ista tangit difficile contrarium.Et quia solu.eius quam ponit in d.l.si me in vacuam.reprehenditur hic per Barto.& bene,ideo Barto. posuit aliam solutionẽ subtilem & pulchrã, quã cõiter approbant omnes docto.Moder. Dicit ergo,quòd in l.contra. ideo non perditur possessio:quia is in quem transferebatur, dissentiebat,id est nolebat illam possessionẽ acquirere.Trãslatio enim videtur fieri sub ista conditione,si ille in quẽ fiet translatio,non dissentiat:secus si dissentiat,licet non consentiat,sicut est hic in furioso:tũc enim perditur possessio,licet non acquiratur illi,in quem voluit tradens transferre possessionem.Et licet ista solutio sit multum elegans, videtur tamen contra text.in l.j.§.per procuratorem.s.eo.in versi.alioquin.vbi præsupponitur,quòd si possessio non acquireretur domino,cuius nomine procurator accepit,tamen perderetur per tradentem,licet non acquireretur procuratori:& tamen in illo casu necesse est dicere,quòd si procurator recepit rem nomine domini,non solùm non voluit acquirere possessionem,id est,non consensit acquisitioni,sed etiam contradixit, & dissensit,quia ex quo voluit acquirere alteri,ergo voluit non acquirere sibi, quia duo non possunt possidere insolidum.l.iij.§.ex contrario.s.eod.Hæc est enim regula,vt j.di- 15 cam,quòd†qui vult vnum ex duobus incompatibilibus,statim videtur renũciare ei quod est incompatibile secum.l.sed si susceperit.in princi.ff.de iudic.& tradit Bartolus in alia materia in l.quidam consulebat.ff.de re iudica.Præterea intellectus Barto.ad l.si me in vacuam.non congruit literæ:dicit enim ibi text.in versicu.sed non puto.quòd erranti non acquiritur possessio,& statim infertur,igitur nec tradens amittit possessionem.Et sic patet,quòd illatio cur non amittitur possessio,non est dissensus eius cui acquiritur,sed acquisitio si bi non facta.Præterea licet errantes in corpore dissentiãt eo modo quo dissensus significat duos diuersa dissentientes,nõ contraria:sicut dicitur in simili in l.cùm corpus. s.titulo primo,de his qui dissentiunt in causis.non tamen totaliter dissentientes dicuntur dissentire,prout dissentire accipitur alio modo,pro sentire contraria,sicut sæpe accipitur in iure.nam ista stant simul,quòd ego volendo acquirere possessionẽ fundi Semproniani non consentiam in acquisitione fundi Corneliani,& tamen huic acquisitioni nõ cõtradicam.Sunt enim tria quæ distinguuntur, consentire, contradicere,& mediũ, quod est neque consentire,neque contradicere.l.j.§.scientiã. ff.de tributoria.& plene declarat Bartolus in lege,quæ dotis.ff.soluto matrimonio.Vnde sicut ego fateor,quòd errans in corpore nõ cõsentit,ita nego quòd in alio corpore de quo ipse non sentit,taliter errans contradicat acquisitioni. Et attende ad text.in §.per procuratorem.quia licet textus dicat ibi,quòd procurator qui recipit nomine alieno,non habet animum possidendi de necessitate. oportet dicere,quòd ista verba significant non solum quòd non consentit possidere, sed etiam contradicit:sicut enim ille qui vult vnum contrariorum de necessitate,non videtur velle aliud:& ideo inducitur tacita renunciatio.l.illud.de acquirẽda hæreditate.& plene in l.j.C.de furtis.ita eadem ratione qualitercunq; duo sint incompatibilia,& non possint stare simul,videtur quòd eligendo vnum tacite renuncietur alteri,secundùm glossam & Bartolum & omnes in l.naturaliter.§.nihil commune.in secunda & tertia lect.s.eodem.Vnde ista solutio remanet multum dubia.Ego autem non audeo reprehendere eam,tũ quia communiter approbatur,tum quia de difficili potest inueniri melior.Et si interrogas me, quid sentiã. Audacter dico,q; isti iurisconsulti diuersa & contraria senserunt:nam Paulus & Celsus sentiunt idẽ hic,& in l.j.§.si vir.& §.si per procuratorem.s.eodem.Sed Vlpianus non credidit eodem modo in l.si me in vacuam.& quod ita sit, respice: quia propria ratio quam assignat Vlpianus quòd renunciatio videtur esse conditionalis,reprehenditur hic per Celsum.Nobis tamen non licet vti ista solu.cùm sit scriptum nil esse contrarium in iure,aut superfluum.§.quibus.in prima constitutione Codicis. Ideo cogitabam si possemus dicere,quòd aliquando translatio quæ fit in aliquam personam,vel non potest habere effectum in illa persona sic considerata,vel non est verisimile q; sit habitura effectum. Aliquando translatio quæ fit probabiliter,potest considerari quòd aliquo casu in illa persona possit habere effectũ.Primo casu dicimus, quòd perditur possessio absolutè,licet transferatur in alium,siue ille in quem fit translatio dissentiat,siue etiam simpliciter non consentiat.Secundo casu non amittitur possessio incontinenti: ita loquitur l.si me in vacuam.declaro istam distinctionem per rationem differentiæ:nam in §.nostro considerando furiosum solum,& de per se, impossibile est stante furore quòd sibi possit quærere,nec etiam subest spes verisimilis,quòd facile efficiatur sanæ mentis.In persona verò procuratoris,vt talis,id est vt procuratoris alterius,licet sit possibile quòd procurator velit sibi acquirere,& non domino,iuxta not.in l.qui mihi donatum.de dona.non tamen est verisimile:quia sic faciendo dolose versaretur in re. Vel possumus dicere,quòd cũ in dicto §.per procuratorem.tradens intenderet acquirere domino,etiam si procurator vellet sibi acquirere,esset impossibile:vt plene fuit dictum in dicto §.per procuratorem.Prima tamen solutio magis placet:quia nihil restringit text.& quia sicut respondimus ad istum §.ita potest responderi ad l. j.§.si vir.s.eodem.nam ibi absolute maritus non potest ex causa donationis transferre in vxorem,nec est attendẽda spes diuortij,vel mortis,quia vtraq; potest dici spes tristioris fortunæ,quæ non attẽditur de iure.l.inter stip.§.sacram.de verborum obli.& no.in l.si quis posthu.in prin.ff.de lib.& posthu.sed in casu l.si me in vacuam.j.eo.licet inspecto statu præsenti,id est durante errore in corpore impossibile esset possessionem transferre in alterum,posset tamen contingere,& faciliter,quòd durante volũtate tradentis,si ille qui accipit fundum postea cognosceret quòd fundus esset Cornelianus, & non Sempronianus,si vellet posset sibi acquirere possessionem:quia ergo voluntas & intentio tradentis est seruanda, quatenus seruari potest,si aliquo casu potest saluari.l.Proculus.ff.de vsufruct.l.cum filio.de legatis tertio.cum multis alijs.& l.semper in stipula.de regulis iuris.videtur posse admitti in casu dictæ l.quòd cùm voluntas tradentis fuerit amittere possessionem,vt transferatur in alterum,dicamus q; amissio possessionis dicatur delata in casu in quo verè & plenè impletur intentio transferentis†:quia æquum est in actibus voluntarijs dispositionem limitari à voluntate.l.non omnis.in princip.ff.si certum petatur.bene facit pro ista solutio.quod habetur in capitu.si beneficia.de præbend.libro vj.vbi probatur,quòd licet renunciatio de sui natura videatur esse pura,quando fit ob falsam causam,tamẽ ne ignorantia probabilis iniuste puniatur,habet effectum conditionalis renunciationis.Et idem statuitur in alio casu simili in capi.j.de rerum permu.lib.vj.Hæc tamen solu.vt aliàs dixi,non placet mihi omnino,sed approbo,quia nõ inuenio meliorẽ,licet enim aliqualiter restringit rationẽ positam in litera,põt tamen dici q; nõ est inconueniẽs verba legis restringi,secundũ subiectã materiam.l.sæpe.& qđ ibi no.de offic.præsid.xj.q.iij.c.rogo.& est bonus tex.in cle.exiui.circa medium,de verbo.signi.

Si venditorem. Possessio acquiritur per solũ aspectum,vel per solam custodiam,qñ traditur de voluntate possidentis.hoc dicit.Secunda ibi:aut si vicinum.¶†Primò not.ibi:in domo mea &c.quòd 16 ille qui cõsentit rem in domum suam inferri,hoc ipso videtur

a ¶Post ratificationem.Adde quæ dixi s.in princ.l.ina. post il.ij.

rem accipere in sua custodia: ideo enim hic videtur translata possessio, quia sub custodia emptoris venit res: de quo in l. quorundam. j. cod. bene facit l. si ego. §. j. de iure do. Ex eodē etiam versicu. collige, quòd licet verbum, deponere, de sui natura significet depositum, & meram detentationem, præcedēte tamen titulo habili importat translationē possessionis: qđ facit ad nota. per Bartolum de verbo, assignare. in l. si constā. in prin. ff. soluto ma. & in l. cùm pater. §. pater, pluribus. de legatis secundo. ¶ 17 †Secundò not. ibi: aut si vicinum mihi fundum. quòd ille locus dicitur domui meæ vicinus, quem ex domo mea possum prospicere, licet forte non sit immediate coniunctus domui, intellige quando ex conspectu potest discerni plene qualitas & quantitas fundi & fines eius. Aliàs agri quos videmus multum distantes à nobis, possent dici vicini: quod non est admittendum. Et quis dicatur proprie vicinus [a], vide per Barto. in l. si tertius. §. fin. de aqua pluuia arcenda. & quod nota. in l. si vicinus. C. de nupt. ¶ 18 †Tertiò not. & semper tene menti ibi: non minus. iuncta prima expositione glo. de qua ibi videbis, quòd per actum fictum non minus acquiritur vera possessio, quàm per veram rei apprehensionem. concor. text. in hac ca. l. versicu. procurator. & in l. certe. §. j. ff. de preca. & potest induci pro opinio. Bar. de qua tetigi in dicto versicu. procurator. & plene in l. j. §. per procuratorem. s. cod. In obligationibus autem inducendis quādo lex fingit contractum interuenisse, non inducitur omnino idem effectus, sed datur actio vtilis pro directa. l. non aliter. & l. his verbis. ff. de adop. Vtrum statutum faciēs mentionem de act. de iure directo habeat locum in vtili, vide quod scripsi referendo dicta Barto. & Bald. in rubric. s. eodem titulo. ¶ In glo. super verbo, non minus. ibi interpretatiuè expone, id est fictè, & non verè: & hanc expositionem debes tenere tanquā veram, nam sequens est falsa. Licet enim sensus visus sit sensus naturalis, non tamē est inuentus vt per eum apprehendatur possessio vera, sed ad discernendum colorē, & res differentes per qualitatem, quæ per medium coloris subijcitur visui. Vnde non est sensus conueniēs ad acquisitionē possessionis, siue consideres eam prout est in fieri, siue prout est in facto esse. ¶ †Nam prout est in fieri, possessio est apprehensio rei. l. j. §. si vir. & §. item acquirimus. s. eo. Apprehēsio autem fit per tactum, non visum. Si autē consideras eam in facto esse, possessio est ius causatum ex apprehensione: vt patet in l. j. in princ. s. cod. Ideo text. in l. j. §. si iusserim. s. cod. ponendo exēplum in possessione quæ acquiritur per aspectum, dicit ꝙ ista possessio habetur pro tradita, & videtur tradita: quę verba significant fictionem. l. j. in princip. & ibi per Bartol. de suis & leg. & l. j. §. deiecisse. de vi & vi arma. Præterea text. in l. quarundam. in fi. j. cod. dicit quòd per istum modum acquiritur quædam possessio animo, quasi dicat ꝙ verè non interuenit actus corporis: & ita est tenendum.

[a] ¶ Vicinus. Tu vide Fel. in c. quosdā. circa prin. de præsum, vbi etiam quid dicatur esse iuxta. & d. Petr. Phi. Cor. in consi. xxix. incip. in præsenti. per totū. in iij. parte.

Si dum. Per ingressum partis rei non acquiritur possessio, si eo tēpore non erat vacua. hoc dicit. Secunda ibi: rursus &c. ¶ In glo. super verbo, facile. ibi: idem si non facile &c. Intellectus huius §. est satis dubius: nā Ray. de For. hic intellexit, vt dicit glo. nostra, quòd siue facile siue difficile quis possit expelli, & non perdatur possessio: & text. in vlti. respon. intellexit, quādo non erat verisimile ꝙ aliquo modo posset expellere. Sed iste intellectus est dubius propter duo. Primò quidem, quia contrarium sentit iurisconsultus à contrario sensu in verbo, facile. Secundò, quia vltimum responsum non infert de necessitate in exemplo ibi posito, ꝙ occupans verisimiliter non posset expelli, quia esset opus cōuocatione paris exercitus & amicorum. ¶ 19 †Illud autē non dicitur facile posse fieri, qđ habet fieri cum tēpore, & præparamētis, sed solū id qđ sine mora potest fieri. Ita probat in tex. & gloss. & in l. sed & si per prætorē. §. hæc regula. ff. ex quib. cau. ma. Vnde Imo. hic ponit aliū intellectū, secundū Iac. de Ra. ꝙ in vlti. respon. mutatur casus: nā principiū loquitur in eo qui clam est ingressus, antequā sciētia ingressus perueniat ad dominum. Sed finis loquitur, vel qñ tēpore ingressus dñs sciuit, vel quādo sciētia superuenit sibi ex postfacto: quo casu ipse dicit, ꝙ cùm possessor fundi præsumatur verisimiliter æstimare se posse repelli, perdit possessio ciuilis & naturalis partis occupatæ per ingredientē: & ita intelligit text. in fi. & sic mutatur casus secundū eum. ¶ Sed quæritur, quare mutet casum isto modo, cùm ipse hoc nō dicat in commētis suis. Possumus dicere quòd do. Io. voluerit, ꝙ quando aliquis ignorat rem suam esse occupatam nullo casu, perdatur possessio: quia ignorans non potest videri habere animum non possidendi, vel suspicari se posse repelli: secus quando scit rem esse occupatā. Sed ista sua differētia videt cōtra mētē literę, quę in versi. facile ostendit, ꝙ etiam clandestinus possessor priuaret cū possessione, vbi non posset aliquo modo expellere: & in fine nulla fit mētio de scientia possessoris, sed solum videtur fieri ius in hoc, vtrum possessor clandestinus potuerit expelli, vel non. Ideo ista lectu. videtur cōtra mentē literæ, & diuinat ad tex. in fi. respon. Præterea ipse supponit, ꝙ ille qui scit rem esse occupatam ab alio, ita ꝙ verisimiliter nō possit eū expellere, priuetur possessione ciuili & naturali, etiā donec est in fundo. Sed hoc videtur cōtra text. in l. j. §. penul. ff. de vi & vi ar. vbi probatur, quòd tunc demum alio ingrediente, qui est in fundo, perdit possessionē, quando fuit legatus ab ingrediēte: quo casu videtur deiectus, & sic satis innuit illa litera, ꝙ donec est in libertate sua non perdit possessionem. Præterea si ille qui videt partē fundi occupatam verisimiliter ab illa parte non credit posse repellere occupantem, eadem ratione, præsumetur suspicari, quòd possit repelli de toto. Vnde secundū hoc perderet possessionem totius rei, qđ hic negatur, ideo ass sum secutus opi. glo. & Ray. restringēdo vltimum versicu. §. nostri, sicut ipsi faciunt. & hunc intellectum sequitur etiam Pau. de Ca. hic. Sed licet iste intellectus aliàs mihi placuerit, nūc videtur mihi esse contra mētē literæ: vt s. deduxi. Vnde non recedendo, neq; supplēdo ad text. possumus dicere, quòd etiā quādo quis posset repellere aduersarium, dummodo difficile perdatur possessio naturalis per clādestinam occupationē, moueor ex doctrina no. gloss. in simili quæstio. & approbant eam ibi omnes in l. j. in princip. s. cod. in ij. gloss. magna. vbi distinguitur secundū Accur. †quòd ille qui exiuit de fundo, tunc demum perdit possessionē naturalem, quando non de facili posset redire ad ipsam rem: secus si de facili, quia tunc perinde est, ac si esset in rem. Ita dicam in proposito, quòd cū possessio naturalis conseruetur per insistentiā in re, quando quis possidet vtroq; modo, hoc ipso quòd possessio est ita occupata, quòd de facili non posset redire ad eam, perditur possessio naturalis: quia licet illa pars occupata sit in conspectu, non tamē potest eam ille qui est in cōspectu intrare faciliter: quæ ratio facit, vt quando res non est occupata ab alio, possessio naturalis retineatur, quando res est in conspectu. vt dicit in glo. præal. Et isto modo procedit ista lectu. sine scrupulo, & erit hic casus singu. quòd possessio naturalis perditur non solum, quando res non est in conspectu, sed etiam quādo res est in conspectu, & tamē non potest faciliter quis ingredi rē: & est nouū dictum in ista materia. Per hanc lect. potes etiam declarare glo. no. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. & qđ not. Bart. in l. qui possessione. j. de vi & vi arma. vbi dicit, quòd ille qui incontinēti recuperat possessionē, non perdit, licet sit deiectus possessione illo tempore quo facit præparamēta. Nam hoc est intelligendum de possessione ciuili: sed de possessione naturali non potest intelligi, vbi ad eam recuperandam non esset facilis aditus, sed difficilis: vt dixi. Debes etiam scire, secundū Paul. de Castr. hic, ꝙ non solū is qui suspicatur se posse repelli perdit possessionem: sed ille qui nō suspicatur, debuit tamen suspicari. alle. l. seruus. j. quod vi aut clam. & quod not. glo. in l. clam. in princ. suprà codē. in versi. suspicatus. Sed istud dictum nō placet in materia nostra: quia si constat quòd ille qui erat in possessione, non timuit se posse repelli, quia parauit se ad defensam incontinēti, licet verisimiliter debuerit timere se repelli, quamuis ista sit temeritas contra rationē, non tamē debet quis priuari possessione sua, cùm det operam rei licite, id est defensioni iuris sui, nec sit animus deserendi possessionem. Non obstant iura allegata in contrarium: quia ibi ingrediens dabat operam rei, licitè occupando rem alterius, ideo non est mirum ad tollendam excusationē eius à delicto, si paria sunt credere controuersiam sibi fieri debere, vel debuisse credere, quia hic lata culpa æquiparatur dolo: sicut dicitur in debitore interpellato à suo creditore, quòd paria sunt, scire, vel scire debere. l. quod te. cum materia. ff. si certum petatur.

Qui bona. Conducēs rem quam possidet ab altero, perdit possessionem: & ille non dicitur sibi mutare causam possessionis, qui ex causa extrinseca de nouo superueniente vult possidere. hoc dicit. ¶ In text. ibi: dimissa possessione prima. Ista litera videtur velle, quòd quando ille qui possidebat ex vna causa, nunc possidet ex alia: prima possessio extinguatur penitus, & de nouo ex noua causa quis incipiat possidere. Et hoc tenuit hic Paul. de Castr. dicens, quòd non solū mutatur causa, sed etiam prima possessio extinguitur, & noua orit propter mutationē causæ. Et reuera pro ista conclusione multum facit ista litera in verbo, nāscisci velit. Et secundū istū modū intelligēdi probatur hic not. †ꝙ per superuenientiam

uenientiam nouæ causæ quis videtur recedere à prima possessione,& de nouo possidere,qđ non reperies alibi in ista materia.Quinimo alia iura, & maxime text.in l.non solùm.§.qđ vulgo.j.de vsuca.cum alijs ibi alleg.non videtur velle,ꝙ extinguatur possessio antiqua,& acquirat̃ noua:sed ꝙ solū mutet̃ causa possessionis,non ipsa possessio.Sed quia ista conclusio est not.& satis bene probatur in litera,possumus dicere ꝙ per istam legem declarantur alia iura.

SVMMARIVM.

1 ☞Commodatarius negando rem restituere dño vel ei cui dominus iussit restitui,sine iusta causa priuat dominum possessione rei mobilis.

2 Actum qui facit,quem si facit vno animo,cadit in delictum:si vero alio animo,facit licitè:præsumitur in dubio facere ex causa concessa, ne videatur delinquere.

SI quis rem. Qui negat tradere rem domino reposcēti vel alteri qui habet causam à domino,videtur interuertere possessionē domini,nisi subsit alia iusta causa,propter quam possit iuste non tradere.hoc dicit.¶ †Primò no.ꝙ cōmodatarius negando rem restituere domino, vel ei cui dominus iussit restitui sine iusta causa,priuat dominum possessione rei mobilis,intellige si res erat in conspectu dñi, vel eius cui iusserat tradi, & commodatarius non permisit : nam si res esset in absentia ex hoc solo,ꝙ negaret rem restituere,non amitteretur possessio,nec committeretur furtum in re mobili:ita intelligitur text.in lege iij.§.si rem. s̃.eo.secundū Mod.hic,& bene,quē tex.glo.hic alle.pro contra.¶ †Secūdò no.ꝙ is qui facit actum quē facit vno animo,cadit in delictum:si verò alio animo facit licite , in dubio præsumitur facere ex causa concessa,& licita,ne videatur delinquere.Concord.tex.in l. merito.j.pro socio.De cuius intellectu vide qđ ponit Bar.in l.gerit.s̃.de acqui.hæ.& in ☞dispu.sua, debitor in diē &c.idē est etiā in tēpore:†quia si dubitatur vtrū aliquid fuerit factum tempore permisso vel prohibito,in dubio præsumitur factum tēpore permisso,ne præsumatur delictum secundū Bar. qui ita no.in l.non solū.§.sed vt probari.ff.de noui ope.nun.& est text. cū glo.& ibi per Bal.in l.ij.C.de peti.hæ.¶ In glo.super verbo,reddendi.ibi:vt propter impēsas.per illam l.& istam apparet,ꝙ ius retinēdi rē competit detētori propter impēsas factas in re,licet si detētor non vtatur retētione,possit agere actione personali ad expēsas:vt patet in d.l.colonus.& in l.nostra,iuncta l.in rebus.§.possunt.s̃.cōmo.& in l.dominus horreorū.§.j.ff.loca.Hoc autē est contra regulā,quæ ponitur in l.fin.C. cōmo.& in l.si non sortē.§.si centū.in fin.de condi.inde.quæ tamē fallit hic,& in alijs casibus,de quibus in d.l.fi.¶ †Et aduerte,quia colonus pōt repetere expensas necessarias vel vtiles,etiam si sit expulsus de fundo,quia non soluit pensionē.Casus est not.quē ibi not.Barto.ad hoc in l.colonus.ff.loca.In emphyteota tamē est secus,vt ibi per Bartol. Habet etiam expēsam factam in custodia rei commodatæ vel pignoratæ priuilegium,quòd habēs hypothecam posteriorē,præfertur habentibus anteriorē,quæ hypotheca aliquando in his casibus oritur ipso iure,sine expressa conuētione partium.Casus est not.quem ibi multum ponderat Bar.ad hoc in l.interdum.in princ.ff.qui pot.in pigno.ha.Vtrum autē ista exceptio retinēdi rem pro expensis possit allegari post sententiam latam pro agēte,vide Barto.in l.in fundo.in vlti.q.s̃.de rei vendicatio.Et transit ista exceptio retinēdi pro expensis,etiam ad singularem successorē.Casus est no.in l.communi di.§.j.ff.communi di.quē text.alleg.Bar. in l.si tertius.§.officium.ff.de aqua plu.arcē.Et scias.ꝙ glo.not.xxiij.q. viij.c.ad prædam.videtur velle,ꝙ facultas ista retinēdi rem,sit mera facultas,ita ꝙ non habeat annexum pignus,vel hypothecam.In libero tamē homine,qui retinetur propter pretium solutum pro eo,vt redimeretur ab hostibus,est casus expressus, ꝙ contrahitur ius pignoris:vt probatur in l.senatus.§.fin.ff.de leg.j.

SVMMARIVM.

1 ☞Duæ fictiones non videntur posse concurrere æquè principaliter circa idem.

2 Quæ præcedunt vel sequuntur incontinenti, quodammodo videntur inesse.

3 Verba in dubio sunt intelligenda secundùm naturam actus.

4 Deperditum dicitur id,cuius est amissa possessio:licet retentum sit dominium.

5 Res non potest videri habita pro derelicta,sine aliqua voluntate hominis tacita vel expressa.

6 Voluntas limitat effectū actus secuti,in actib⁹ depēdētibus à volūtate.

7 Argumentum à communiter accidentibus valet de iure.

8 Emphyteotæ an propter guerram debet fieri remissio mercedis.

9 Pars sexta pensionis conducētis emphyteosim ab ecclesia emphyteotæ detrahetur ob casus fortuitos.

10 Dispositio quæ operatur vnū effectum,ad quē dirigitur,non potest operari postea alium.

INterdum. Possessio potest transferri in alium, quā quis haberet tempore translationis,licet ante nō haberet.h.d.secundū cōmunē intellectū.Secunda ibi:veluti &c.¶ In gloss.j.ibi:qualitatem tenendi precario &c.ista gloss.determinat sing.†ꝙ licet possessor qui cōducit rem, videatur transferre possessionem in eum à quo conducit.l.qui bona. in princip.s̃.eod.secus tamē est in eo qui rogat precario,qui remanet possessor,vt prius,& sic nil trāsfert in eum à quo rogat.Et potest esse ratio differentiæ:quia is qui conducit rem ab alio,non possidet,sed detinet. Vnde faciēdo se conductorem,videtur transferre possessionem in aliū, & ipse nolle possidere.l.si quis ante.vbi dixi s̃.eo.Sed rogans precario potest possidere ciuiliter & naturaliter.l.Pomp.§.si is qui precario.vbi glo.s̃.eod.Ergo cùm nulla sit repugnantia,potest remanere possessor. qđ est valde not.secundū Bart.hic.ipse tamē & communiter Moder.nō approbant istam glo.sed glo.sequentem dicentē aliter ibi: sed an qui rogauit desinit ex prima causa possidere.quæ tenet ꝙ is qui rogat precario ab eo qui non possidet,videtur transferre possessionem in eum à quo rogat:& deinde eadem obtinere ab eo precario.Adducuntur pro ista cōclusione duo iura:videlicet l.qui cum hærede.j.pro empt.& l.fi.in prin. ff.de precario.quæ inducuntur vt infrà videbis in responsione ad dicta iura.Et secundū istū modum loquendi dicit glo.ij.in d.versi.quod text. in versi.ipsi non habemus.debet intelligi ante concessionē:quia tempore concessionis precarij ille à quo rogatur precario,bene habet possessionem.Cēsetur enim in ipsa concessione precarij breui manu possessio translata in concedentē,& rursus ab eo illi cui precario conceditur:sicut dicimus in lege,singularia.cum materia si cert.peta.& in l.iij.§.penul.de dona.inter virum & vxorem.Sed ista subauditio vel suppletio diuinat ad tex.maxime:quia verbū,habemus,hic respicit tēpus translationis,cū sit tēpus præsens:& videat̃ determinari scđm tps verū,id est,scđm tps trāslationis.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de nox.& l.Titius.vbi Bar.de test. mili.& per eundē in l.ex facto.in princ.ff.de vulg.& pup.Vnde videtur posse teneri glo.nostra simpliciter.Et ad contraria respondeo,non enim dicunt iura s̃.alleg.simpliciter,ꝙ is qui rogat precario, desinat possidere, sed quòd desinit possidere ex priori causa.Vnde verbum, desinit, ibi nō ☞respicit finem possessionis,sed finē causæ possidendi.¶ †Appellatur autem sæpenumero causa possidendi species possessionis:lege iij.§.genera. s̃.eo.Vnde quando iurisconsultus dicit hic, quòd is qui non habet possessionem, eam transfert:inquantum loquitur de translatione per verbū possessionis, intellexit causam nouam possidendi, non autem ipsam substantiam possessionis. Et hoc modo textus procedit sine subauditione hic,& in l.vnusquisque.infrà,de precario.& ponit casum nouum & singul.vbi lectu.communis ponit casum qui est secundùm regulas iuris magis,quàm casus noster.Sicut enim per precarium potest transferri vtraq; possessio, si sit penes concedentem,& hoc sit actum.l.& habet.§.cū qui. j.de preca.& vidisti in l.Pompon.§.si is qui precario.suprà eod.ita non est inconueniens,ꝙ quando is qui rogat possidet ciuiliter & naturaliter, remaneat apud eum vtraque possessio, etiam in casu dubij:& ita limitabitur text.& gloss.in dicto §.cum qui.Nam obstat tex. in lege,qui cum pro herede.dum dicit,quòd interrumpitur præscriptio:quia illud nō est, quia sit translata possessio in alium,sed quia qui possidet p̄cario, nō pōt præscribere sibi,id est,ad suam vtilitatem: licet possideat ciuiliter & naturaliter:vt in d.§.si is qui precario.& per hoc videtur opin.gloss. posse sustineri.Cōtra quā tñ fortiter facit tex.in lege,qui bona.§.primo.suprà eodem.quem feci te ibi notare,vbi probatur quòd is qui possidet ex noua causa, intelligitur etiam possidere ex noua possessione.& sic prima possessio fuit extincta. Sed ad hoc potest responderi dupliciter. Vel ꝙ ibi noua possessio capitur pro noua qualitate possidendi, sicut videntur dicere alia iura:vt ibi dixi.Vel dic,& ista est melior,quòd posito quòd ex noua causa aliquis ex noua possessione possideat, non tamen sequitur, ergo videtur translata possessio in eum à quo quis precario rogauit.Effectus est magnus:quia si nō videtur translata possessio,is qui rogauit precario possidebit ciuiliter & naturaliter,licet ex noua possessione. Sed si censetur translata possessio, non possidebit nisi naturaliter:vt in iurib⁹ præalleg.Et hanc opinio.gloss.aliàs scribendo sum secutus. Et vt ista quæstio difficilis clarius elucescat, contra communem sententiam arguo dupliciter. Primò,quia secūdùm eos hic videntur concurrere duæ fictiones circa idem:prima per quā rogans precario cōstituit se nomine eius à quo rogat possidere:secunda,per quā concedens precario transfert 1 ex ficta traditione naturalem possessionem in rogantem.¶ †Sed duę fictiones non videntur posse concurrere æque principaliter circa idem, cùm sint duo specialia.l.j.C.de dot.promiss.& plenius dicetur , vbi Bartolus tangit in l.si rem aliquam.infrà eo.Secundò & fortius,quia isti duo actus scilicet cōstituti,& p̄carij,videntur fieri simul tēpore:ergo cōstitutum nō p̄cedit p̄carium,& sic tēpore p̄carij nō repetit̃ cōcedens possidere.Nec potes dicere,ꝙ prioritate ordinis cōstitutum videatur procedere, vt valeat concessio precarij,sicut dicit Barto.in simi.in l.quoties.§.n quis ita.de hæred.instit.nā hoc nō videtur posse admitti,ex quo est quid imputetur partibus,quæ poterant primò præmittere constitutum, deinde cōcedere precarium.Casus est not.qui videtur hoc decidere in l.si is qui duas.ver.duas.ff.cōmunia p̄di.vbi p̄batur secūdū intellectū gl.& cōem, ꝙ c̄ quis ille qui vendidit duo prædia diuersis personis,possit constituere seruitutem vni fundo, & acquirere alteri, si traditiones nō fiant simul, sed successiuè vna post aliam.l.si cum duas.ff.eo.titul.si tamen traditio fiat simul,non saluat̃ dispositio:quia vna videatur precessisse aliam ordine intellectus. Est enim quid imputetur partibus,cur ita contraxerūt:vt s̃.

dixi.¶ Sed ad primũ argu. põt breuiter dici:† ꝙ licet duæ fictiones non concurrãt circa idẽ[a], concurrũt tamẽ circa duo connexa, quorũ vnũ præcedit ad validitatẽ alterius: & hoc modo sin. limitatur dicta conclusio ex dictis doc. hic. Ad secundũ est dicendũ, ꝙ hic isti duo actus non videntur fieri simul tẽpore, licet vnus fiat incontinẽti post aliũ: nam is qui rogat, hoc ipso ꝙ ita facit, videtur constituere se nomine alterius possidere, & is qui concedit precarium incontinẽti, postea videtur tradere possessionem naturalem: vnde possumus sustinere sentẽtiã cõmunẽ. Et ꝙ ista communis opi. sit vera, probatur ratione manifesta, quam nõ tetigi cũ aliàs scriberẽ. Nã precarium nihil aliud est, quàm liberalitas, quę proficiscitur à cõcedẽte in eum, cui fit concessio. l. quæsitum. §. illud. & l. j. & ij. ff. de preca. Sed si consideremus opi. glo. in casu huius prin. precariũ nullã afferret vtilitatẽ roganti, quinimo econtra afferret vtilitatem ipsi concedẽti: ergo nõ teneret cõcessio precarij. Vnde valet cõsequẽtia: quia qñ concessio fit ex titulo lucratiuo, si nil de nouo acquiritur ei cui fit, cõcessio est inutilis, & non valet. l. si creditori. cum materia. ff. de leg. j. Quòd autẽ nihil acquireretur in casu legis nostræ apparet: quia is qui possidebat hic pro hærede, poterat vsucapere: vt dicitur in tex. ergo erat bonæ fidei possessor, & per cõsequẽs etiã lucrabatur fructus. Nihil ergo quæritur sibi per precarium, nec hic, nec in l. cùm qui pro hærede. in princip. j. pro empt. vbi similiter erat possessor, qui poterat vsucapere, vt ibi dicit: imo potius diminuitur ius suũ, quia vbi habebat possessionẽ irreuocabilẽ, nisi per viam iudicij, tũc poterat reuocari ad nutum concedentis. Ideo dicit iurisconsultus not. ad propositum in l. fin. versic. econtra. j. de precario. ꝙ quando is qui fuit spoliatus rogat precario à spoliatore: ideo valet precariũ. quia ex hac concessione aliquid noui potest peruenire ad eum. Ex quo datur intelligi, ꝙ si nihil de nouo quæreretur ex cõcessione precarij, cõcessio non valeret: & cùm dicitur in ista litera, ꝙ verba videntur significare concedentẽ non habere possessionem tẽpore quo concedit. ¶ 2 †Respõdem[9], ꝙ quia ea quæ precedũt vel sequũtur incõtinẽti quodãmodo videtur inesse[b]: iuxta no. in l. lecta. ff. si cer. pe. & in l. bonæ fidei. C. de pact. Satis possumus dicere, ꝙ cùm cõceditur precarium, concedẽs non habeat possessionem de præsenti: quia incontinẽti ante actum concessionis non habebat. ¶ Extra glo. tangit hic Bar. quæ differentia sit inter constitutũ, & precarium: & quid importent illa verba quæ ponuntur in instrumẽtis. Quã rem constituit dictus venditor precario nomine dicti emptoris possidere[c]. De quibus dic vt hic per eum, qui optime loquitur: & vide eundẽ Barto. qui tenet opi. contra glo. j. hic positam in l. creditores. ver. iuxta præmissa quæro. in repe. C. de pign. Potes tamen addere vnum verbũ in illo modo constituẽdi, de quo suprà, videlicet ꝙ secũda expositio quam ipse tangit hic, sicut ipse affirmat, in dubio nõ est amplectenda: quia si diceremus ꝙ per ista verba venditor protestaretur, ꝙ ipse nomine emptoris, & pro emptore precario possidebat, id est ꝙ per ministeriũ eius sit quæsita possessio precario ipsi emptori. Hoc non esset secundũ naturã precarij, quę est vt is qui concedit precario in dubio retineat ciuilẽ duntaxat, naturalem autẽ & detentationẽ dimittat penes eũ cui cõceditur: vt patet in l. & habet. §. eum qui. & in l. certe. §. is qui. j. de preca. qđ non contingeret in isto casu, quia venditor possideret ciuiliter per se, & detineret rem nomine emptoris. ¶ 3 †Verba autẽ in dubio sunt intelligẽda secundũ naturam actus:[d] vt in l. si ita stipulatus. ff. de vsuris. & in l. emptorem. in prin. cum si. de actio. emp. Et quia hic agitur de cõstituto & precario, scias ꝙ per cõstitutum transfertur possessio, quã constituẽs habebat de præsenti: nam si tunc non possidebat, licet postea possessio sibi superueniat, illa non trãsfertur, licet constitutum fuerit factum illi in quẽ ex titulo autor voluit transferre dominium, secũdùm Bald. nota in l. j. quando lice. ab emp. discc. alle. text. cũ glo. in simili in l. à Titio. ff. de rei ven. Vtrũ autem constitutũ extendat se ad res acquisitas de futuro, hoc declaraui tibi latè allegando Bald. & alios in l. iij. §. incertam. s. eod. Scias etiam, ꝙ aliquando is qui constituit se alterius nomine possidere: tamen quo ad effectum vsucapiendi, habetur pro domino, & hunc effectum potest transferre in alium: super quo vide qđ elegãter ponit Bar. in l. Celsus. circa me. j. de vsuca. & Bald. in l. indicia. C. de rei vend. De quo dicemus in l. qui pignori. j. eo. Et ad materiã vide gl. hic do. me. in l. ab emp. s. de pac. quæ ponit differentiam inter precarium, & constitutum. Et vide omnino Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. vbi dicit allegando text. & Imo. in c. inter dilectos. de fi. instru. ꝙ per precariũ vel constitutum non probatur possessio, nisi ille cui fuit factum constitutum, probet ꝙ illo tempore constituens possidebat. Hoc tamen limitat singula. Baldus in l. siue autem. §. j. de publica. quòd hoc est verum, quo ad tertium: sed quo ad constituentem satis probatur possessio eius cui fuit facta constitutio. De quo dicemus plenius in lege, quamuis. §. si conductor. j. eod.

a ¶ Circa idẽ. Adde eundẽ d. Frãc. Are. l. j. §. per procuratorẽ. s. c. in vlti. colũ.

b ¶ Inesse. Adde d. Bar. Soc. in cõsi. cc. liij. inc. in causa. versi. j. circa fi. & in cõsi. cclxxiij. inc. in pñti. ver. ij. quia. in ij. parte.

c ¶ Possidere. Vide do. Ale. de Imol. in cõsi. xxviij. ij. parte.

d ¶ Naturã actus. Adde Fely. in c. literis. ad fi. de præsum. & qđ ibi dixi in apo. & do. Pet. Phil. de Cor. in cõsil. cxviij. inci. videt. in litera k. in j. parte. & ĩ cõ. xlvij. inci. in hac. in litera i. in ij. parte.

e ¶ Pauperib[9]. Sed qd si ipse sit pauper, dic ꝙ retinebit autoritate epi. vel sui confessoris, secũdũ Ray. & orabit ꝓ illo cuius erat, & hoc si res non habeat pro derelicta, & fecerit publicè denũciare: nec post cõparet, cuius sit. Si verò probabiliter põt præsumere ꝙ dñs eam habebat ꝓ derelicta, & tunc poterit vsucapere. l. idẽ qđ. ff. pro dereli. Et ad de Fede. in cõsi. suo xvij. & adde d. Ale. de Imol. hic, & oĩno Fel. in c. cũ dilecti. vij. col. in versi. vtrũ aũt. cum seq.

f ¶ De iure. Adde q̃ dixi s. eo. in l. rem. in j. col.

Quod ex naufragio.

Res perditæ ex naufragio, vel ex iactu facto ab existente in naufragio, non possunt vsucapi, quia non videntur habitæ pro derelicto. hoc dicit. Secunda ibi: idem iuris. ¶ 4 †Primò not. quòd id dicitur deperditum cuius est amissa possessio, licet retentum sit dominium: facit lege, deperditum. de petit. hæred. & est similis tex. in l. prima. §. j. j. furti. aduer. nau. cau. ¶ 5 †Secũdò no. ꝙ sine aliqua volũtate hominis tacita vel expressa non põt videri res habita pro derelicto, etiã si nulla sit spes recuperationis: vnde res ex naufragio nõ possunt videri habitæ pro derelictis. ¶ 6 †Tertiò not. ibi: interim &c. quòd in actibus qui pendent à volũtate, volũtas limitat effectum actus secuti. Idem probat Instit. de re. di. §. fin. & l. qua ratione. §. fin. s. titu. proxi. & in alijs iuribus quæ adducent in glo. ¶ In glo. in verbo, potest. ibi: imo ponit & c. de rebus perditis per naufragium nõ est dubitatio, quòd† is qui occupat eas scienter, cõmittit furtum, nisi occupauerit animo reddendi vero domino: in dubio autẽ nisi ponat libellũ publicè, in quo protestetur se esse paratum eas reddere, pſumitur esse in dolo: vt dicit tex. not. in l. falsus. §. qui alienam. de fur. per quẽ tex. probat singulariter, quòd dicit Barto. in l. inter omnes. §. recte. eo. titu. videlicet quòd in his quæ pendẽt ab animo, non statur sacramento asserentis se hoc animo fecisse, quãdo habet pſumptionẽ iuris contra se: nec est melior tex. in iure, quẽ tamẽ Barto. ibi nõ allegat. Et de isto ꝓclamatę seu libello vide tex. cũ glo. xiiij. q. v. c. si quid inuenisti. & Bal. in l. j. circa princ. de rerum diui. vbi etiã dicit, quòd res debet assignari episcopo, & si nõ inueniatur certus dominus, dari pauperibus[e] ꝓ anima veri dñi: argu. tex. in aut. omnes peregrini. C. cõmunia. de suc. Sed cõtra istum tex. & multa alia iura quæ dicunt idem, videtur casus in l. falsus. §. qui iactum. j. de furt. vbi iurisconsultus dicit, quòd plerũꝙ res videtur habita ꝓ derelicto, quia faciens scit eam esse perituram. Ideo docto. ꝓ concor. istorum iuriũ sequendo glo. Instit. de re. diui. §. fi. & in l. qua ratione. §. fi. s. titu. j. & in l. ij. §. fi. & l. qui leuãda. ff. ad l. Rhodiam de iac. dicunt, ꝙ est differẽtia in modo iaciendi: nam si aliquis proijciat in mari librũ aperitum, pſumitur & est signum quòd habet rem ꝓ derelicto: quia verisimiliter nõ vult illam rem esse saluam, quã aliàs proijciendo poterat melius cõseruare. Si autem iactus fiat decenter, et eo modo quo res melius seruari põt, vel saltem tali modo quòd spes est eam posse seruari: tunc non videtur habita pro derelicta. Sed ista solut. est manifestè contra tex. in d. §. qui iactum. vbi dicitur, quòd plerunꝙ res iacta videtur habita pro derelicta, id est, frequentius: & tamen cùm quilibet presumatur in dubio esse diligens, & non iactare suum. l. cùm de indebito. de probatio. si aliud nõ apparet, præsumẽdum est quòd frequentius res nõ iactetur, ita vt omnino habeat perire, si aliter iactari potest. Præterea ratio iurisconsulti concludit, etiam si iactus non fiat tali modo: 7 †quia quãdo iacitur in mari, verisimilius est quòd pereat, quàm quòd conseruetur: ar. à communiter accidentibus, quòd valet de iure[f]. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pe. Confirmatur ista obiectio vltra ea quæ aliàs scripsi: quia in fin. illius §. dicitur expresse, quòd si aliquis simpliciter sciat rem esse iactam, occupãdo eam nõ cõmittit furtũ. Et sic patet, quòd vbi nõ cõstat de modo iactãdi, adhuc tamẽ res pſumitur habita pro derelicta. & ꝓpter ista istud cõtrariũ redditur valde difficile. Considerata tamen ratione quæ ponit in d. l. qui leuanda. quæ est lex eiusdẽ iurisconsulti scilicet Vlpiani, possunt cõsiderari tres casus. Aliquando enim naufragium & iactus fit in flumine, vel in mari: sed iuxta littus, vel parum longe. Aliquãdo in mari longe à littore. Primis duobus casibus ꝓcedunt iura, quæ dicunt ꝙ res non videtur habita pro derelicta ꝓpter qualitatem loci in quo fit naufragiũ, de quo loco potest esse spes probabilis, quòd res non peribit. facit l. Põp. s. eo. Tertio casu procedit tex. in §. qui iactam. quia ex hoc quòd aliquis firmè credidit rem esse predendam, præsumitur habuisse animum retinendi dominium illa re. ¶ In gloss. in verbo, pro derelicto. ibi: verè &c. ¶ † Adde secundùm dominum meum, quòd licet res non sit habita ꝓ derelicto verè, si tamen sit iniustissima causa credendi rem esse habitam pro derelicto, præscriberetur ex illo titulo putatiuo, sicut præscribitur ex titulo pro empto, & donato, & similibus: lege, quod vulgo. infrà, pro

empto

empto.& l.Celsus.cum materia.j.de vsuca.hoc dicit glo.quã ipse alleg.in l.nemo.ff.pro derelicto.¶ Nota etiam hic text. cum solu.posita in ista gloss.quia per eum ampliatur notanter l.clauibus.cum materia.ff.de contrahend.emptio.vt regula ibi posita habeat locum non solùm in eo cui fit traditio voluntaria à possidente,sed etiam in eo qui occupat rem habitam pro derelicto,in quo videbatur minor ratio:† quia quando res acquiritur ex voluntate tradentis determinata ad vnũ, acquisitio videtur fauorabilior:quod patet,quia acquirit̃ possessio per actum fictum.l.qđ meo.§.co.Et tamẽ hoc non est in eo qui occupat rem quæ fuit habita pro derelicto,sicut vidisti declaratum in vltima gloss.magna in l.j.in principio.§. eodem.vnde istud dictum est valde notabi.¶ Extra gloss.tetigit hic Bartolus nota.quæstio.¶ † Vtrum emphyteotę propter guerram debet fieri remissio mercedis:[a] & refert Iac.de Aret.determinasse,ꝙ debet fieri per istam l.iũcta l.cũ vnus. in fi.de bo.auto.iudi.pos.quæ leges iunguntur hoc modo.Nã hic dicitur,ꝙ res proiecta in mari cẽsetur deperdita:sed in l.cũ vnus.dicitur ꝙ paria sunt rem esse inundatã,vel prohiberi accessum ad eam per impetũ latronũ:& sic sequitur,ꝙ vbi propter guerram non potest emphyteota ad rem accedere,res videtur totaliter perisse,& sic emphyteota defenditur.l.j.in fi. C.de iure emphy.Hanc opinio.approbat Barto.pro qua adducit l.forma.§.j.de censi.vbi de agro sterili nõ debetur tributũ.conc.l.ij.C.de allu.& palu.quã hic alle.d.m.late disputans istam quęstionẽ,& arguit ad vtrancꝫ partẽ.Et quia ex dictis eius & infrà dicendis per me satis patet solu.ad illa argumenta,ideo non est opus aliter ea referre.Sed potes hic ea videre per eum.Tandem ipse concludit,ꝙ aut emphyteota propter guerrã patit̃ leue damnũ,& nõ fiet remissio:& hoc nõ habet dubiũ,quia etiã conductori simplici non fieret.l.licet.cũ materia.C.loc.Aut patitur enorme damnũ,seu graue:& tũc ipse subdistinguit,ꝙ aut emphyteota soluit tantam pensionẽ,quã tam solueret simplex conductor:& tunc sine dubio fieret remissio mercedis,sicut simplici conductori:quia pensio videt̃ hic præstari propter perceptionẽ fructuum,& ideo est eadem ratio quæ in locatione.Secundo casu nõ fiet remissio,quia nõ potest dici hoc casu,ꝙ res totaliter perierit:sicut dicit Albe.de Rosa.quẽ ipse hic refert,q dixit obtinuisse de facto tali ratione:quia si emphyteota aliqua parte temporis possedit rem sine guerra,licet postea bellum superueniat,non dicetur perisse in totum,sicut si substantia rei perijsset pro parte:argumento de re ad tempus.l.eius militis.§.militia.ff.de testa.mili.Tu autem aduerte:quia ista distinctio domini mei est Bal.ad verbum in vltimis duobus membris in l.j.C.de iure emph.quæ multũ placet mihi prima facie,tum quia habet æquitatem,tũ quia pro ista distinctione videtur casus sing.in aut.de non ali. §.lex itaqꝫ.iuxta finẽ.vbi dicitur†,ꝙ sexta pars pensionis cõducentis emphyteosim ab ecclesia detrahit̃ emphyteotæ propter casus fortuitos:bellũ aũt siue guerra est casus fortuit⁹.[b] l.si merces.§.vis maior.l.ex conducto.§.j.s.loca.ergo talis casus pertinet ad emphyteotam,quia diminutio mercedis est causa cur periculũ pertinet ad emphyteotam.Ex quo datur intelligi,ꝙ vbi merces nõ esset diminuta,esset idẽ in emphyteota,qđ in conductore.Et per illũ tex.hanc opi.tenet Ang. expresse reprehẽdendo Iaco.de Are.in eo.ti.in §.quia vero. Io.aũt An.in addi.Spe.in tit.de loca.§.nũc aliqua.ver.cxxxvij.refert,& ista dicta Iac.de Are.& Cy.post longam disputationẽ Gul.de Suza,antiqui doc.quẽ posuit in l.damnũ.C.loca.& finaliter videtur ille doc.distinguere,ꝙ aut emphyteota suscepit in se periculũ casus fortuiti,& sine dubio tenetur soluere pensionem:quia bellum est casus fortuitus.Instit.quib. mo.re contra.§.ij.& l.fina.de condi.inser.Aut non suscepit in se periculum casus,& tunc non tenetur secundũ eum.Tandẽ Ioan.Andr.in vltimis verbis videtur esse in hac conclusione,quòd isto secundo casu emphyteota nõ teneatur,si tenebatur præstare certam partẽ fructuum agri:quia pro tẽpore quo nõ nascuntur fructus,nõ tenetur:vt in l.si debitor.§. verisimilis.de contrah.emp.De cuius intellectu vide plene per Bart. in l.inter stipulantẽ.§.sacrã.de verb.obl.& in l.quo tẽ.§.qui maximos.de publi.& Ange.& plenius in l.fideicommissum. in princ.de iudi.Si verò tenebatur soluere canonem in pecunia,tũc emphyteota nõ liberat̃ per l.incẽdium cũ materia.ff.si cer.pe.Et ista conclusio placet in hoc vltimo,non tamẽ per l. alleg.per eũ:quia secundũ hoc sequeretur,ꝙ colonus qui colit minus propter bellũ,non posset petere remissionẽ:cõtra no.in l.ex cõducto.§.j.& l.cũ in plures.in prin.ff.lo.per Bar. imo sequeret̃ ꝙ nuncꝫ deberet fieri sibi remissio cõtra multa iura.Et qa licet regl'r debitor quãtitatis sustineat periculũ casus fortuiti,istđ est verũ,nisi quãtitas debeat̃ respectu speciei, l.quidã testamento.§.si tibi.de leg.j.& inde etiam contingit,quòd si res emphyteotica perit in totum,emphiteota liberatur à canone.l.j.in fin.C.de iure emphyteo.Si ergo res censetur perisse,sicut dicit Bar.& Iac.de Are.licet emphyteota sit debitor quantitatis,per hoc non teneretur soluere canonem.† Respondendum est ergo aliter,vel ad dicta Bartol.& dicendum,quòd aliquid esse deperditum vel perisse potest cõsiderari dupliciter:vno modo absolute,alio modo relatiuè, quo ad aliquam personam.Si consideratur absolute,tunc significat rem nõ esse in rerum natura:ita dicit text.in l.deperditum.de petitio.hære.& l.verum.§.fin.ff.pro socio.Secundo modo illud dicitur perisse,vel esse deperditum,cuius possessio non est apud nos.Et isto modo potest cõcedi,ꝙ res inũdata à flumine,vel ad quam non potest accedi propter vim hostium vel latronũ,dicitur deperdita,vel perijsse,licet adhuc dominiũ remanserit apud nos.Isto modo loquitur hic text. & l.j.§.j.ff.furti aduer.nau.vbi istam quæstionem posuit Iaco.de Are.dicitur etiã aliquid perijsse tertio modo:quia licet extet in rerum natura,tamen exiuit commercium priuatorum,quia est consecrata vel publicata,vt dicitur in d.l.verũ. in fi.Et de istis duobus modis nõ loquitur tex.in l.j.in fi.C.đ iure emphyte.Sed de re perdita primo modo,quæ perijt absolute:hoc ꝓbatur manifeste in d.l.j.in fin.dũ dicit tex.quòd emphyteuta tunc non liberatur,quãdo non læditur penitus substantia rei.Et sic datur intelligi,quòd si emphyteuta liberet̃ substãtia rei totaliter vel ꝓ maiori parte debet lædi.Hoc autem nõ potest contingere,nisi quando res desijt esse in rerum natura:aliàs quomodo potest dici lædi substantia, cùm substantia sit forma rei? l.Iulia.§.quantum.ff.ad exhiben.& l.adeo.§.cùm quis.de acquir.re.domi.Præterea tex.in ver.ꝑcedẽti.dicit ꝙ emphyteuta ideo liberetur,quia nihil remanet sibi reliquum:quæ verba non possunt cõuenire casui nostro, qa adhuc remanet dominus emphyteuta ipsius rei,remanet sibi spes vtẽdi & fruendi,cessante guerra:ꝓpter quæ nõ est dubium,ꝙ etiam durante bello,licet minus inueniret de pretio, posset tamẽ vendere & lucrari de suo vtili dominio. Et hæc intellige,quando ager nõ esset ita occupatus ab hostibus,ꝙ ꝑditur possessio & dominium:quia tunc nõ credimus emphyteutam teneri ad pensionem,ex quo nihil reliqui remanet apud eũ,attenta intentione tex.in d.l.j.in fin.& ista ratio plus placet,quàm illa quę fuit tacta,cùm aliàs scriberem super isto puncto:dicebã em̃ tunc,ꝙ quia emphyteuta vel vasallus pro vtili dominio habent regressum de euictiõe:vt in c.j.de inuesti.de re alie.& tenet Io.And.in emphyteuta in titu.de loca. §.nunc aliqua.versi.cxxxiiij.si dabatur actio ꝑdictis,multo fortius videbat̃ competere exceptio.l.inuitus.§.cui damus.de regu.iur.nam in casu nostro ista ratio nõ concluderet: quia ꝓ agro occupato ab hostibus nõ est regressus de euictione.Concluderet autem,vbi ab emphyteuta vel vasallo euinceret̃ dominiũ à quodam tertio per viam iudicij.& tunc indubitanter esset verum,ꝙ emphyteuta nõ posset conueniri ad pręstationem canonis. Et posita ista opi.Bar.& Iaco.de Aret.ꝓ vera, quòd emphyteuta nõ teneat̃ ad canonẽ propter guerram: hãc doctrinã limitat hic dominus meus,nisi emphyteuta accepe rit rem tempore quo vigebat bellũ:arg.l.si creditores.de pri. credi.& l.fi.C.de spon.cum si.Sed ista non fuit doctrina sua, nam Cyn.eam posuit in addit.in l.ex conducto.§.j.s.locati. vbi dixit,ꝙ licet cõductori debeat remitti pensio ꝓpter guerram,etiã si sit cõductor domus,vt plene per Barto.in l.cũ plures.in prin.ff.loca.istud est verum,nisi conductor conduxerit domũ tpe belli,qa tunc est qd sibi imputet̃:& pũctualiter allegat easdẽ ll.& ita retulit Bal.in ca.j.§.vasalli.el secundo.de pa.Constã.debes ergo dicere,ꝙ eo casu in quo ꝓpter guerrã aliàs emphyteutæ fieret, remissio non fiat,si conducit tempore guerræ.

Qui alienam. Possidens precario ab vno,si conducit rem à domino,transfert possessionem in dominum.hoc dicit. Intellige secundùm gloss. suam naturalem,& ciuilem alterius à quo rogauerat. ¶ In gl. super versi.rogauit.ibi:dominum posset priua.Gloss.approbatur per Dyn.& Bartol.hic,& in lege,Celsus.circa medium.j. de vsucapi.& singulariter limitat l.quamuis.§.si conductor. j.eo.¶ † Vult enim,quòd licet ficta traditio coloni vel alteri⁹ detinentis rem nostro nomine non possit præiudicare domino:vt d.§.si cõductor.Secus tamen est in eo qui tenet ꝑcario, quasi plus possit ꝑiudicare domino:qa habet plus iuris in re ꝙ simplex detentator.Leges tñ allegatæ per glo.non ꝓbant istam cõclusionẽ:qa loquuntur,quando ille cui acquirit̃ possessio vere est ingressus rem:& ita etiã loquitur tex.in l.iij.§. qđ si seru⁹.s.eo.Loquunt̃ em̃ in inquilino,& seruo,qui sim.

[a] ¶ Mercedis. Ex quibus cõtractibus, & an,& qñ,& ꝓpter qd fieri debeat,vidđ do.Bar.Soci.in cõs. lxxxvij.inci.cõsiderata.circa prĩ.ij.colũ.& in cõsi.xcix.ĩcip.in cã.ver.iij.dubitatio.cũ ver.seq. & in cõsi.c.incip.in cã ba.per totũ.in j. parte.& nunqd ꝓpter pestem fienda est,& qd si cõditio naturał'r promissa sit,& sub qua cõditiõe dicat̃,vide per do.Mari.Soci.in cõsil.xliij.inci. in pręsenti.ver.his tñ nõ obst.cũ seq.ea. parte.& per d.Pe.Phi. Cor.in cõs.cxxvij. inci.videt̃.in princ. & in litera f.in ij.parte.& per d.Ale.de Imo.in cõsi.xxviij. in j.parte.& hic, & nũquid debet fieri emptoribus gabellarũ propter guerrã superueniẽtẽ,licet emptores susceperint in se periculũ casuum fortuitorũ,vide do.Pe.Phi. in cõs.xij.inci.licet. per totũ.iiij.parte.

[b] ¶ Fortuitus. Qui sunt casus fortuiti, vide do.Petr.Phil. Cor.in cõsil.xij.& ibi an guerra.in litera c.in iiij.parte.

pliciter detinent, nec poſſent transferre poſſeſsionẽ per actũ fictum, vt ſuprà dixi. Sequenda tamen eſt iſta opini. quia cõiter approbatur ab omnibus, & pro ea poteſt induci hic text. ſi verbum, poſſeſsio, quod ponitur hic in litera, ſignificat vtranque poſſeſsionem, ſcilicet ciuilem & naturalem. Sicut enim poſsidens precario à non domino conducendo à vero domino priuat non dominum ſua ciuili poſſeſsione: ita econtra rogans precario à vero domino, & conducens à nõ domino, priuabit dominum ſua poſſeſsione, quia eadem ratio eſt in vtroque caſu. Sed vt dixi heri in voce, † verbum, poſſeſsio, accipipro ciuili vel naturali, vel pro vtraq;, ſecũdùm ſubiectam materiam: vt in l. cuiuſcunq;. §. j. de vſufruct. & plenè fuit dictũ in rub. ſ. eo. Et ideo poſſet intelligi hic de poſſeſsione naturali duntaxat, quę erat penes eum, cui precarium erat cõceſſum. Defendendo tamen glo. poſſumus dicere, quòd iſta differentia inter poſsidentem naturaliter, & detinentem quo ad hũc effectum, poteſt colligi ex tex. & quod ibi per Bar. in l. in prouinciali. §. ſi ego. ſ. de no. ope. nun. vbi dicitur, ꝙ ſuperficiarius qui habet vtile ius in re, poteſt nunciare nouum opus, ſed nõ inquilinus, vel colonus: & ſimiliter etiam vſufructuarius nunciat nouum opus: vt in l. j. in fin. ff. eo. tit. Sed per nunciationẽ noui operis factam verbo, perditur poſſeſsio ex quodam actu ficto. Neq; enim interuenit hic vera traditio, vt de ſe patet, ſed ficta quę inducitur per nunciationem factam in cõſpectu rei: vt probatur in l. de pupill. §. meminiſſe. ff. de no. oper. nuncia. Vnde ſatis colligitur ex dictis iuribus ſimul iunctis, quòd poſſeſſor per fictam traditionem poteſt præiudicare domino, ſed non ſimpliciter detentor. ¶ † Extra gl. Bart. hic quærit de duabus quæſtionibus. Prima eſt, vtrum dominus qui ciuiliter tãtum poſsidet, conſtituendo ſe nomine emphyteutæ poſsidere, cauſet in eo poſſeſsionẽ naturalem. Secunda, poſito quòd non vtrum tranſeat in eum vtile dominium per medium poſſeſsionis ciuilis. ¶ Circa primam determinat, quòd transfertur poſſeſsio naturalis per ea quę dixit in l. quod meo. in princip. ſuprà eodem. & non intelligas per ea quę dicit in principio. cõmenti illius princ. ad intellectum l. quædam mulier. de rei vendi. quia iſte non fuit ſenſus ſiue intellectus, ſed voluit ſe referre ad quæſtionem de eo qui conſtituit vſumfructum alteri in fundo ſuo, & eius nomine cõſtituit ſe poſsidere. Dicit enim, quòd quæritur illi naturalis per iſtud conſtitutũ, & ius vſusfructus in re. Et de iure vſusfructus vtrum poſsit acquiri hoc modo, vide quæ plenè ſcripſi in d. l. quod meo. De poſſeſsione autem naturali quæ competit vſufructuario, neceſſario habemus dicere, quòd ſi ius vſusfructus non fuit cõſtitutum, vt ibi tenui, etiã poſſeſsio quæ cõpetit vſufructuario non fuit quæſita: vnde quia non tenui dicta Bar. ſi ſequeris concluſionem meam, ex illis dictis non poſſet inferri ad quæſtionẽ noſtram, nec etiam ex q. ſe. in dicta l. quod meo. poteſt elici, quo modo ille qui non habet naturalem, acquirat eam alteri, conſtituendo ſe eius nomine poſsidere, quia in ſeruitute conſtituenda & quaſi poſſeſsione ipſius nõ ſufficit iſta ficta traditio, vt ipſe ibi tenet: ſed requiritur quòd conſtituens vtatur ſeruitute nomine eius, cui vult acquirere ſeruitutem. Et hic modus acquirendi eſt regularis, quia quilibet qui vteretur ſeruitute nomine noſtro poſt ratificationem acquirere nobis: iuxta regulam poſitam in l. ſi ego. de nego. geſt. & in l. cõmunis ſeruus. §. j. j. eo. ¶ Circa ſecundam quæſtionem adde dictis Bart. breuiter, quòd ſine dubio videtur dicendum id quod ipſe dicit, videlicet quòd ex quo transfertur ciuilis poſſeſsio in emphyteutam, quod apprehendit naturalem per ſeipſum per medium poſſeſsionis ciuilis tranſlatæ, & transferatur dominium vtile in emphyteutam. Cùm enim ciuilis poſſeſsio ſit cauſa acquiſitionis dominij ex præſcriptiõe, vt vidiſti in l. iij. §. ex contrario. ſ. eod. multofortius poteſt eſſe cauſa acquiſitionis dominij, quando dominium transfertur ex voluntate domini, quia iſta acquiſitio eſt fauorabilior: vt patet ex notat. in l. naturaliter. j. tit. j. Sed dubium remanet, quæ ſit ratio quare ciuiliter poſsidens duntaxat poteſt conſtituendo transferre hanc ciuilem in alium: ſicut probatur in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Super quo ipſe dicit in d. l. quod meo. quòd ideo ciuilis poſſeſsio per conſtitutum poteſt tranferri in alium ab eo qui ſolum ciuiliter poſsidet, quia apprehenſio facta per ipſum tẽpore quo ipſe quæſiuit poſſeſsionem, trahitur ad hoc tempus quo conſtituit ſe alterius nomine poſsidere: ſicut videmus in apprehenſione neg. geſt. quæ prodeſt ad acquiſitionem poſſeſsionis domino, poſtea ratificante ipſo domino. Et licet ratio quam aſsignat Barto. in d. l. quod meo. prima facie videatur multum colorata, tamen ſi diligenter inſpicias, ſimilitudo allegata per eum d. l. ſi ego. videtur eſſe valde diſsimilis, dupli ci ratione. Prima eſt, quia in caſu l. ſi ego. apprehenſio facta per nego. geſt. non acquiſiuerat ab ipſo principio poſſeſsionẽ alicui: nam licet ipſe dominus habeat ratum, non acquiritur poſſeſsio etiam ipſi neg. geſt. licet perdatur per tradentem, vt eſt caſus clarus: & ibi per Ang. in l. nec vllam. §. ſi quis abſentis. ff. de peti. hæred. Ita ſentit Bar. in d. l. ſi ego. in fine. In caſu autẽ noſtro apprehenſio facta à principio per eum, qui nunc conſtituit alterius nomine poſsidere, quæſiuit poſſeſsionem ipſi apprehendenti. Vnde operata eſt effectum ſuum, & regula eſt quòd † diſpoſitio quæ operatur vnum effectum, ad quem dirigitur, non poteſt operari poſtea alium, quia iam eſt cõſummata virtus eius. l. quod Labeo. ff. de cõpen. & tangit Bar. in l. j. in prin. ſ. eod. in quęſtio. quare ciuilis & naturalis non retinetur ſolo animo: ſed ſola ciuilis ab eo qui habebat vtranq;. Secunda ratio diuerſitatis apparet manifeſtè, quia in l. ſi ego. apprehenſio fuit facta nomine meo: vnde non eſt mirum, ſi me ratificante illa apprehenſio podeſt mihi, quia propter ratificationẽ quæ trahiť retro, perinde eſt ac ſi à principio apprehẽdens fuiſſet procurator meus. Sed hoc poteſt dici in caſu noſtro, quia prima apprehenſio non fuit facta nomine meo, ergo non ita faciliter poteſt induci, vt tunc videatur nomine meo facta, cùm regula ſit in oppoſitum, quòd † id qđ non eſt geſtũ nomine meo, non poſſum habere ratum[a]. l. ſi pupilli. §. item quęriť. cum materia de nego. geſt. Vnde quærẽda eſt alia ratio melior ꝓ intellectu d. l. quædã mulier. Dic ergo vltra doc. quòd is qui habet ciuilẽ poſſeſsionẽ tantũ, per hoc ꝙ poteſt inſiſtere rei actualiter, qñcunq; vult fingiť in re per regulã: de qua in l. ſi qs. vt in prin. ſ. eo. & l. qui ac. de re iud. ſed iſta iura non videñ ſufficere, qa illa fictio nõ ꝓcedit quo ad omnia, ſed quo ad quedã: vt ibi dixi. Vnde meli⁹ facit pro iſta cõcluſione textus in l. j. §. qui ſub cõditiõe. ſ. ſi quis omiſ. cauſa teſta. & in l. ſi quis hæres inſtituať. in princ. & qđ ibi p Barto. de hæred. inſtituen. ¶ † In quibus probatur, ꝙ paria ſunt, alieni competere ius de pſenti, vel nõ cõpetere, & in poteſtate ſua eſſe quòd ſibi competat. Quia igitur ciuiliter poſsidens poteſt quandocũ ꝙ vult inſiſtere rei ingrediendo rem, ideo fingitur eſſe in re, & ſic pactum factum miniſterio ſuo poteſt facere alium poſſeſſorem. Vel tertiò potes dicere vltra ea quæ ſcripſi, ꝙ quia poſſeſsio ciuilis non ſolùm eſt iuris, ſed facti: vt dixi in l. j. in princ. ſuprà eod. eſt autem facti reſpectu animi, vt ibi dixi: ipſa mutatio animi eſt aliquod factum, per quod videť interueniſſe traditio reſpectu ipſius ciuilis poſſeſsionis, quæ alio modo non põt tradi. Sed iſta ratio non multũ placet: quia niſi interueniat ficta traditio, quamuis concurrat animus tradentis & accipientis, non poteſt transferri poſſeſsio: vt patet in l. quarũdam. j. eo. & l. qui vniuerſas. §. qui per colonum. j. eod. Tene ergo rationem pcedentem, videlicet quòd facultas faciliter inſiſtendi rei vnã cum actu ordinato ad traditionem inducant hunc effectum: videlicet vt ex facilitate videatur quis rei inſiſtere, & ex actu ordinato ad tradendum ficte tradere: ex qua ficta traditione cauſatur vera poſſeſsio ciuilis. Et licet etiam iſta ratio omnino mihi non ſatisfaciat, ſequor eam, qa nõ inuenio meliorem, cùm manifeſtum ſit rationem aſsignatam per Barto. non eſſe veram. Aduerte tamen, quia Specul. in titul. de loca. §. nunc aliqua. ver. clxvij. dicit quod ad conſtituendum vtile dominium emphyteutæ ſufficit ſimplex conceſsio ſine traditione: quia iura dicunt, quòd per conceſsionẽ emphyteuſis cauſatur emphyteutæ ius vtile: in lege prima. §. primo. ſi ager. vec. pet. & lege prima. §. quod ait. ff. de ſuperficie. Cùm ergo non requirant niſi conceſsionem, non videtur requiri alia traditio, ſecundùm eum, ſicut dicitur in hypotheca, ex qua cauſatur ius in re ſola conuẽtione partium. l. ſi rem. §. item pignus. ff. de pigno. actio. Non obſtat ſecundùm eum lex cùm ſponſus. §. in vect. de public. quia ibi ponitur verbũ, forte, per quòd datur intelligi, quòd vtrum requiratur traditio vel non, non determinat iuriſconſultus. Sed iſta reſponſio non videtur bona: quia ſi verbum, forte, ſignificaret ibi dubitationem iuris reſpectu traditionis, ſignificaret etiam eodem modo reſpectu bonæ fidei, de qua ſit mentio ſimul cum traditione, iuxta regulam legis, iã hoc iure. de vulg. & pupil. Præterea ibi non ponitur dictio, forte, ſimpliciter, ſed coniungitur cum dictione, ſi, vnde etiam ex hoc apparet, quòd ſignificat non iuris dubitationem, ſed potius factum quod requiritur ad cauſandum Publicianam. Nam de bona fide non eſt dubium, quòd ſine ea Publiciana non competit lege, eum qui. §. ait prætor. de Public. Vnde tenendum eſt per illum tẽxtum & per regulas iuris, de quibus in l. traditionibus. C. de pactis. † quòd dominium vtile non transferatur in emphyteutam ſine vera vel ficta traditione. & hoc ſentit hic expreſſe Barto. dum dicit, quòd per tranſlationem poſſeſsionis ciuilis fuit cauſatum hoc ius.

Non videtur

a ¶ Ratũ. Sed qd ſi ſit geſtũ p filiũ & ſeruũ, vide d. Pet. Philip. Cor. in cõſi. xxix. inci. cõſi. in lrã f. in iiij. parte. Et nunquid ſi vnus nomine meo capiat poſſeſsionẽ, & anteq̃ ratificẽ, alius capiat ẽ nǝeoddſſeſsionẽ, an ille & nõ ego dicať ver⁹ poſſeſſor: vide p eũ ĩ cõſi. cx. inci. in iudicio. in litera m. & in cõſ. d. xxiij. inci. in pñti. ĩ lrã ſ. in ij. parte.

Non videtur. In text. ibi: vt eam retinere non possit. dicunt hic Moder. posse poni exemplū quo ad alios effectus. Primò quidem, vt is qui occupauit rem non possit præscribere nisi spatio lōgissimi tēporis. l. si. quis emp. §. j. C. de pscrip. xx. ann. Secundò quo ad hoc vt is qui à me possidet vi vel clam, respectu mei non habeatur pro possessore, quia possum eum turbare impunè, licet non deijcere. l. j. in fin. j. vti pos. verè tamen, præterquàm quo ad aliquos effect⁹ ille q possidet reuocabiliter, dicet possidere: vt patet ex his q̄ diximus in l. iij. §. fi. s. eod. & quæ tangit glo. & doct. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. in verbo, verus possessor. vt lite nō contest. vnde etiam reuocabiliter dominus inspecto statu præsenti dicitur vere dominus. l. si seruum. in prin. ff. de acqui. hæredi. & optimè per glo. in l. pater filio. ff. de hæred. insti. Super quo vide quod in simili ponit Bar. in l. Gallus. §. videndum. de lib. & posthu. Quinimo reuocabiliter dominus cōprehenditur, etiam si fiat mentio de habente plenum dominium. Casus est vnicus, quē ibi not. Bal. in l. Iul. in fi. de rei vend. Vide etiā bonum tex. in l. si quis seruum. ff. de nox. Ad legem autem nostram potest dari expeditior intellectus, vt dicamus quòd ille qui non multo tempore potest retinere possessionem, non videtur possidere, quia cùm possit expelli incontinenti, non acquirit ciuilem possessionem, quæ retinetur ab expulso. l. iij. §. cùm igitur. j. de vi & vi arma. & per Bar. in l. qui possessionē. eod. tit. Et hoc inducitur duplici respectu: tum quia illud modicum tempus non consideratur, sicut dicitur in l. rerum mixtura. §. Labeo. de vsucap. tum quia ex quò non possidet ciuiliter, modicum vel leuem fructum, operatur possessio.

SVMMARIVM.

1. ☞Dominiū acquirit ipso iure ex titulo vniuersali hæreditatis, non solum per aditionem ipsius iuris vniuersalis, sed etiam rerum particularium.
2. Lex etiam quando vniuersaliter disponens continet iuris iam concessi extensionem, adhuc recipit restrictionem de habilitate.
3. Traditio ficta nō acquirit possessionē ei, qui rem occupat, sed solum illi, cui res ab altero traditur.
4. Possessio cur non continuatur in hæredem, vel non transfertur ipso iure sicut dominium.
5. Prælatus ad ecclesiam comparatur vt sponsus ad sponsam.
6. Ius vere perditum, quod perditum non fuisse fingitur, dicitur retineri.
7. Fictio translata requirit extremum ad habile saltem in genere.
8. Reuersus ab hostibus nō statim res suas possidet, sed est opus vt de nouo ingrediatur eandem possessionem.
9. Postliminij fictio cur non operatur, vt retro videatur retenta possessio, sicut alia iura.
10. Liberum hominem scienter occupans, possidet eum de facto, sed non de iure.
11. Possessio nobis facilius acquiritur per nosmetipsos, quàm per alios.
12. Potestati nostræ non subiectus acquirendo simpliciter dominium vel possessionem, nobis acquirere non potest.
13. Conuersi an veniant appellatione monachorum.

Cum hæredes. Per aditionem hæreditatis non transfert possessio, sed dominiū. h. d. vsque ad §. in his. Secunda ibi: possessio tn̄. ¶ 1 †Primò not. q̄ ex titulo vniuersali hæreditatis acquirit dominiū ipso iure p aditionē, non solum ipsius iuris vniuersalis, quod est hæreditas, sed etiā rerum particularium, quarum dominiū erat penes defunctū. Vtrū autē idē fit in quolibet titulo vniuersali, vt transferatur dominium sine traditione, dic vt tradit Bar. post glo. in l. j. §. si vniuersæ. ff. de vsucap. pro dote. ¶ 2 †Secundò nota. ibi: omnia iura &c. iuncta glo. ij. in verbo, iura. quòd etiā quando lex vniuersaliter disponens continet iuris iam concessi extensionem, adhuc recipit restrictionem de habilitate: quod facit ad nota. per Bart. in l. j. C. de sac. san. eccle. & in l. j. §. nūciatio. ff. de noui oper. nunc. Licet enim tex. hic dicat, quòd omnia iura transferunt in hæredes, restringit ad iura transmissibilia sui natura. ¶ 3 †Tertiò not. ibi: nisi naturaliter &c. Nā per istū tex. optime pbatur id qd̄ dicit glo. magna, & cōiter doc. in l. j. in princ. s. eo. videlicet quòd ficta traditio nō acquirit possessionē illi qui occupat rem, sed solū illi cui traditur res ab altero. De quo dic vt ibi dixi post Moder. ¶ In glo. super verbo, pertinet. ibi: so. hic in extraneo &c. ista solu. cōiter reprehēditur ab oībus: qa tex. in l. cū miles. nō habet hunc intellectū: sed hoc vult, q̄ qa hæreditas iacens potest pscriptionem cœptā finire, quo ad illum effectū pficiendæ præscriptionis, videat continuata possessio: sed quo ad alios effectus non, qa facilius acquirit id qd̄ de sui essentia nō requirit actū facti, sicut dñium vel ius in re, q̄ illud qd̄ ad sui essentiā requirit actū facti, vt est possessio. Vnde ratò inuenit possessio ciuilissima, de qua inquit Bald. in l. fin. C. de sac. sanc. eccle. & ego plene scripsi in l. j. in prin. s. eo. ¶ 4 †Et si quæris, cur possessio non cōtinuat in hæredē, vt nō transfert ipso iure, sicut dñium. dicit hic Ang. & bene, q̄ illa iura transferunt in hæredem per aditionē quæ tēpore aditionis sunt in hæreditate: sed possessio nō est in hæreditate. l. j. §. Sceuola. si quis tes. lib. esse ius. ergo non potest transferri. Vtrū autē hoc sit verū in hærede suo, glo. hic, & in l. in suis. d̄ libe. & posthu. & in d. l. cū miles. videt sentire q̄ non, licet psistat in istam opin. hic. Sed Bart. hic, & in d. l. in suis. & cōmuniter omnes reprehendūt istas glo. qa cū in acquisitione possessionis requirat factū & animus. l. iij. in princ. s. eo. solo animo per aditionem nō potest acquiri possessio, sicut dicit iuriscōsultus in l. qui vniuersas. §. quod per colonū. j. eo. Et ista est vera ratio, per quā Bald. idem tenet hoc declarans in l. j. in vltim. col. C. de appel. vbi est omnino videndū. Nec pōt dici, q̄ quia animus defuncti videt esse animus hæredis, ideo videat cōtinuata possessio in hæredē, quasi adhuc viuat defunct⁹: nā ☞vt dicit do. me. & bene, †animus defuncti nō transit ad hæredem. l. iij. s. loca. l. si ita relictū. §. illi si volet. de lega. j. ¶ Extra glo. tetigit hic Barto. nūquid nouus ꝑlatus, qui quæsiuit ecclesiam ipso iure, acquirat possessionem rerū ecclesiæ: qa vt ipse dicit in l. j. in fi. s. eo. ecclesia vacans nō perdit possessionē rerū suarum, sed eps dicitur possidere nomine ecclesiæ, vel collegium, si ecclesia est collegiata. ¶ Sed aduerte: qa hoc dictū pōt intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligat acquisita possessio rerū ecclesiæ ipsi ꝑlato, etiam anteq̄ ꝑlatus acquirat quasi possessionem iuris ecclesiæ: & istud etiam nota. si esset verū, & posset fundari ista ratione: qa cū ista possessio reperiatur penes ecclesiam vacantem, sicut per collationē tituli, ē acquisitū ipso iure ius in beneficio ca. si tibi absenti. de pben. libr. vj. ca. fin. de cōces. pben. eodē libro. ita videtur accessorie esse acquisita possessio rerum bn̄ficij, ex quo ipsa possessio reperitur esse in vniuersitate rerū beneficij: sicut dicimus de possessione, quæ trāsfertur per adoptionē vel arrogationē: in l. si adoptauero. j. de pcario. & quod not. Inno. in c. in pſentia. extrà, de pbat. Præterea si possessio nō quærit ipso iure hæredi ex eo qa non est in hæreditate: ergo cū in casu nostro possessio reperiat in ista vniuersitate rerū ecclesię, d̄bebit acquiri sicut & ☞alia iura, sed reuera, vt s. dixi, allegādo Bal. ¶ †Alia ratio principalior est, cur nō quærit possessio hæredi: qa est ius quod ad sui acquisitionē & essentiā requirit actū facti verū vel fictū. Vnde sine isto actu non pōt transferri. Et ista est causa scd̄m Barto. not. in l. nec vtilē. ex qui. cau. ma. cur licet dñium quærat ipso iure redeunti ab hostibus, nō tn̄ acquiritur possessio: vt statim videbis in §. seq. Et attenta hac ratiōe, nō videt posse dici, quòd possessio rerū ecclesiæ sit quęsita bn̄ficiato ipso iure, nisi intelligas q̄ ꝑlatus vel beneficiatus possideat nō suo noīe, sed p ecclesia, & nomine ecclesię: vt dicit Inn. in locis j. allegandis. Nā hoc modo intelligēdo hoc esset verissimū. Nec 5 est bona similitudo. d. l. si adoptauero. ff. de pca. †qa ꝑlatus ad ecclesiam cōparatur, vt spōsus ad spōsam. vij. q. j. c. sicut vni⁹. & c. licet. vbi plene de trāslat. prælat. Sponsus autē vel marit⁹ in vxorē licet habeat aliqd̄ ius superioritatis, non tn̄ habet in ptāte. Super quo vide qd̄ scribit Barto. qui bn̄ loquit in l. fin. §. idem rescripserūt. ff. ad munici. & Bald. in l. vxorē. C. de cōdit. infer. sed in l. si adoptauero. adoptatus vel arrogatus transit in potestatē alterius, sicut monachus in ptātem abbatis & monasterij. Si vero intelligas Barto. voluisse, quòd possessio rerum ecclesiæ acquiratur prælato, postq̄ acquisiuit quasi possessionem beneficij, tunc melius posset pcedere ista doct. Ita decidit Petrus de Ancha. in regula, sine possessione. de regul. iuris. allegans Innoc. in cap. cum super. de causa posses. & proprie. Non tamen videtur posse dici, per d. l. si adoptauero. ppter differentiā prçallegatam. Sed potius ratione cuiusdam accessionis, qua possessio rerum beneficij venit accessorie ad ipsum beneficium: sicut dicit Bald. in simili in lege, de his. C. de furtis. Et aduerte: quia Bartolus & Petr. in loco allega. clare sentiunt, quòd prçlatus ecclesiæ vel rector possidet res ecclesiæ suo nomine, intellige naturaliter. Sed dom. Anto. in fine. in iij. chart. de causa posses. & proprie. allegans Innocen. in dicto capitulo, cū super. & in c. cū causa. extrà, de verb. sign. tenet oppositū, dicens q̄ oīs possessio tenet noīe eccłię: qd̄ non ☞determino tūc. ¶ †Vnū tn̄ dico, q̄ si ꝑlat⁹ vel titul⁹ in bn̄ficio a æquiparat vsufructuario[a], sicut dicit in c. præsenti. de officio

a ¶ Vsufructuario. Adde Fel. in c. insuper. in iiij. colū. post me. de testi. & qd̄ ibi dixi in apostil.

ordi.lib.vj.Probabilius esset dicere,ꝙ possideret naturaliter nomine proprio sicut vsufructuarius:vt l.naturaliter.in prin. s̄.eod.Et in canonico præbendario,hoc tenet Bald. expresse in l.ij.in iij.char.ver.item quæritur.C. de serui.& aqua. allegans Inno.in c.in literis.de resti.spo.volentē ꝙ canonicus bona præbendæ suæ possidet naturaliter [a]. Ideo pōt agere interdicto recuperandæ pro sua naturali nomine proprio. Et credo in præbenda dictū esse verum,per ea quę not.glo.& doc. in c.ex literis.extrà,de proba.Est autem maior ratio dubitandi in rectore ecclesiæ,quia præbenda videtur concedi canonico principaliter gratia ipsius,vt habeat vnde se alat,propter seruitium qđ pręstat ecclesię.Sed rectori ecclesia videť deputari principalius gratia & respectu ipsius ecclesiæ: vnde dicitur procurator rerum ipsius:vt c.fraternitatem.extrà,de dona. Et tene menti quandam doc.Bal.in l.si quis presbyter.C. de epi. & cle.qui voluit,ꝙ mortuo rectore beneficij,nouus rector possit occupare possessionem vacātē,non solum rerum ecclesiæ, quas prius possidebat,sed etiam rerum quę sunt quæsitæ ex bonis ecclesię,in quibus ecclesia habet vtile dñiū: vt tradiť in l.si vt proponis.C.de rei ven.& in c.j.& in c.illud.de pecu.cle.

a ¶Naturaliter.Adde Bald.in l.litigator.j.col.C.de fructi.& litis expēsis.

In his. Fictio postliminij nil operatur circa possessionē.h.d.Secunda ibi:corporaliter.Tertia ibi:sequitur ergo &c.¶ 6 †Primò not.ibi:in retinendo iure &c.ꝙ ius verè perditum,qđ fingitur nō fuisse perditum,dicitur retineri: quod facit ad ea quæ diximus in l.interdum.§.fi.s̄.eo.in illo articulo,quo modo possessio ciuilis pōt transferri per constitutum.¶ 7 †Secundò not.ibi.neq; enim &c.& hoc tene menti, ꝙ fictio trāslata requirit extremum ad habile saltem in genere. Et hæc est ratio,quā expresse hic assignauerat iurisconsultus, licet Bart.& alij eam diuertant ab ista ratione,& non bene,vt dicetur in gl.¶ 8 † Tertiò not.ꝙ reuersus ab hostibus nō statim possideat res suas,sed est opus vt de nouo ingrediatur eandē possessionem.Vtrum autē hanc nouam possessionem adeptā possit cōiungere cū possessione sua antiqua, quam amisit, ex quo nullus eam occupauerat,est elegans dubitatio,de qua plenè dixi post glo.in l.Pomponius.§.quæsitum.s̄.eod. vbi sum secutus opi.Accur.cōtra Bart.Et pondera, quia hoc est ideo, quia nō fingitur retro possedisse,vt in præcedenti dicto apparet.Et sic colligitur à contrario,ꝙ si retro fingeretur ipso iure recuperasse possessionem,sicut & alia iura.Hæc autem fictio in possessione admittitur in vno casu:vt j.videbis in gloss.videlicet in rebus possessis per filiū vel seruum ex peculiari. Et sic clare probatur ex mente istius l.ꝙ lex pōt inducere,ꝙ possessio acquiratur alicui ipso iure:de quo diximus in l.j.in principio.s̄.eo.¶ 9 †In glo.in versi.corporaliter.Quærit hic Bart.cur fictio postliminij nō operať,vt retro videať retēta possessio,sicut alia iura.Et adducit tres rōnes.Prima est,scđm quosdā,qa lex nō fingit circa factū,& possessio est facti.sed ista rō est falsa hoc modo intellecta,qa imo regulariter & frequēti⁹,vt ipse dicit hic,& in l.si is qui pro emptore.j.tit.j.& in l.nec vtilem. ex qui.cau.ma.lex fingit circa factū,vt patet ex l. quod meo. §.si venditorē.& ex l.j.§.si iusserim.s̄.eo.cum multis alijs iuribus.Secunda ratio sumitur ex d.l.nec vtilem.quia fictio fundatur super ęqtate:sed si possessio retro censeretur cōtinuata, resultaret iniquitas,si ex continuata possessione rediēs ab hostibus videretur præscripsisse rem alterius:& sic faceret lucrū contra æquitatem.l.nam hoc natura.de condi.inde.Sed ista ratio nō placet do.me.quia non est generalis.Quid eñ si is qui possidebat ante captiuitatem,erat dñs,certe ꝙ fingeretur retro possedisse,quia nullus alius interim occupauit rem: hic nō oriretur iniuria ex inductione fictionis,& sic videretur æquū tales fictiones habere locum,quod est contra tex.nostrum in vltim.ver.Ego aliàs scribendo dicebā saluando rationem iurisconsulti in d.l.nec vtilem.ꝙ ista fictio non dicitur habere æquitatē,ex quo aliquo casu est possibile, ꝙ ex ea resultet iniquitas,sicut qñ pscriberet res alterius,sicut etiā si res fuisset interim bonafide,& iusto titulo possessa ꝑ aliū.Nā si fingerer ego possedisse,cōsequēter oporteret fingere illū nō possedisse,& sic nō lucrareť fruct⁹ industriales,quos acquirit pro labore & cultura.Inst. de re.diui.§.si quis nō domino.& plenè in l.fructus.in glo.ff.de rei ven.Quia tamen isti effectus sunt ad inuicem inseparabiles,adhuc ista ratio non est expedita: posset enim dici,quòd quando alius possideret,nō inducatur ista fictio:sed quando nullus possedit,interim & is qui fuit captus erat dominus,nil obstat cur fictio non videatur æqua . Vnde dic melius,addendo ad ea quæ scripsi, quòd ratio iurisconsulti est optima in casu suo,& tñ dictū do.mei est verum: nam in d.l.deniq;.& in l.nec vtilē.quæritur principaliter de ipsa præscriptione.Ex quo ad illum effectum dubitatur,vtrum retro captus videatur possedisse:& in illo casu sine dubio,vt s̄.declaraui,si fieret retrotractio,induceretur aliquid cōtra ęquitatē: & tñ in casu posito per d.meū non esset idem.Nec tamē ratio iurisconsulti est falsa,quia est vera,quo ad casum qui ibi ponitur,quia tñ ratio debet esse generalis,Bar.assignat hic tertiam rationem,& in locis s̄.alleg.dicens,ꝙ ideo lex non fingit super possessione,sicut super alijs iuribus,quia deficit in possessione extremum habile à quo,quod requiritur in fictione trāslatiua.l.huic scripturę.§.ad leg.Aquil.& l.bonorū.ff.rem ra. hab.Sed in casu nostro,ꝙ deficiat extremū à quo,patet scđm eum,quia libertas,& alia iura,item possessio rerum corporalium,quę retinetur animo & corpore,seruo redeunti ad captiuitatem ipso iure restituuntur,sed possessio non restituitur:cū enim in eius acquisitione requiratur factū,& animus sine noua apprehensione,non acquiritur,ex quo semel fuit perdita.l. iij.in prin.cū similibus.s̄.eod.Dominus Pau.de Cast.hic dicit quòd ratio vera & clara est ista,† quia in istis quæ sunt iuris, lex habet maiorem potestatē,quàm in his quæ sunt facti : qđ patet,quia in his quę sunt facti lex disponit per medium fictionis:sed in his quæ sunt iuris regulariter,lex disponit sine medio fictionis,& verè:vt per Barto.in dicta l.nec vtilē.& in l.si is qui ꝓ empt.j.titul.ꝓxi.Inde est,quòd iura restituuntur in casu nostro,ipso iure reuerso à captiuitate:possessio autē non,qđ Barto.concedit de plano,& est concedēdū. Sed ꝑ hoc nō declarať,quare licet possessio non querať ipso iure,nō possit fingi reuersus retro possedisse.Vnde ista rō d.Pau.magis declarat,cur terminus,à quo,in hoc casu non sit habilis, ꝙ dicat cur non fiet retrotractio ex fictione postliminij. Est ergo addendū idē qđ dicit Barto.ꝙ quia fictio translatiua requirit extremū habile à quo,& hic nō reperiť habile,vt declarat rō Paul.& satis est de mēte Bartol.in pdictis locis:talis fictio non pōt induci.Ista tñ rō cōfundit rōnem iurisconsulti hic,cuius verba nullo mō possunt adaptari,vt significet ꝙ extremū, à quo,erat hic inhabile:imò expresse referunť ad extremum, ad qđ.Dicūt em,ꝙ ideo in hoc casu non pōt fictio introduci, quia non pōt fingi ꝙ eo tēpore quo quis possidebať ab alio, ipse videať possedisse,qm̄ possessus ab alio non pōt possidere: vt vidisti in l.j.§.sed per eū.s̄.eo.Est ergo dicendū,ꝙ hic fictio ꝓhibetur induci,quia extremū,ad quod,est impossibile in genere subalterno in possessiōe:in dominio autē non est impossibile.qđ ꝓbo:quia ille qui per alterum possideť,nullo modo pōt ipse per se acquirere possessionē,sed bene potest acquirere dñium,vel alia iura.l.homo liber.§.pen.de acquirē.rerū domi.Hæc est igitur causa,quam ꝓprijssime exprimit iurisconsultus,cur fictio postliminij operatur circa alia iura,& nō circa possessionem:nam illa ratio Barto.etiā si non confunderet rationē iurisconsulti,quem magis debemus sequi, posset esse dubia alia ratione,quia concesso ꝙ non quæratur possessio ipso iure reuerso ab hostibus,adhuc videretur posse dari extremum habile,à quo,videlicet quòd quis fingeretur retro possedisse,postꝗ̄ nunc est ingressus possessionem.Nec obstat,si dicatur,fictio postliminij tunc fingeret nō solum de tempore captiuitatis,sed etiam super alio tempore post reuersionē,qđ intercedit inter reditum,& occupationem possessionis. Nam ad hoc est dicendum,quòd si nulla pōt imputari negligentia redeunti,non est inconueniens,ꝙ illud tempus cōsideraretur sicut tēpus captiuitatis:vt patet in l.ab hostibus.§.fin.vbi plene not.ff.ex quib.cau.ma.

Item quæro. Liberum hominem,nec res eius,sciēter potest aliquis possidere. hoc dicit.Secūda ibi:respondeo.Tertia ibi:neque enim. ¶ 10 † Primò not.quòd si aliquis scienter occupat hominem liberum, possidet eum de facto, sed non de iure.concor.l. qui vniuersas.§.j. j.eo.secus si possideat hominem liberum bona fide,vt in glo. Et intellige,quòd mala fides impedit acquiri possessionē quādo causatur ex hoc quòd scio eū esse liberū:secus si credat eū esse seruum alienum, quia tunc non impeditur possessio, licet verè sit liber.& est tex.& ibi dicit gl.in l.j.§.sed per eum. supra eo.Super quo vide quod scripsi.¶ 11 †Secundò no. & semper tene menti,quòd facilius acquiritur nobis possessio per nosmetipsos, quàm per alios.Ex hoc sequitur tale correlatiuum.Facilius acquiritur possessio per actum verū:quàm fictum. Inde est,vt dixi tibi in princip.huius l.quòd in eo qui occupat rem altero non tradente,fictio non tantum operatur quātum veritas. ¶ 12 †Tertiò nota.quòd qui non est subiectus potestati nostræ,acquirendo simpliciter non potest nobis acquirere dominium vel possessionem.Et hoc intelligit gl.infra, qñ liber homo nō intēdit nobis acquirere,bene posset nobis mandantib⁹ vel ratū habētibus.l.si me in vacuā.in fin.j.eo.& in l.

in l.cōis seruus.§.j.j.eod.Sed aduerte,quia hoc est limitādum, sicut diximus post Imol.in l.Pomponius.§.si liber homo.s.e. quo ad possessionem,non quo ad dominiū.Secūdò limitat hic Imol. nisi is qui vult nobis qrere,ideo velit acquirere,qa possideret per nos. Tunc enim videtur ꝙ non possit acquirere,quia adhuc durat ratio posita in tex.scd'm eū,quæ fundatur in hoc, ꝙ per eum qui non est mihi subiectus non possum acquirere possessionē.Si ergo homo liber credit se possideri,&tanꝗ̃ possessus vult acquirere possessori,videtur eligere mediū incōpetens,cùm non possideatur:ergo ex illo capite non potuit transferre possessionem,sicut dicitur in c.cùm super.de offi.delega. & per Bar.in l.multum.de condi.& demonst. De eo qui ꝓcedit ex capite cōpetenti per Bal.in l.falsus.C.de fur.& verbum, ciuiliter.positū in tex.expone.i.quē nō habeo in potestate, ex dispositione iuris ciuilis saltem approbatur.Hoc dico propter ius seruitutis,q̄d est inductum de iure gent.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& statim dicetur in si.casu in l.quod seruus.j. eod. ¶In glo.super verbo,non puto.ibi:dic ꝙ non scit &c.Pro declaratione huius glo.& dictorū Bart.debes scire,ꝙ cōclusio gl. in pen.& vlt.q.procedit in cōuerso,qui factus est conuersus ecclesiæ regularis:nam iste ratione loci est sicut monachus:& licet glo.xxvij.q.j.vt lex continētiæ simpliciter dixerit de quo cunq; cōuerso ad ecclesiam regularē,doct.tamen cōiter hoc intelligūt in cōuerso qui mutauit animū,qui quicquid quærit, 13 acquirit monasterio:ita intellige glo.tuā.¶ † Vtrum autē appellatione monachorū veniāt cōuersi, qui nomine distinguuntur ab eis,vide subtiliter Abb.Moder.in c.non dubiū[a].de sen. a excō.vbi dicit,ꝙ in materia odiosa & stricti iuris nō veniūt,qa sunt monachi qualificati,sicut dicitur in simili in c.statutū.de elect.lib.vj.& hoc idem sentit Abbas in c.nō est dubiū. de re. vbi etiā dicit, quòd ꝗ̄uis monachus possit transire ad arctiorē religionem,petita licentia, licet non obtenta:vt c.licet.de re. Hoc tamen fallit in conuerso, qui mutauit habitum, quia est magis astrictus ecclesijs,ꝗ̃ monachus:allegat glos.quam dicit sing.in c.vt lex cōtinentiæ.& hoc etiam tetigit Abb.in c.causam.de elect.Sed reuera illa glos.loquitur in conuerso ecclesiæ secularis,qui dedicauit se & sua.Dicit enī, ꝙ qa videt̄ seruus ecclesiæ,nō pōt transire ad arctiorē religionem.Abb. tñ extēdit eam etiā ad conuersum ecclesiæ regularis,in quo videtur eadē ratio.Sed illam glo.in primo dicto reprehēdit ibi Archi.dicēs, ꝙ licet videatur seruus,vere tamē nō est seruus,per ea quæ habentur,Insti.de iure pers.circa mediū.vbi dicitur,ꝙ seruitus ciuilis est inuenta per vnū modum dūtaxat.s.ꝙ cū quis permisit se venundari ad pretium participandū.Forte etiam posset dici, ꝙ est differentia in hoc inter cōuersum ecclesiæ regularis,& secularis,quia cōuersus ecclesiæ secularis nō potest dici stricte religiosus,cū in illa ecclesia non sit religio strictè eam capiendo, sicut tradunt doc.in rub.de re.Vnde est obligatus ecclesię iste conuersus quadam obligatione particulari,quæ non potest dissolui inuita ecclesia:sicut dicimus in vasallo & emphyteuta in l.si is cū quo.ff.de aqua plu.arcen.vbi per Bar. Conuersus aūt ecclesiæ regularis est obligatus suæ ecclesiæ per votū solenne, sicut monachus. Vnde quia non sumus in materia odiosa,satis potest dici,ꝙ appellatione monachi veniat conuersus:vt probatur in d.c.nō dubiū.iuncto c.si quis suadente. xvij.q.iiij. Et hoc de conuerso,qui mutauit habitum:nam is qui non mutauit habitū,dicitur propriè oblatus,& nō cōuersus,vnde remanet secularis,& potest habere propriū:vt not.dicit Bald.in authen.ingressi.vers.v.quæro.& etiā in oppo.C.de sac.eccle. Et de istis oblatis qui non mutauerunt habitum,quòd differant à conuersis in ecclesia regulari:vide quod scribit Abb.referendo dicta Tancre.in dicta cap.non dubium.de senten.excommun. & aliquid etiam in c.non dubium.de regularibus.& quod not. ☞ gloss.in cle.j.ad fin.de deci.& Io. And.& Moder. in c. per exemp.de priuile.lib.vj.vbi etiam recitat q.disputatam.¶†Vtrū contra conuersum sit dirigenda actio pro obligatione contracta in seculo,ita ꝙ non possit cōueniri monasteriū : & limitat̄ ibi singulariter,quod ponunt doctor.maxime Bald.in authē. causa quæ fit cum mod.C.de epis.& cler. Ad materiam etiam vide quod notat Archid.& Ioan.Andr.in c.ex eo quod.de elect.libr.vj.& xxviij.distinct. c. quia sunt culpæ.Et de conuersis in ecclesia seculari,vtrum offerendo se videantur dedicare etiam sua:& vtrum dedicando se & sua possint de nouo acquirere sibi:vide gl.in d.c.vt lex cōtinentiæ . quam ibi sequitur Archidiaco.& Bald.in dicta authen.ingressi.Et quia glos. ista hic videtur æquiparare conuersum seruo,sicut Inno. æquiparat monachum in cap.cùm olim.extrà,de priuile.& Barto. in rubric.& in lege j.de stipulatio.seruo.dicit hic Paul.de Cast. quòd vbi est differentia inter filium & seruum,quo ad modum acquirendi,magis æquiparabitur filio quàm seruo[b],quia b non possidetur vt seruus,sed est in eo quasi possessio subiectionis,sicut in filio:& hoc sentit Bar.hic,& clarius in l.j.§.per seruum qui.suprà eod. Ego in dicto §.per seruum qui.dixi,ꝙ cōiter etiam in modo acquirendi,& iura & doctor.magis æquiparant monachum seruo quàm filio.Intellige in his, quæ possunt conuenire seruo & monacho,non in his in quibus differunt,sicut est in succedendo,quia monachus tāquàm liber succedit,& seruus non,secundùm Bald. in lege iij. C. communia de success.Et hanc viam videtur sequi Bartol.in lege prima.ff. de iure delib. quòd ęquiparet̄ seruo,etiam quo ad actum successionis.& Bald.in l.deo nobis.C.de epis.& cler.pro quib⁹ facit glos.xij.quæstio.j.c.non dicatis.& tex. liiij. distinctione. c. multos.

SVMMARIVM.

1 ☞ Possessio violenta & iniusta,appellatur possessio corporalis.
2 Seruus non possidet ea quę aliquo modo detinet.
3 Possessio quæ retinetur corpore & animo alieno apud possessorem, propriè non dicitur,sed fictè;& vide in nu.6.
4 Superior confirmans omnia priuilegia competentia vni ciuitati vel ecclesiæ,videtur confirmare iusta,nō iniusta.
5 Statutum in specie à principe confirmatum, est proprie statutum principis. a
7 Dominus licet sciat possessionem occupatam à seruo illicitè, non tamen per hoc acquiritur sibi possessio, nisi etiam factum ratificet. b
8 Filius si cum pecunia paterna vsuras exercet, non acquirit illas patri, etiam quo ad partem lucri,quod debetur ipsi patri, quia pecunia erat sua: & declara vt infrà in numero. 9.10.& 11.
12 Monachus æquiparatur seruo vel filio.

a ¶Non dubiū.Et ibi vide Fel.in j.col.in med.ibi ij.not.

b ¶Quā seruo.Adde eundē d.Frā.Aret. in l.j.s.de vulga.& pupil.in x.colū.& q̄d ibi dixi in apostil.& per eundē in fin.l.sequētis.

QVod seruus. Ex causa iniusta non acquiritur domino possessio per seruum,sed ex iusta duntaxat.hoc dicit.Secunda ibi:sicut.Tertia ibi:summa scilicet cū ratione.¶ †Primò no.ibi:non corporalem &c.quòd possessio violenta & iniusta appellatur possessio corporalis: & per hanc leg.dicit Barto.in l.j.in princ.s.eo.quòd ista est tertia species possessionis,quòd cōmuniter ibi reprehenditur per Modern. Et quia hic dicitur,quòd ex causa iniusta non acquiritur possessio per seruum,quæritur quid de dominio?Barto.in l.cùm oportet.in princ.C.de bo.quæ libe.in quæst.de vsura exacta. de qua statim dicetur,expressè tenet,quòd etiam non quærat̄ dominium.& ita videntur cōmuniter sentire omnes, præter Paul.de Castr.qui dicit super glo.quòd cùm dominium non possit stare in suspenso,sicut possessio,si tradit̄ aliquid ex causa illicita seruo.verbi gratia:vsura,vel quia extorsit aliquid ꝑ vim cōpulsiuam,quo casu trāsfertur dominiū in extorquētē. l.merū.§.sed licet.q̄d met.cau.Istud dñium trāsfert̄ in dñm, ex quo non pōt acquiri seruo,& dominus rei voluit dominiū suum transferre.Sed hoc videtur repugnare rationi assignatę in litera, quæ æquè bene potest habere locum in dominio, sicut in possessione, vt acquisitio quæ fit virtute subiectionis,& potestatis,nō extendatur ad acquisitionē illicitā.Cuius respectu seruus non consideratur vt subiectus passiue: sicut econtra dominus non consideratur, vt dominus,& vt habēs seruum subiectum actiuè:vt patet ex no.in lege,liber homo. ad legem Aquil.& per Bartol.in lege,non solum.§.si mandato.ff.de iniur. Non obstat quòd dominus non debet stare in suspenso,quia concedo : sed ex hoc non sequitur,quòd transferatur in dominum,sed quòd remanebit penes eum, qui voluit transferre, & non potuit:lege,cùm quis.§.si debitorem. de solut.& declarat Barto.in lege, quod meo.§.si furioso.suprà eodem.¶ †Secundò not.ibi:sed naturaliter tenet 2 &c.quòd seruus non possidet aliquo modo,quæ detinet.cōcor. text.in lege,stipulatio ista.§.hæc quoque. de verborum obligatio.¶ † Tertiò not.ibi:creditur possidere &c.maxime 3 iuncta gloss.quæ incipit,quadam interpretatione iuris,quòd possessio quæ retinetur corpore & animo alieno, non dicitur esse proprie apud possessorem, sed fictè. Et isto modo limitatur singul. text.in lege,quod meo.§.procurator.suprà eodem. ¶ In gloss.super verbo, possides. ibi: subaudi iustè. Hunc textum cum glossa sua videtur inducere Bartolus nota, in lege prima, in principio, hic allegatis. de his qui sunt sui vel alieni iuris. † quòd si superior confir- 4 mat omnia priuilegia quæ competunt.verbi gratia: vni ciuitati , vel vni ecclesiæ : videtur confirmare illa, quæ

sunt iusta, nõ iniusta. Et idem in statutis, quæ generaliter cõfirmantur: facit optime tex. in c. j. de iureiu. in vj. & c. petitio. eo. titu. in antiquis. & qđ not. glo. in l. nõ videtur. §. qui iussu. de reg. iur. & c. j. per quos fiat inuesti. in vsi. feudor. vbi probatur, quòd si dominus confirmat vasallo omnia feuda sibi concessa. Ista generalis locutio restringitur ad ea quæ iuste possidet; quæ iura adducit hic dominus meus super ista glo. alleg. etiã Bal. in l. j. C. de monopo. cui adde glo. no. in l. at si quis. in prin. de rel. & sump. fun. q̃ dicit, ꝙ lex q̃ mouet iudicẽ, vt repellat contradictorẽ, restringit̃ nisi iustè cõtradicat. Et sicut nõ vidẽtur cõfirmari statuta, ita multominus quę sunt contra libertatem ecclesię, secundùm Bald. in l. omnes populi. de iusti. & iur. quia non est verisimile, quòd confirmans in genere id confirmet, quod non esset in specie concessurus. l. obligatione generali. de pigno. & in c. j. §. in generali. si de feud. fue. cõtrouer. inter do. & agna. Bal. tamen hoc videtur limitare singu. in d. c. j. per quos fiat inuesti. dicens, quòd istud est verum, nisi superior confirmando generaliter reprobet aliquid positũ in priuilegijs confirmatis, vel statutis, quia per hoc videtur ostendi confirmatio ex certa scientia in omnibus alijs, sicut econtra quando iudex admittit aliquas exceptiones ex multis præpositis, cæteras videtur reprobare, vt traditur in l. tribunus. §. fin. de testa. mil. & in l. legata inutiliter. de leg. j. Ego cùm aliàs haberem consulere super isto puncto, non sum secutus istud dictum, † quia exceptio à regula non solet ampliare regulam, vt comprehendat ea quæ aliàs non cõprehenderet, secundùm Bart. in l. generali. §. vxori. de vsufruct. leg. Adduxi etiã quæ not. Moder. in c. qui ad agendum. de procura. libr. vj. & Petr. de Ancha. sub rub. de reg. iur. Nec videtur bona ista consequẽtia, quia reprobaui vnum statutum, videor etiam habere sciẽtiam aliorum, sicut habui istius quod reprobaui. Fortius tamẽ obstat supradictis id quod dicit Abb. antiquus: & sequuntur ibi doct. in c. pe. de confir. vti. vel inuti. vbi dicit, quòd confirmatio simpliciter facta sine illa clausula, sicut iustè possidetis, vel tenuistis, vel simili in dubio, censetur facta ex certa scientia, ergo videtur quòd si est facta ex certa scientia, omnia statuta videantur approbata, licet prius non valerent vel deberent rescindi. Intellige in his quæ potuit approbare & firmare, per ea quæ habentur cum materia in l. quidam consulebat. de re iudi. & in extrauaganti ad repri. in versi. non obstãtibus. per Bar. & in c. j. de exces. præla. lib. vj. in nouella. Item intellige de his priuilegijs, vel statutis, in quibus sufficit certa scientia, ita quòd non requiritur clausula non obstantium: de quibus in locis præallegatis. in c. j. de rescript. plenissimè per dom. Anto. & alios. Hæc tamen dicta potes tenere, si non sequeris glo. in cle. & si principalis. de rescrip. quæ voluit, quòd clausula ex certa scientia debet exprimi[a] in literis, aliàs nõ prodest. Sed hanc glo. ego non sum secutus in d. c. j. de rescrip. vbi multa sunt allegata in contrarium, sicut poteris videre in rep. quam feci. Ego in d. consil. ad istud rñdi cum distinctione satis pulchra, & dixi ꝙ illa doctr. habet locum, quando confirmatur vnus actus in indiuiduo. Et hoc videtur probare tex. in d. c. in verbo, ad maiorem euidentiam, vt j. dicam: secus si generaliter multa confirmentur, quia tunc non præsumitur certa scientia, nisi de ea doceatur. Est enim fortior specialis approbatio, quàm generalis. l. j. §. inter filium. de fal. Facit optimè qđ ponit Bal. in c. j. §. naturales. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. & Archi. l. vj. di. c. Cenomanensem. vbi dicit singular. quòd supplicatio facta de solennitatibus, si quæ deessent, non sufficit neq; ratificat actum, nisi specialiter enumerentur defectus quos superior vult supplere. † Vnde alibi dicit Bald. not. quòd statutum confirmatum in specie à principe est proprie statutum principis: secus si statuta generaliter confirmentur, vt ipse not. in l. ex placito. C. de rerum permu. Et aduerte in ista materia, quia licet confirmatio dicitur facta ex certa scientia, quando tenor dispositionis est expressus in confirmatione. c. penult. præallega. & est optimus text. cum gloss. in c. si amplius. de præben. libr. vj. Per hoc tamen non debet negari, quin confirmatio simpliciter facta præsumatur facta ex certa scientia: sed dicitur eo casu certa scientia esse euidentior: vt probat tex. in dicto c. penult. & quia est euidentior, operatur quòd etiam si sit adiecta illa clausula in confirmatione, sicut iustè possidetis, vel similis, tamen videretur facta ex certa scientia, quod aliàs non esset verum in confirmationibus: vt suprà dixi, & est gloss. ordinaria in c. examinata. de confirma. vti. vel inutili. Quid autem si in priuilegijs quæ de nouo conceduntur? vide ibi gloss. & in c. priuilegia. iij. distin. & quod nota. in c. ex ore. de priuile. Scias etiam, quòd Bart. consil. suo cxcvj. dixit, quòd quando princeps approbat factum à se eo tempore quo non erat princeps, semper in dubio confirmatio videtur facta ex certa scientia. † Et adde, quòd quando confirmantur generaliter priuilegia, non videntur confirmari illa quæ prius erant reuocata, secundùm Cyn. & Bald. in l. priuilegia. C. de sacr. sanc. eccl. Illa autẽ verba priuilegijs & cõstitutionibus eorum in suo robore duraturus. sine dubio nullam importãt cõfirmationẽ, nisi prius fuissent reuocata: quia tunc videnť reuocari, ne aliàs verba sint superflua: ita distinguit not. Iac. Butr. quem refert & sequitur Ang. in l. fin. circa princ. C. de tẽpor. appel.

6 ¶ † In glo. super verbo, creditur. No. istam glo. in vtroq; dicto suo: nam ex primo dicto colligitur id quod dixi in vlti. no. scilicet quòd is qui possidet corpore & animo alieno, videť ficte possidere, & non vere. Et qñ glo. dicit, ꝙ ex interpretatione iuris factũ serui p̃sumitur factũ dñi, dicas ꝙ illud verbum est improprie positũ: nam debet dicere, fingiť factum domini, si intelligimus l. nostram, vt intelligit glo. etiã in rebus non peculiaribus, in quibus nulla adest volũtas domini. Si autẽ intelligeremus in solis rebus peculiaribus, tunc verbum p̃sumitur bene stare: quia seruus ex causa peculiari occupat ex voluntate dñi generali, quæ colligitur ex cõmissione administrationis peculij: vt l. j. §. itẽ acquirimus. s̃. eo. Et ex his quę modo dixi, potest tibi patere differentia, seu ratio differentię, quæ ponitur in l. j. C. de acqui. poss. † cur possessio quæsita domino ignoranti per ꝓcuratorem non pariat vsucapiendi conditionem: quia est possessio ficta. Licet enĩ ꝓcurator habeat volũtatem dñi in genere, magis tamẽ diciť possidere animo & corpore alieno, quia non habuit animũ apprehendendi possessionem in specie: & secundũ hoc etiam possessio occupata per seruũ in rebus peculiarib9 domino ignorãte erit ficta possessio, ꝗuis seruus habeat volũtatẽ dñi in genere, vt s̃. dixi. Ideo adhuc melius in rebus peculiaribus glo. dixisset, quòd factum serui fingitur factum dñi, quàm ꝙ p̃sumiť. Verbũ tamẽ p̃sumitur saluari, vt dixi isto casu, ꝓpter generalem voluntatem dñi.

7 ¶ † Scđò not. ex ista glo. ibi: sed scientis & volentis. quòd licet dñs sciat seruum occupasse possessionẽ illicitè, non tamẽ ꝑ hoc acquiritur sibi possessio, nisi etiam ratificet factũ. Et ita supplent ad istum tex. hic quidam Moder. qui volunt, quòd dñs ex sola scientia non videť habere ratum cõmissum à seruo illicitè. Licet tex. innuat hic cõtrariũ à cõtrario sensu. Facit optime tex. & quod ibi per Bart. in l. j. in fi. ff. si fa. fur. fe. di. & in l. ij. & iij. ff. de noxa. Quinimo etiam si res violenter ablata reperiretur penes dñm, non tamen videreť habuisse ratum illicitè factum à seruo: vt est casus no. in ca. cùm ad sedẽ. de restitu. spol. quem adducit Bald. ad hoc in l. j. C. de episco. & cleri. Hoc tamẽ dictum videtur expeditũ: quia Bart. tenet oppositum in l. aut facta. §. fina. ff. de pe. Vnde pro nunc non determino quid sit verius. Gl. tamen tuam hic tenebis menti, quam Moder. non ponderant. Ex his quæ dicuntur in tex. & glo. arguit hic Barto. ad quęs. de qua se remittit ad ea quę scripsi in l. cùm oportet. C. de bo. quæ liber.

8 † videlicet ꝙ si filius cùm pecunia paterna exercet vsuras, non acquirit illas patri, etiam quoad partem lucri, quod debetur ipsi patri, quia pecunia erat sua. Vnde post mortem non tenebitur cõmunicare fratribus[b]. Do. meus hic multũ diffuse tractat istam q. dicens considerando esse tres casus. Aliquando filius fœneratur mãdato patris, vel pater habet ratum. Aliquando fœneratur nomine proprio. Aliquãdo sumus in dubio.

9 ¶ † Primo casu, secũdum eum acquiritur lucrũ patri, quia ipse videtur fœnus exercuisse; sicut dicit glo. j. istius l. & est tex. optimus in l. si ꝓcurator. & quod ibi not. de condict. inde. & in l. si indebitũ. & l. si sine. ff. rem rat. ha. quæ iura alleg. Ange. in cõsilijs j. adducendis. Et istud membrum ponit Bart. expresse in mandante in dicta l. cũ oportet. De ratificante autem ponit Angel. in locis allegandis.

10 ¶ † Secundo casu dicit ipse, quòd filius nõ acquirit vsuras patri per istam legẽ, & ꝑ l. idẽq;. §. si mandauero. suprà mandat. & per legẽ, si vnus ex socijs. §. si vnus. suprà, pro soc. Aduerte tamen, quia illa iura licet loquantur in vsuris, loquuntur de iure Digestorum, quo iure vsuræ erant licitæ. Vnde causa cur ibi procurator vel socius non acquirit vsuras domino vel consocio, non est iniusta acquisitio. Sed quia persona quæ exercuit vsuras proprio nomine, & suo periculo, non est talis, quòd ratione potestatis & subiectionis ex causa profectitia acquirat domino: sed in casu nostro non est sic, quia filius lucrum quod facit ex causa profectitia acquirit patri. Vnde illæ ll. impertinenter allegantur ad hoc: allegarentur autem pertinenter ad casum Angel. qui ponit quæstionem in procuratore vel tutore pupillorum, vt infrà dicemus.

11 ¶ † Tertio casu dicit, quòd in dubio cùm filius exerceat se super re paterna, censebitur fœnerari nomine patris, per ea quæ habentur in lege, post mortem. cum materia ff. qñ ex fac. tu. & in l. fin. ff. si quis caut. Et sic acquiriť dño ratificanti

---

a ¶ Exprimi. Adde Feli. in c. nonnulli. in x. col. in ver. fallit iiij. de rescri. & in c. cũ inter. de excc. in prin. vbi latè. & qđ ibi dixi in apost.

b ¶ Fratribus. Vide hic omnino d. Ale. de Imo. in versi. extra gl. q̃rit hic Bar. & vide Bal. in auť. ex testamen. in vij. col. C. de col. & in d. l. cũ oportet. in j. col. in fi. in ver. modo quęro. & Bart. in l. si vn9. §. si vn9. ff. ꝓ soc. & Bar. in tract. de duo. fra. & a Raph. hic, & Frãc. Por. in tract. de duobus fra. in j. parte. in penu. char. & Barth. Cæp. in cautela cxxx. & seq. et an si filius velit exonerare aĩam suam ꝑ restitutionẽ, possit inuito patre, & cõtra patrẽ possit agere, vide Dyn. in cõsil. xij.

ficanti, vt in primo casu: nā si pater non vellet ratificare, non posset filius exercēdo vsuras noīe patris obligare patrē ad delictū: vt l.si ꝓcurator. de cōdi. inde. & l.ij.§. qd si ꝓcurator. & qđ ibi per Bar. ff. qđ quisq; iur. Vnde patre nō ratificāte dñm, videř remanere penes soluētē. l.cùm qs. §. si debitorem. de so. ꝙ declarauim⁹ in notabilib⁹, discutiēdo dicta d.Pau. de Ca. qui tenuit, vt vidisti, ꝙ etiā ex illicite acqsitis dominiū acquirař dño ipso iure, licet nō acquirař possessio: qđ ego nō sum secutus, vt scripsi plenè in notabilibus. ¶ † Addit etiam vnū verbū satis notabile do.me. videlicet quòd si pater dat pecuniā filio ad exercēdum se, qui est solitus & cōsuetus foenerari ꝓpter qualitatē personæ, & eius consuetudinē, tacitè videř cōmittere, vt exerceat vsuras noīe ipsius patris: arg. eorum quę habētur in l. sed & si susceperit. §. j. de iudi. & in l. plenū. §. equit ij. ff. de vsu & ha. & in l. vel vniuersorum. per locū à cōtrario. ff. de pig. actio. Sed istud est pręsumere, quòd committēs pecuniā exercendā velit delinquere: qđ in dubio non præsumitur, vbi alia pōt esse cōiectura voluntatis. l. si qs rem. s̄. eo. & ibi dixi. & l. merito. ff. pro socio. Vñ quia ista est fortior præsumptio, quàm qualitas psonę, cui fit cōmissio, nō credo quòd isto casu præsumař cōmissio ex ista cōsuetudine, quia fortior prę sumptio vincit istas. c. trāsmissa. qui fi. sint leg. & l. iij. §. tu magis. ff. de testi. & no. in l. fi. in prin. ff. qđ me. causa. Et adde ad istā q. qđ ponit Ange. cōsi. suo xc. & cōsi. suo ccviij. in qbus quęrit de vsuris exactis à tutore vel ab institore, & ꝓcuratore, vtrū pertineāt ad dñm, vel ad ipsos administratores. Et qualiter hodie tutor possit vel nō possit exercere vsuras [a] noīe pupilli, vide quod ponit Cy. & Salyce. post eū in auť. nouissimè. de admi. tut. & Bal. in l. j. in vltimis verbis. C. de cōdi. indebi. Adde etiā quod ponit Ange. post glo. in l. si nauis. ff. de rei ven. vbi cōcludit, quòd malæ fidei possessor non restituit vsuras, nec alia quęsita illicite vero domino: facit l. si possessor. ff. de pet. hære. Quid autē sit de eo quod filius lucratur in ludo, vide Bal. quē adducit hic do.me. in auť. ex testamento. C. de coll. † Et quia monachus æquiparatur seruo vel filio: vt vidisti in l. cùm hæredes [b]. s̄. eo. ideo potest dici secūdùm eum, quòd illicite acquisita per monachum nō quęrunř monasterio: teneř tñ monasteriū satisfacere pro monacho, quousq; sufficiant bona monachi, quæ ꝓueniunt ad monasteriū: alle. Spe. in ti. de statu mona. §. j. & bo. tex. Insti. de acqui. per arroga. §. fi. Tu autē vide Bal. plenius hoc declarantem in authē. cām quę fit cū monacho. C. de epis. & cleri.

SVMMARIVM.

1. Res mobilis si euasit custodiam nostram, nobis ignorantibus, perditur possessio, ex quo verè res iam non est in nostra custodia.
2. Possessionis in retentione ista tria parificari videntur, videlilicet quod colonus moriatur, alij locet, vel incipiat furere.
3. In rebus non peculiaribus quo ad possessionis retentionem nihil interest inter seruum & colonum.
4. Dictiones istę, donec, & quousq;, significant extinctionem iuris, post terminum significatum per has dictiones.
5. Possessio corporalis tantū est dicere, quātum possessio quæ immediate p actū corporis vel per ipm corpus apprehēsa est.
6. Dictio ista, quasi, quādoq; est veritatis expressiua, nec semper improprietatem significat.
7. Fūdum ingrediens domino absente, acquirit possessionem quæ dicitur corporalis.

SI id quod. Possessio rei mobilis perditur, cùm ignoramus vbi sit res. h.d. ¶ In gl. super verbo, vbi sit. ibi: sed locum fundi non retineo. Hoc procedit, quādo scio locum principalem, licet ignorē locum loci, nisi ego facta diligenti inquisitione nō inuenirē rem in loco loci, tunc enim perderetur possessio: & ita potest limitari text. in l. peregre. in prī. quia desinit esse sub custodia nostra: & tenet clare do. mi. Paul. hic, qui etiam dicit †, quòd si res mobilis euasit custodiam nostrā nobis ignorātibus, verbi gratia, quia credo rē esse in domo, vel equum in stabulo, & nō est, adhuc perditur possessio, ex quo vere res iam non est in nostra custodia, licet hoc ignoremus: & probatur expresse in l. si rem mobilem. in prin. j. eo, & in l. rē quæ nobis. in prī. s̄. eo. Dixit etiā hic Iaco. de Ra. quem refert Imol. quòd hic tex. est ītelligēdus, quādo res cecidit in via, vel in agro extra domum, & nescitur quo loco sit. Sed quādo res cecidisset alicubi in domo, non perditur possessio secundùm eum, si habita diligenti inquisitione posset inueniri: quod dictum sine dubio esset verum, si scirem rem perditam esse in domo: quia est casus in l. iij. §. Nerua. s̄. eo. Sed quando ignoro vtrum sit in domo, vel extra domum, quia nescio vbi amiserim rem, tunc videř militare ratio istius literæ, seu decisio, vt non possit dici res sub custodia nostra, ex quo ignoramus an sit in loco quem custodimus. Et pondera glo. in vltima parte sui, quæ vult ꝙ sola obliuio non inducat amissionem possessionis, similiter sola longinquitas temporis: sed requiritur tunc simul, licet perditio fiat immediate ex obliuione: de quo tetigit hic aliquid Imo. Sed plenius per Bar. & Moder. vbi dicemus in l. si de eo. §. si forte. j. eodem.

Et per colonos. Possessio retinetur p seruos vel per colonos, & si moriantur, aut incipiant furere, vel rem alij locent. h.d. Secunda ibi: sed si moriantur. Tertia ibi: nec inter colonum. ¶ † No. primò quò ista tria in retentione possessionis videntur parificari, videlicet quòd colon⁹ moriatur, alij locet, vel incipiat furere. Et multum facit tex. pro opinio. Vgo. cùm ista tria vna ratione pariter determinentur per regulā l. iam hoc iure. de vulg. & pupil. vt retineatur etiam naturalis possessio mortuo colono: & pondera tex. in ver. intelligimur. quod est verbum significans fictionem, & improprietatem, sicut diximus in l. rem quæ. s̄. eo. nam videtur probare, quòd quando deest animus colono, vel seruo: vel quia ipsi non incumbunt rei, sed locant eam alij, vel quia efficiuntur furiosi, vel quia moriuntur, tunc nos possideamus ficte per eos, non verè, intellige de naturali possessione, quam retinemus per eos. ¶ † Vltimò not. ibi: nec quicq; interest. quòd in rebus quę non sunt peculiares, quo ad retentionem possessionis, nihil interest inter seruum & colonum. & hoc videtur inferri, quòd in rebus non peculiaribus possessio non acquiritur per seruū domino ignoranti: quia si acquireretur ignoranti, ergo anteq; dominus sciret, retineret per seruum aliter q̄ per colonum, scilicet corpore & animo serui: quod nō potest fieri per colonū. l. iij. §. saltus. s̄. eo. Si tamen velles tenere cōmunem opi. potes dicere ad istum text. quòd seruus & colonus nil differunt in acquirēda possessione, postq; dominus cœpit animo suo possidere. id est, postq; sciuit possessionem esse sibi quæsitam. Hoc tamen est restringere tex. & aliquo modo diuinare ad literam, maxime quia in prin. tex. isti vidētur parificari, etiā quo ad acquisitionem possessionis. Sed posses dicere, ꝙ parificantur quo ad retinendam possessionem, vt dixi: nam in acquisitione nullo modo sunt pares, vt j. dicetur in vlti. glossa. ¶ In glo. sup ver. intelligimur. ibi: vel dic secūdùm Vgo. do. communiter sequuntur opi. Io. videlicet ꝙ retineatur sola ciuilis mortuo colono. sed contra eos facit mirabiliter iste tex. in ver. intelligimur nos per eos. nam illa dictio, per eos, manifeste declarat, quòd ministerio eorum his tribus casibus retinetur possessio. Sed hoc esset falsum, si prædictis mortuis extingueretur possessio naturalis, & retineretur ciuilis duntaxat, nihil enim tunc retineremus per istos, quia nostra ciuilis non potest requiescere in naturali, quæ morte est extincta: sed solùm animo nostro, qui sufficit ad retinendam possessionem: vt in §. fi. istius l. Pro ista conclusione facit fortiter tex. in l. si de eo. §. j. j. eo. Diciř enim ibi, ꝙ vtilitatis causa receptum est, vt mortuo colono continuetur possessio; & sic videtur, ꝙ de iure speciali pręter regulas iuris sit hoc inductū vt patet ex simili tex. in l. q̄uis. in prin. j. eo. & §. j. in l. j. §. furiosum. de ac. & ob. Sed si ille tex. intelligeretur de possessione ciuili, quæ continuatur solo animo, hoc non esset de iure speciali, sed de iure communi. l. licet. C. eod. & l. clam. §. fi. s̄. eo. ergo datur intelligi, quòd ille tex. non loquitur de ciuili, sed de naturali. Confirmatur ista conclusio ex eodem tex. dū dicit, quòd ista possessio retinetur, quousq; non datur nec ligentia in domino eam apprehendendi, Sed hoc nō potest intelligi de possessione ciuili; qa vt videbis in l. si de eo. §. si forte. j. eo. per Bar. sola negligentia non est causa perdēdi ciuilē, nisi concurrente diuturnitate tēporis, vel aliqua qualitate notabili, per quam præsumebatur dominus habere possessionem pro derelicta. Tertiò pondero illum tex. in fi. dum vult, quòd si alius occupat rem detentam per colonum post mortem ipsius, tunc perditur illa possessio, quæ superius dicebatur continuari. Sed hoc intelligere de possessione ciuili est penitus falsum: † quia ciuilis possessio non perditur, si res occupatur ab alio, nisi dominus vel deijciatur, vel suspicetur se posse repelli; vt videbis in §. fin. vel nisi colonus aut hæres eius deijceretur. l. peregre. §. quibus. j. eo. cùm tamen tex. ibi præsupponat, quòd ex sola occupatione facta per alterū inducitur iste effectus. Ad argumentum doctorum in oppositum respondi aliàs, quòd licet hæreditas coloni vere nō detineat, sicut nec vere possidet hæreditariā. l. j. §. Sceuola. j. si qs te. li. eē ius. Fingiř tñ detinere ad vtilitatē dñi, sicut fingiř possidere, quo ad effectū vsucapionis finiēdę. l. cœptā. j. ti. j. Nec est

[a] ¶ Vsuras. vide Bar. in authē. vt hi qui obliga. in §. quoniam autem.

[b] ¶ l. cùm hæredes. Et ibi vide quæ dixi in apostil.

ciperet de executione nõ facta, posset replicari, quòd verè debitor nõ esset soluẽdo: & hoc sufficeret probari in isto iudicio, quod est cõtra illũ tex. & ideo ego reprehẽdi dicta Ang. in l. decem. de ver. obli. qui dixit, ꝙ primũ iudiciũ poterat penitus omitti, dũmodo nunc probaretur quòd reus non est soluendo: quę conclusio est contra dictũ tex. † Præterea tex. dicit ibi, ꝙ si curator nõ potuit percipere debitũ suum, tũc agit contra fideiussorem. Sed ista verba manifestè indicãt, ꝙ executio fuit petita contra debitorẽ: ergo necessario præsupponitur, ꝙ executio fuit facta, & quòd debuit fieri: quia si executio fuit petita, iudex nõ debet negare executionẽ, nisi cõstitu to ꝙ debitor nõ esset soluendo. Aduerte tamẽ, quia posito ꝙ opi. Ange. esset vera, adhuc tamẽ requireretur de necessitate pronũciatio super hoc, ꝙ debitor nõ esset soluẽdo, nõ quidem in primo iudicio, in quo est actum cõtra debitorẽ, sed in secundo iudicio, cùm ageretur contra fideiussorẽ, vel pignoris possessorẽ: nã opponeretur si exceptio executionis, & autor replicabit ꝙ debitor non sit soluẽdo super isto emergenti, in quo agitur vtrũ debeat procedi, vel non, de necessitate erit pronunciandũ tacitè vel expressè, secundùm glo. & Bar. ibi, & oẽs in l. j. C. de ordi. iudi. & no. in l. à procedente. C. de dila. Vnde tenẽda est sententia Bar. quæ est cõior, vt s. dixi. Vbi autẽ cõditio quæ sonat in factum non esset probanda iudicialiter. verbi gratia: quando proceditur coram executore dato ad conferendũ beneficium, tunc verũ est ꝙ conditio quæ sonat in factum merum, non habet aliam conditionem tacitã subauditam. s. si constiterit ita esse, tamẽ no. declarat Bald. in l. neq; natalis. C. de proba. vbi est videndum. Et aduerte, quia illa indictio quã feci de tex. in corpore secũdo loco, optime procedit, quo ad creditorem, qui excusso principali vult venire contra fideiussorem: quia verba tex. ita stant, vt induxi in aut. de fideiuss. §. si quis igitur. sed in creditore qui vult venire cõtra pignorum possessorẽ in §. sed neq; eo tit. tex. nõ vtitur istis verbis: sed tamẽ credo idem esse sine dubio, quia non potest assignari diuersa ratio. Et ex his omnibus patet, ꝙ opi. Bar. est verior, quæ etiam est cõmunior. Et ad argu. in oppositum respondeo. Et primò dum dicitur, ꝙ vbi est notorium, nõ requiritur excussio: dico ꝙ illa iura loquũtur de notorio facti, quod est proprie notorium, non de notorio iuris, quod proprie & strictè nõ dicitur notorium, vt est casus no. quem ibi ponderat do. Ant. ad hoc in c. dudum. el ij. de elect. & tenet Ioan. An. & Io. Cal. in c. nostra. de cohabi. cleri. & mulie. Vnde infert d. Anto. in d. c. dudum. ꝙ si statutum faceret mẽtionem de notorio, nõ cõprehenderet notorium iuris. Vel respõde, vt statim dicam in responsione ad secundũ arg. ad qđ respondeo dupliciter. † Et primò, vt aliàs dixi, ꝙ acta faciũt notorium, si iudex tacite vel expresse appprobauit acta, vel ferendo sententiam iuxta probata in actis, sicut erat factum in c. cùm olim. de verb. sig. nam erat lata sententia excommunicationis vel interdicti, sicut est etiã quãdo iudex ex officio vult supplere ex actis sicut ex notorio: nã hoc ipso ꝙ supplet adhibet fidẽ actis & probatis: aliàs cùm adhuc per probationes factas restet arbitrium iudicis, qui habet iudicare vtrum probationes sint legitimæ, vel non, & sic remaneat dubium iuris, non potest dici probatio facere notorium. & hoc est qđ bene probat tex. in d. l. tutores à patruo. & in d. §. qui pro rei. & bene facit tex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ĵ. de reg. iur. & in l. magis puto. §. nec tamen. de reb. eo. intelligendo, ꝙ ibi iudex debet pronunciare pecuniam esse conuersam in æs alienum: quod forte est magis de mente literę. Nam si intelligis, ꝙ debeat pronunciare pecuniam esse cõuertendam in solutionem æris alieni, istud videtur superfluum: nam tacite inerat licentia concessa de vendendo prædium minoris, propter soluendũ æs alienũ. † Vel potest dici, & hoc addo ad ea quæ aliàs scripsi, ꝙ licet acta faciant notorium inter partes, non tamen faciunt notorium ipsi iudici, coram quo fuit facta probatio ad hoc vt notorie dicatur ipsi cõstare, anteq; hic declaret, quia potest nõ adhibere fidem probationis: vt s. dixi. Cùm ergo probatio, quòd aliquis nõ sit soluẽdo, debeat fieri iudici, coram quo principalis cõuenitur, vt ista probatio trãseat in notoriũ, est opus eius declaratione. Aduerte etiã: quia Bal. in aut. sed hodie. sequendo opi. Bar. in d. §. habet aũt. vtitur vna ratione, quæ prima facie non videtur vera. Dicit em̃ ꝙ aliquãdo post declarationẽ requiritur factũ hominis. Aliquando succedit simplex dispositio iuris. Primo casu requiritur declaratio iudicis, sicut in casu nostro. Secũdo casu nõ requiritur declaratio: & ita debet intelligi tex. cũ glo. in l. pe. §. j. C. ad Trebel. & idem in effectu dicit in simili quæstione in l. quæ sub conditione. §. fi. de condi. insti. & alle. tex. in c. cùm secundùm. de hæ. lib. vj. quẽ etiã adducit hic do. me. in d. §. habet autẽ. Sed tu aduerte: quia in casu nostro quo ad illũd qđ cõsequitur creditor ex excussione, nõ requiritur aliquod factum hominis. i. quo ad hoc vt possit agere cõtra fideiussorẽ vel tertiũ possessorẽ: nã ista possibilitas acquiritur hoc ipso ꝙ est declaratũ debitorẽ nõ esse soluẽdo. Vnde secũdùm suã distinctionẽ videretur sufficere excussionẽ esse probatã. Sed defendẽdo dicta sua potes dicere, ꝙ quia agere cõtra fideiussorẽ vel tertium possessorem est executio istius possibilitatis, ideo satis dicitur, vt possibilitas habeat effectũ, requiri factum hominis: arg. d. c. cùm secũdum. Et isto modo respõdeo his quæ aliàs scripsi, reprehendẽdo hoc dictũ. Sed cõtra istã determinationem Bar. fortiter facit id quod ipse Bar. ponit in l. si finita. §. Iulianus. de dã infe. dũ dixit reprehendendo Spe. qui tenuit oppositũ, ꝙ si constaret actis reũ esse contumacẽ, nõ est opus ꝙ iudex declaret super cõtumacia, ad interponendũ primum decretum: & tamẽ etiã de cõtumacia cõstare debet, liquereq; prætori. l. hoc aũt. §. descendit. ex qui. cau. in pos. ea. Sed potest responderi, ꝙ ideo declaratio expressa non est ibi necessaria, quia iudex interponendo primũ decretũ videtur tacite pronũciare super contumacia: sicut dicimus, ꝙ vbi est opposita exceptio declinatoria, si est cognitũ super ea, iudex procedendo ad vlteriora tacitè videtur super ea pronũciasse. l. j. & quod ibi no. C. de or. iud. & per Bar. in l. à procedẽte. C. de dila. Sed in casu nostro hoc non potest dici, cùm iudex facta discussione super aliquo non processerit: per quod inducatur ista tacita pronũciatio. Et ad materiam nostrã vide gl. no. & quod ibi ponit Bart. in lege Aquilia, si deletum. ad l. Aquil. quæ dicit, quòd super absentia testium recipiendorũ iudex debet interloqui. & quod no. Bald. in l. j. C. si quid in frau. patro.

¶ Debitoris. Fallit tamen quando creditor subiecit mul tos labores, vt per Hostie. in sum. de vsuca. §. in aliquo, ver. xij.

SVMMARIVM.

1. ¶ Possessio etiam precaria est ius, & non factum merum, prout est producta in esse.
2. Possessoris seu possessionis appellatione non continetur possessor, seu possessio ficta.
3. Verbum, possideo, in dubio pro vera possessione capitur.
4. Possessio vera ciuilis nedum causat acquisitionem fructuum, sed etiam ficta.
5. Pignoris appellatione non venit hypotheca in statuto.

Qui pignoris. Debitor quo ad effectum vsucapiẽdi, videtur possidere pignus, etiã si possideat precario à creditore. hoc dicit. ¶ Primò no. ibi: intelligitur possidere. ꝙ istud verbũ significat fictionẽ potius q̃; veritatẽ: nã debitor quo ad effectũ vsucapiendi fictè possidet, verè autem nullo modo possidet: de quo dixi in l. rem quæ nobis. s. eo. ¶ † Secũdò no. ibi: cùm plus iuris &c. quòd possessio etiã precaria est ius, & nõ factũ merũ, prout est producta in esse. & sic etiam possessio naturalis producta in esse dicetur ius, quod est valde not. & istũ tex. adduxi tibi in l. j. in prin. s. eo. ¶ † Tertiò no. ibi: oĩno nõ possidet. iũcto prin. l. ꝙ appellatione possessoris seu possessionis nõ cõtinetur possessor seu possessio ficta. Dicit enim hic tex. ꝙ debitor q dedit rẽ pignori, omnino nõ possidet: quæ dictio hoc significat, quòd totaliter non possidet vere, hoc enim importat ista dictio, precisè, secũdùm gl. in cle. j. de vi. & hone. cleri. & in c. fi. in fi. de offi. deleg. lib. vj. & est bonus tex. cũ glo. in l. si possessor. in prin. de pe. hære. & tamẽ fingitur possidere quo ad effectũ vsucapionis, & quosdam alios effectus, qui tangentur in glossa. † Vnde patet, ꝙ verbũ, possideo, in dubio capitur pro vera possessione, in qua verificatur ista dictio oĩno, ꝙ in nullo casu vere possidet: & facit optime tex. ad ea quæ scribit do. me. in l. iij. §. ex cõtrario. s. eo. vbi dixit, ꝙ ille qui possidet ciuiliter, nõ cõtinetur in materia statuti appellatione detentoris, quia ficte detinet, & nõ verè, sicut appellatione possessoris hic nõ comprehenditur fictus possessor. ¶ † Vltimò colligunt hic Moder. ꝙ est regula affirmatiua ista vera, & probatur in isto tex. Si de quo min⁹ videtur inesse, & inest multofortius, de quo magis. i. multofortius inest id de quo magis videtur inesse. de quo vide per glo. & docto. in c. cùm in cunctis. in prin. de electio. ¶ In glo. super verbo, intelligitur. ibi: item quo ad satisda. Tertium casum tangit glo. in l. serui nomine. j. titu. proxi. Potes addere & alium casum, quem ego tetigi ĩ l. quãuis. §. si conductor. s. eo. nam vt ibi fuit declaratum, debitor censetur possidere, quo ad acquisitionem fructuũ: quia fructus collecti per creditorem efficiuntur ipsius debitoris.[a] † Et secundùm hoc tene menti notabiliter, quòd non solum vera possessio ciuilis causat acquisitionem fructuum, sed etiam ficta. Posset etiam dici, quòd acquisitio fructuum non aliquando fit debitori propter possessionem fictam, sed propter dominium

miniũ,qđ habet in re,ex quo aliquãdo acquirũtur fructus sine possessione ipsi domino,iuxta ea quæ notãtur in l.fructus. ff.de rei ven.& tetigi in l.ij.§.exhæredatio.s̃.eo. Et ꝙ dominium fructuum pertineat ad debitorem vltra ea quæ dixi in d.§.si conductor.tenet Bar.expresse per eandẽ l.quã ego allegaui in l.j.circa prin.C.de pig.actio. Item aduerte, quia tex. in l.serui nomine.j.tit.proxi.& in l.j.§.p seruũ corporaliter. s̃.eo.vtitur dictione taxatiua,& tamẽ video ꝙ fit extensio ad alios casus pares:vt in glo.Bar.in l.si constãte.solu.mat.videtur intelligere istas ll.ꝙ hoc est ideo, quia lex vltra procedit, quæ semper potest extendere legẽ de vno casu ad aliũ.Et sic videtur tacite sentire,ꝙ in ista materia indifferenti,quæ non est fauorabilis,neq; correctiua iuris cõis, non fieret extensio, si lex hoc nõ expressisset.& hoc credo esse verũ,vt dictio taxatiua posita in l.aliquid operetur, ex cuius mente est excludere omnes casus præter expressum in l.iij.§.cũ Titio.& ibi per Bar.de adi.leg.Vnde alibi dicit Bar. ꝙ testis qui deponit affirmatiuã cũ dictione taxatiua, implicitè videtur deponere negatiuã nõ coarctatã loco vel tẽpore: ideo est suspectus de falsitate,& probatur vt ipse no.in l.j.in prin.ff.si quis ius dic. nõ obtẽ. Hoc tamẽ nõ determino pro nũc,quia non est materia nostra,sed vide Bald.in l.ij.C.de patri.qui fil.distr. ¶In glo super verbo,possidet.ibi:quod à pigno.&c.Per hoc dicit

5 Bar.in l.si rem.§.proprie pignus. de pigno.acti.†ꝙ in verbis statuit,quæ proprie debent intelligi appellatione pignoris,

a non venit hypotheca[a], & ecõtra alibi cauetur in iure,ꝙ qui non tenetur cauere cũ pignore, tenetur tamẽ obligare bona per hypothecam generalẽ.l. filio vel seruo.§.fi. quando di. leg.ced.& tradit Bart. in l.prætorio.aliàs,Paulus. de præto. stipu.Hoc tamẽ qđ hic dicit in tex.& glo. videlicet ꝙ creditor possidet ciuiliter & naturaliter,est limitãdum,nisi expresse contrariũ per partes inueniatur: tũc enim nõ transfert possessio in creditorem.Glo.sing.est,quã ibi no.Bal.ad hoc in l. si seruus.C.qđ cum eo. Tãgit etiã hic Bar.in vltimis verbis, vtrũ quãdo debitor conduxit precario à creditore, resoluto pignore resoluatur possessio precario ipso iure:& respondet ꝙ sic,p l. si debitor.ff.de preca.Hoc tamẽ limitat glo.sing. & Bar.& Ang.ibi in l.ab emptione.ff.de pact.quod nõ est idem quãdo rogat precario possessionem vẽditor ab emptore: nã licet resoluatur contractus de consensu partiũ, non tamẽ soluitur precarium ipso iure:& per consequens per solum consensum partis à contractu non potest recedi : & hoc est,quia emptor à quo possidetur precario, habet fortius ius propter titulum venditionis, quàm habeat creditor propter pignus, quia pignus facilius resoluitur.

SVMMARIVM.

1 ☞Inquilinus dicitur qui conducit ædes siue in ciuitate siue extra:dũmodo nõ sint constitutæ causa recipiẽdorũ fructuũ, sed ad habitandum conducantur.

2 Locatio non valet quando nulla vel minima vtilitas resultat locatori.

De pignoris. Si debitor cõducit rem pignoratã à creditore, p eũ creditor possidere videtur.¶ Et no.quia ista cõductio ideo valet, quia videtur facta respectu possessionis,quę est penes creditorem, secũdum glo. in l.cũ & sortis.§.fi.& in l.si mihi pignus.ff.de pig.acti. Ex quibus gl.approbatur cõclusio, quã posui in l.si rem aliquã.s̃.eo. videlicet ꝙ quãdo ille qui conducit rem ab alio,scit eũ habere possessionẽ dũtaxat,& se vel aliũ esse dñm, in dubio videt cõducere respectu possessionis solius,p l.certe.§. si.ff.de preca. quã alle.gl.in d.l.cùm & sortis.¶ In glo.super verbo,possidere. ibi:inquilinus in ciuitate.hoc nõ colligitur ex tex.sed potius id qđ hic dicit do.Ray.de Forli.& bene, videlicet ꝙ colonus dicitur ille, qui cõducit agrũ siue in ciuitate,siue extra ciuitatem.†Sed inquilinus est ille,qui cõducit ædes ad habitandũ,

1 siue in ciuitate, siue extra ciuitatẽ, dũmodo domus illæ non sint constitutæ causa recipiendorũ fructuũ,sed ad habitandũ ☞cõducantur.†Locus enim vrbanus nõ distinguitur à rustico, ciuitate,vel villa,sed ex qualitate ipsius rei:vt inquit iurisconsultus in l.vrbana.in prin.de verbo.signifi.facit optime text. in l. sed addes.§. si inquilinus.s̃.loca.& in l.ij.& iij.ff. quib. mod.pig.ta.con.Dicit tamẽ Imo.hic,ꝙ dictum glo.non põt esse verũ,attento cõi vsu loquendi,vel potius attento eo qđ cõmuniter accidit.q.d. ꝙ extra ciuitatem communiter sunt prædia rustica,& consequenter coloni. Sed in ciuitate cõtrà communiter sunt prædia vrbana,& consequenter inquilini. Si tamen prædium rusticum esset in ciuitate,& domus extra ciuitatem,in ciuitate respectu illius prædij quis diceretur colonus,& in villa inquilinus respectu illius domus:vt hic per Bar.Sed quæritur pro declaratione literæ vltra doct.quomodo si debitor lucratur fructus rei pignoratæ:vt dixi in l.pręcedenti, & in l.quãuis.§. si conductor.s̃.eo. procedat locatio & conductio in agro pignorato, in quo cõductio fit propter fructus tantũ:vnde si nulli fructus percipiũtur, fit remissio mercedis.l.licet.cũ materia.C.loca. Nõ enim videtur proficere conductio hoc casu ad lucrũ fructuũ,quasi dominium acquiratur in eis: quia dominiũ acquiritur de volũtate possessoris.l.si seruus.§.locaui.ff.de fur. Nã cùm virtute possessionis ciuilis, quã creditor habet penes se, nõ possit ipse lucrari fructus,eadẽ ratione videtur quòd conductor nõ possit lucrari propter regulã positã in l.nemo plus iuris.de regu.iur.Pręterea ipsa cõductio ad nihil videtur esse vtilis debitori, si omnes fructus sine cõditione sunt sui: & per consequẽs videtur

2 non valere,sicut ecõtra: † locatio nõ valet, quãdo nulla vel minima vtilitas resultat locatori.l. si quis ante.& quod ibi no.s̃.eo.l.si quis conduxerit.ff.loca.Sed ad primũ potest dici ꝙ ex pluribus causis simul cõcurrẽtibus potest acquiri dominium fructuũ debitori.l.iij.§.ex plurimis.s̃.eo.Et cũ dicitur, quòd volũtas creditoris non videt esse causa sufficiens, cùm ipse si possideret per se,non posset acquirere fructus.Dico ꝙ hoc non est verũ, siue debitor lucretur fructus ratione fictæ possessionis ciuilis, siue ratione dominij: & quia creditor nõ possidet ad vtilitatẽ suã,sed debitoris: nã fictio & veritas in casu nostro tendũt ad idem: vnde vnum non impedit aliud, quin possit simul cõcurrere respectu diuersarũ personarum, hoc est quòd ex mea possessione ficta ego lucrer fructus, & ex alterius possessione vera.Sed quãdo creditor ipse per se perciperet fructus,possessio debitoris ficta, & possessio vera creditoris,tendũt ad cõtrarios effectus:quia p meã acquirit dominiũ creditori,p aliã acquirit ipsi debitori. Si aũt dicas debitori acqri dñiũ fructuũ,nõ ex ficta possessiõe,sed ratiõe dñij, & quia creditor possidet ad vtilitatẽ ipsius: adhuc cessat ista ratio in casu nostro, quia ipsa possessio creditoris prodest debitori,nõ creditori. Fateor tamẽ,ꝙ pensio quæ traditur creditori,acquiritur sibi: quia ista videtur esse volũtas domini & coloni: vnde sicut colonus acquirit dominium fructuum, quia percipit eos de voluntate domini, ita econtra acquiretur creditori dominiũ pẽsionis,quia percipit eos de voluntate coloni ex titulo habili ad transferendũ dominiũ. Ad secundũ est dicendũ, ꝙ ex ista cõductione resultat vtilitas ipsi conducẽti: quia vbi fructus rei locatæ poterãt retineri iure pignoris.l.j.§.cũ prædiũ.in tex.& glo.ff.de pig.nunc erũt penes debitorẽ,& nõ erũt pignori. Et si dicat,ipsa pẽsio soluta erit pignori: quia licet in ea creditor sit dominus reuocabiliter,& sic potest habere rẽ pignori: vt l.in bello.§.si quis seruo.ff.de cap.& sic nulla vtilitas respectu iuris pignoris redundabit ad debitorem:potest responderi,vt aliàs dixi, ꝙ potest esse vtilitas,inquantũ fructus postea superexcederent pensionem. Nũc autẽ in hoc vlti.dico idẽ, sed in primo dicto dũ dixi,ꝙ creditor efficitur dominus pẽsionis reuocabiliter,quã ñ teneatur restituere soluto pignore pensionẽ debitori,dubito vtrum sit verũ:& est nouus articulus in ista materia. Ista enim pensio videtur solui ratione cõmoditatis,vt dixi,quatenus fructus excedũt pensionẽ:quia poterit eos debitor cõuertere in vsus suos, vbi aliàs retinerẽtur penes creditorem pignori.Quia ergo videtur dari in recõpensatione cõmoditatis,quæ aliàs pertineret ad creditorem, nõ videtur quòd hoc sit restituendum.Moueor per glo.ordinariam in l.si pignori. in prin.ff.de pig.act. quę dicit, quòd conductor & commodatarius ideo non restituunt domino id quod sunt lucrati occasione furti, quia illud lucrum datur in recompensationem vsus,quem perdiderunt, qui pertinebat ad eos, & non ☞ad dominũ.† Pro ista conclusione bene facit tex.in secundo respon.vbi probatur,quòd licet creditor lucrum acceptum à tertio occasione delicti imputet sibi in sortem, non tamẽ imputet quòd ipse debitor soluit creditori propter furtum factum à se,nisi forte diceres, quòd est speciale in odium delinquentis,quamuis ista ratio non assignetur in tex.

¶Hypotheca. Cõtrariũ tamẽ probat in l.si res hypot.§. inter pigno.ff. de pigno. vbi non est differẽtia,nisi in sono vocis:vide Pau de Cast.& d.Alex. de Imol.in d.§. p prie.Ale.de Imol. & Spe.in tit.de pigno.in pri.in versi. quæ aũt differẽtia. & p Azo.in sum. C.de pigno.act.in principio.

SVMMARIVM.

1 ☞Contrahentium verba impropriantur ex eorum mente.

2 Epistolam mittens,in dubio videtur velle actum habere effectum,nisi post epistolam receptam.

3 Beneficium seu gratia non acquiritur ignoranti.

4 Filius si legitimatur rescripto principis,non est rata legitimatio,neq; effectum habet, nisi post ratificationem ab eo.

5 Acquiritur libertas absenti etiam ignoranti.

6 Verbum,cedere,licet plerũq; adaptetur ad iura incorporalia importat tamen quandoq; traditionem rei incorporalis.

7 Conditio de præterito vel de præsenti non dicitur proprie

conditio.

8 De proprietate ad possessionem argui potest.

9 Iure aliquo ad me peruenisse id dicitur, quod immediate ex illo iure est mihi quæsitum, secus verò si mediate.

10 De contractu bonæ fidei ad contractum stricti iuris, & similiter ad vltimas voluntates argui potest.

QVi absenti. Qui tradit libertatem per epistolã, non perdit dominium vel possessionẽ ante epistolã receptam. h. d.

1 ¶ † No. primò ibi: in libertate moretur &c. ꝙ etiã verba contrahentium impropriãtur[a] ex eorũ mente, quæ pricipaliter in cõtractibus attenditur. l. semp in stipulationibus. de re. iu. Cõcor. tex. in l. stipulatio ista. §. hoc quoq; de verbo. obli. † Verbũ enim, morari, hic positũ in tex. magis significat aliquem retinere ius, quod erat consecutus, quàm cõcedere ius de nouo: & tamen importat manumissionem, vt satis colligitur ex mente literæ: facit te. in l. tale pactum. in prin. ff. de pact. vbi verba enũciatiua ad liberandũ disponũt, & qđ habetur in l. cum ante. C. de do. ante nup. ¶ † Secũdò no. ibi:

2 nõ eam mentẽ habuit. Nam iste tex. satis clare ostendit, quòd in dubio mittens epistolã videtur velle actũ habere effectũ, nisi post epistolam receptam. Hoc enim significãt ista verba, quòd ex mente. si ex verbis mittentis epistolam. illud enim dicitur proprie ex mẽte legis, quod nõ potest colligi ex verbis: vt declarat Bar. in l. iij. in pri. ff. de leg. tuto. & per eundẽ in l. prætor. §. hoc interdicto. s. de no. ope. nun. hoc dico: quia Bal. in l. falsus. C. de fur. in ver. circa tertium. in fi. q. sequendo Dy. intelligit istum tex. quãdo apparet quòd ille qui misit epistolam, nõ volebat actũ perfici, nisi epistola tradita. Si eñ posset apparere ex verbis scribentis epistolam, non esset ex mente ipsius, vt modo dixi: & ideo hic videt̃ bene approbari doctr. Inn. quã posuit in c. ex cõquæstione. de resti. spo. & retulit Bal. in l. eum qui. de iurisdi. om. iu. de quo etiã posuit in l. falsus. præallegata. vbi vult, quòd ante receptionẽ literarũ iudex non sit iudex, & procurator nõ sit procurator: prout consuluit Bar. vt ipsemet refert in l. si pupilli. §. item si procurator. ff. de neg. gest. tamen tenẽt oppositum, quòd iudex ante receptionẽ literarũ sit iudex habitu, sed non actu: vt c. sup eo. extrà, de ap. & c. is qui. de procu. lib. vj. Et omnia refert clarissime do. me. vbi adducit decisiones Rotæ pro ista parte in l. absenti. in prin. s. de do. Sed pro opi. Inno. videtur casus

3 hic rectè intellectus, non tamẽ determino nunc. ¶ † Vltimò no. secũdùm Bar. & Moder. quòd gratia seu beneficiũ nõ acquiritur ignorãti, sed certe istud est ideo hic, quia gratia fuerat concessa per literas destinatas ad eum cui conceditur gratia: vnde nõ videtur esse intẽtio cõcedẽtis prius facere gratiã, quàm literæ perueniãt ad eũ: vt modo dixi. † Quid aũt si gratia fieret simpliciter, vel concederetur priuilegiũ aliter quàm

b ꝑ literas, vtrũ ius acqrant̃ ignorãti[b]? Bar. remittit ad no. ꝑ se ĩ l. absenti. in prin. s. de do. sed ibi ipse solùm tractat vtrũ ius officij vel dignitas acquiratur ignorãti per solam electionem vel collationem: & in l. pe. de test. mili. De alijs autem gratijs & beneficijs nihil ibi dicit. Sed de alia q. ponit plenius in l. fi. s. de consti. prin. vbi etiã per Bal. & ibi cõcludit, ꝙ beneficiũ vel gratia non acquiritur ignoranti, licet Pe. aliter dixerit, vt ibi refert. Et probatur ista cõclusio in c. j. de conces. præben. lib. vj. Glo. autẽ in l. Labeo. de iureiu. videtur requirere etiã exceptionem gratiæ, vel ratificationẽ, quod qualiter procedat, j. videbis. Sed Bal. in l. falsus. C. de fur. in pe. char. dicit, ꝙ gratia perfecta acquiritur ignorãti, sed perficiẽda non. Et idẽ tenet in d. l. Labeo. alle. Archi. lxxxj. dist. c. proposuisti. Fundamentũ suũ est in d. l. falsus. † quia gratia hoc ipso quòd est concessa, etiam si nõ sit redacta in scripturã, est perfecta, quo ad sui qualitatem, secũdùm Archi. & Io. An. in præfatione sexti libri. Sed illud videtur allegari impertinẽter: nam cõcedo quòd gratia quo ad essentiã est perfecta sola volũtate concedentis, quia pendet à sua sola voluntate, quo ad essentiam suam: sed non sequitur, ergo ius gratię est acquisitũ ignorãti: & ideo ipse loquitur magis proprie ad declarationẽ ipsius dicti in l. fi. C. sen. rescin. non pos. Et standũ videtur sententiæ cõmuni, quæ tamẽ est dupliciter limitanda. Primò, si priuilegium conceditur à lege, vel constitutione: tunc enim differt à priuilegio priuatim concesso per superiorem, & acquiritur ius incontinenti post tempus, quo lex publicata solet habere effectum: de quo in aut. vt factæ nouæ consti. per totũ. & ita limitat glo. sing. tex. in d. c. j. in pręfatione cle. super verbo de cætero. Secũdò est limitandum, nisi concessio priuilegij fiat procuratori vel nũcio: tunc enim sicut per procuratorem vel nunciũ acquireretur domino ignorãti dominiũ & possessio. l. j. & quod ibi no. C. eo. Ita & ius priuilegij, secũdùm Arch. & Ioan. And. in nouel. in dicto c. j. de conces. præbẽ. † Et ex his infert hic do. me. se cõsuluisse cũ alijs excellentibus doctoribus, quòd si aliquis creatur ciuis ciuitatis alicuius ex priuilegio, ille nõ intelligitur esse ciuis, quousq; intelligat beneficiũ sibi esse collatũ, nec venit sub dispositione statuti loquẽtis de ciuibus: quod etiam cõfirmat alia ratione: quia ius in ciue, & patria potestas in filiũ, videtur æquiparari. l. postliminiũ. §. j.

4 de cap. † Sed si filius legitimatur, rescripto principis nõ est rata

c legitimatio, nec habet effectũ, nisi post ratificationẽ[c] ab eo in aut. qui. mo. natu. effi. legi. §. & generaliter. & est bonus tex. in l. fi. de his qui sunt sui vel alie. iu. Videtur ergo similiter nõ effectus ciuis aliquis, nisi acceptet ciuilitatẽ. Sed tu aduerte, quia hoc esset verũ, quãdo ciuis ipse ex ciuitate obligaretur ad aliquid, sicut filius qui per legitimationẽ cedit in potestate patris: si autem creatur ciuis ad beneficiũ dũtaxat. i. in his quæ respiciũt suũ fauorem, sicut dicit Bar. in l. iiij. §. si emãcipatus. de cõtra. Bal. in l. si Rufinus. C. de tes. mili. tũc sufficeret simplex scientia absq; ratificatione expressa: vt dicit tex. in d. c. j. & probatur in regula quę ponitur in l. qui patitur. ff. de man. & l. quę dotis. ff. so. ma. per Bar. Vtrũ autem, quãdo aliquid cõceditur per nunciũ, vel epistolam, extinguatur concessio, si concedẽs moritur ante literas præsentatas, vide Inno. in c. cùm dilectus. extrà, de succes. ab inte. Tetigit & hic Pau. de Cast. vtrũ si anteq; nuncius accedat ad eum, cui mittitur, pœnitet dominũ cõmissionis, valeat postea factum per nunciũ, qui ignorauit reuocationẽ cõmissionis. Et consequẽter etiam tangit quid in procuratore, de quo dicendũ est, vt plene per Bal. post Cy. in l. multũ. C. si quis alte. vel sibi. Et de procuratore in l. mandatũ. C. manda. Tangit etiam hic circa principiũ, nunquid excõicatus per literas, censeatur excõicatus ante receptionem literarũ: de quo in c. pe. de cle. excõ. muni. ¶ In glo. super verbo, in libertate. ibi. l. j. §. sancimus. ꝑ illum tex. modificãtur iura antiqua: † quia sola epistola non sufficit scripta vel subscripta à domino, nisi interueniat subscriptio quinq; testiũ: vt ibi dicitur, & idẽ tenet glo. in §. multis. Institu. de libertinis. & Moder. in l. ex hac scriptura. s. de dona. dicit tamẽ glo in d. §. sancimus. quòd illa solẽnitas requiritur in epistola, quæ habet instar vltimæ voluntatis. Si quis tamẽ vellet dare libertatẽ corã duobus testibus sine alia solẽnitate quę requiritur in d. §. sancimus. & §. seq. posset & valeret datio libertatis, nõ tamen haberet instar vltimæ voluntatis: quod cuius effectus sit, declaratur ibi in glo. ¶ † Sed quæritur, nũquid si libertas daretur coram duobus testibus, vel coram pluribus seruata solẽnitate, de qua in versi. sed & si quis. & seruus esset absens, cõpeteret libertas. glo. in d. versi. sed & si quis. videtur sentire quòd non: dum dicit, quòd ibi loquitur de seruo, qui erat pręsens. Sed Bal. ibi tenet contrarium, & melius, meo iudicio, maximè in casu illius ver. Primò per dictionem, sed & si quis, positam in textu, quæ implicat idem esse in casu seq. quod in præcedenti: vt l. sed si lege. in prin. de peti. hære. ac si diceret, non solùm potest dari libertas absenti modo prædicto per epistolam, sed etiam modo sequẽti. Præterea in d. ver. sed & si quis. ponitur vnus modus dandi libertatem in iudicio & actis, sed liberatio facta in iudicio non requirit partis pręsentiam, secũdùm Bald. in l. is qui hæres. in prin. de acqui. hære. ergo multo fortius idem est dicendum. Licet autẽ Bal. dicat, quòd libertas potest dari absenti, non tamen declarat vtrum acquiratur absenti ignoranti,

5 an verò post sententiam. † Super quo dic breuiter, quòd libertas acquiritur absenti ignoranti; quod probo, quia libertas potest conferri seruo inuito, & contradicenti. l. fi. §. si verò. & ibi per Bal. C. de test. ma. & tangit Imo. in l. si fundum per fideicommissum. §. j. de leg. j. Similiter potest concedi & acquiri ignoranti per regulam l. qui potest. de regu. iur. & in l. iiij. §. illud. de fideicom. lib. Secundò hoc probatur, quia libertas potest concedi infanti, etiam inter viuos. l. si quis seruo. C. cõia de manu. ergo & absenti & ignoranti: quia in his personis arguitur de vna ad alteram. l. j. §. item acquirimus. s. eod. ¶ In glo. super verbo, statim. ibi: sed ibi fuit traditus libellus. Obscurè loquitur glo. quia non dicit cui fuerit traditus libellus repudij: vnde in dicta l. dicit, quòd sufficit tradi libellum repudij alicui de familia viri, licet non tradatur viro: patet in l. ij. & iij. ff. de diuor. Et in hoc est speciale in diuortio, vt j. dicam. Et ratio specialitatis potest esse, quia non agitur de multo pręiudicio: & propter frequentiam diuortij, qđ solebat fieri illis tẽporibus. Satis eñ habuit lex, ꝙ ad aliquã personã pueniret libellus, ꝑ quẽ cito possit significare domino. Regulariter aũt statur huic legi, vt ipsi ad quẽ mittitur debeat tradi epistola. Nã illa so. quã tangit Imo. nõ patet, dũ dicit ꝙ ibi agit̃ de acquirẽdo ius scribẽdi epistolã, non illi ad

quem

---

a ¶ Impropriantur. Adde no. d. Alex. de Imo. in l. si tibi. si cer. pe. & ĩ consi. xlij. quarta parte. vbi plene.

b ¶ Ignoranti. Vide Pe. de Suza. in l. cũ furiosus. & ibi do. de iudi. per arg. illius text.

c ¶ Post ratificationem. Facit qđ habetur per Dyn. in cõsi. xvij. incip. thema tale est.

quē mittitur: nam secundū hoc sequeretur, ꝙ vir absolueretur ab vxore, quando mittit sibi repudium, sed non vxor à viro nisi recepto libello: & similiter quando vxor mitteret libellum diuortij, vxor absolueretur à viro, non vir ab vxore. Sed hoc est restringere nimis illam legem, quæ similiter dicit, ꝙ valet repudium: & sic sentit, quòd vterq; sit liberatus.

Si quis possessionē. Sicut dominiū potest transferri sub conditione de præsenti, vel de futuro: ita & possessio. h.d. Secūda ibi: hoc amplius. Tertia ibi: sicut. ¶ †Primò no. ibi: si fundus alienus sit. ꝙ ista dictio, cedere, licet plerūq; adaptet̄ ad iura incorporalia, tamē aliquādo importat traditionē rei incorporalis. Super quo vide quod habetur in l. pe. in prin. s̄. de do. & in l. j. C. de actio. & obli. ¶ †Secūdò no. ex eodem ver. in verbo, ipsius. iuncto ver. alicuius. ꝙ iste genitiuus, ipsius, significat proprie dominiū[a], ita ꝙ nō verificatur, licet forte aliquis esset quasi dominus: cùm tex. dicat, ꝙ cōditio deficit, si fundus est alienus, & sic nō sufficeret possidere cū titulo & bona fide. & quod est no. ad ea quæ scribit Bart. in rubri. s̄. de no. ope. nun. ¶ †Tertiò no. ibi: hoc amplius. secundū vnā expositionem glo. quę est verior, vt in ea dicā, ꝙ conditio de præterito vel de præsenti nō dicitur proprie conditio: ideo si aliqua dispositio stricti iuris faceret mentionē de cōditione, ista non videretur cōprehendi: facit tex. in l. cū in secundo. ff. de iniu. rup. test. & l. qui liberis. in prin. & quod ibi scripsi in simili q. de vulg. & pupil. ¶ †Quartò no. ꝙ quādo cōditio apponitur traditioni, nunq; ex traditione transfertur dominiū, nisi conditione impleta: secus si apponatur causæ traditionis, & fiat traditio simpliciter. l. dotis fructus. §. fi. de iu. do. & plene per Bar. in l. sub conditione. ff. de so. ¶ †Vltimò no. ꝙ de proprietate potest argui ad possessionē, vbi est eadē ratio disponendi, licet ista sint inter se duo diuersa. l. permisceri. in prin. j. eo. & l. naturaliter. §. nihil cōmune. s̄. eo. ¶ †In glo. super verbo, esse. ibi: in pręsenti. ex hac glo. relata ad tex. collige, ꝙ quādo verbū ambiguū quod potest significare pręsens & futurū positū in l. significat tēpus pręsens, & non futurū, quādo si futurū significaret, sequeretur absurdū: verbi gratia superfluitas, sicut hic tangit in glo. Super quo vide quæ dixi in l. iij. §. ex pluribus. s̄. co. & quod no. Bar. in l. iij. ff. de iure codi. ¶ Extra gl. Bar. hic, & in l. si filiusfa. §. diui. de lega. j. ponit duas notabiles cautelas, per quas etiam in contractu potest impediri alienatio. ¶ Quarū vna est, ꝙ is qui facit pactū de non alienādo, faciat sibi obligari specialiter rem quę conceditur per obseruationem pacti: per l. si creditor. §. fi. de distra. pig. Cui adde primò, ꝙ sicut retentio hypothecæ in re causat hunc effectū, ita & multo fortius ius dominij directi retenti in re: hoc sentit Bar. in d. §. diui. dū allegat l. fi. C. de iure emphy. Sed tu potes dicere, ꝙ illud est verū in illo contractu, & in cōtractu feudi, in quibus hoc specialiter cauetur: secus forte, si venderetur vtile dominiū retento directo, quo casu resultat contractus superficiei, secūdùm Bal. in c. j. §. aut si libellario. qui. mo. feu. amit. Bal. tamē valde no. dicit idem esse in quocūq; cōtractu: in c. j. §. hoc quoq;. de succes. feu. vbi omnino vide, & credo ꝙ bene arguitur à fortiori de iure hypothecæ ad ius dominij. Secūdò adde secundū do. me. hic, quòd ista hypotheca nō solùm operatur nullitatē alienationis ex pacto de nō alienādo, sed etiā manus iniectionē. i. ꝙ rem alienatam potest paciscens occupare propria autoritate. Ita dixit glo. sing. in auē. vt nō fiant cōmu. ec. §. j. col. v. quā glo. dixit do. me. allegari per Bal. sed nō recordatur vbi. Dic ergo, ꝙ Bal. eam alleg. ad hoc in c. j. §. hoc quoq;. pręallegato. & Ange. in l. nemo. ff. de pact. & in l. si ita quis. §. ea lege. de verbo. oblig. quā glo. nō sum secutus in d. §. ea lege. Primò quidem, quia licet tex. in prin. §. dicat, ꝙ œconomus pōt apprehendere rem, tamē in fine dicit, ꝙ potest eā vēdicare nō obstātibus præscrip. vnde satis declarat in fi. quid significauerit in princ. per verbū, apprehēdere. s. restitutionē fieri intētata actione, & autoritate iudicis. Præterea illa lex loquitur in casu speciali, vbi hoc inducitur in fauorē ecclesiæ, cui debetur maior fauor, q̄ priuato. Vnde nō est eadē ratio extendi ad pactū de nō alienādo appositū inter priuatos: licet enim alienatio & translatio dominij impediatur ipso iure, nō tamē valet cōsequentia: ergo pōt res occupare propria autoritate, nā videm⁹ in simili, ꝙ dominiū solu. ma. trāsfertur in vxorē ipso iure. l. in rebus. C. de iure do. & tamē mulier non potest occupare rē propria autoritate. l. dotis. C. solu. ma. & per Bal. in l. iij. C. de iure dotium. Tertiò adde, ꝙ ista hypotheca, vt impediat alienationē, necesse est ꝙ specialiter fiat super illa re, secundùm Imo. in d. §. ea lege. qui dicit hoc sentire Bar. hic, dum requirit specialem hypothecam. & in d. §. diui. Sed dominus Pau. hic tenet contrarium, dicens ꝙ cùm hodie notarij in instrumentis apponant generalem hypothecā bonorū, impediretur semper alienatio apposito pacto de non alienando. Pro cuius conclusione facit, quia regulariter idem operatur generalis hypotheca, quod specialis: vt no. in l. qui generaliter. ff. qui po. in pig. habe. & in l. si is q. ff. de iure fis. facit regula quæ ponitur in l. si duo. in prin. ff. de admi. tuto. & per Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitū. ff. si quis cau. s. ꝙ tantū valet genus quo ad genus, quantū species quo ad speciē. Tu potes dicere, ꝙ hoc nō est verū, vt patet in c. q ad agendū. de ꝓcu. li. vj. Pręterea reperitur, ꝙ licet alienatio irreuocabilis impediatur per hypothecā specialem, nō tamē per generalē: vt l. j. cū glo. C. de ne. ser. hære. insti. & l. pignori. & quod ibi no. ff. de hære. insti. Pro qua conclusione bene facit, ꝙ dispositio l. si creditori. in fi. est contra regulas iuris cōmunis. Vnde adhuc minus debet fieri extēsio, maxime vbi nō est omnino eadem ratio: vt s̄. est ostēsum. & licet regulariter in generali hypotheca nō veniāt res prohibitæ alienari secūdùm Bar. in l. codicillis. §. instituto. de leg. j. In hoc tamē casu hoc nō esset verum, quādo generalis obligatio bonorū fieret per obseruationem pacti de nō alienādo: quia per eā nō inducitur alienatio prohibita, sed obseruatur prohibitio alienationis. ¶ Aliā cautelam vltra Bar. in l. fi. C. de pac. inter emp. & ven. de qua dic vt dixi in §. ea. l. Vtrū alienatio prohibita reddatur nulla, qn̄ est apposita pœna in cōtractu, sicut cōmuniter fit: vide Bald. no. in l. j. ver. fi. C. de his quæ pœ. no. Tres alias cautelas posuit Bal. in l. ea lege. C. de cōdi. ob cau. ¶ †Quarū vna est, ꝙ is qui donat, vel vendit, ita dicat, trado tibi hanc rem retinendam per te, quo ad dominiū & possessionē, quousq; eā alienaueris: nam dominiū & possessio potest concedi ad tempus certum vel incertū, quo finito reuertitur dominiū ipso iure ad concedentē. l. fi. & ibi no. C. de leg. Finito ergo tempore legis, cùm incipias alienare rem, reuertitur dominiū ad concedētem: & sic impeditur alienatio. Et hanc cautelā videtur hic approbare do. me. sed Pau. de Cast. sentit contrariū in fi. commenti, dicens ꝙ l. fi. C. de legi. loquitur in legatis & fideicōmissis, in quibus sicut dominiū transfertur in legatariū sine traditione, ita redit à legatario in hæredem sine traditione: vt tenet glo. nota. in d. l. fi. quod est perpetuo mēti tenēdum ad no. in l. j. ff. de leg. j. Sed in contractibus in quibus nō trāsfertur dominiū sine traditione, hoc nō est admittendū secundū eum. Pro ista differentia adduco tibi quod sing. dicit Bal. per illum tex. in l. j. in fi. C. de inoffi. dona. vbi dicit vel colligit potius ex illo tex. ꝙ in casibus in quibus dominiū trāsfertur sine traditiōe: & hoc tenēt idē Bar. & Bal. in l. si vt ꝓponis. C. de cōdi. ob cām. vbi dicūt, ꝙ in cōtractu q habet naturam vltimę volūtatis, sicut trāsfert̄ dn̄iū sine traditiōe; ita trāsfertur in tradēte: secus vbi ad trāsferēdū dominiū requirit̄ traditio. Bar. tn̄ in l. seruitutes. ff. de ser. titulo generali, videt̄ sequi opi. Bal. in d. l. ea lege. dicit enim, ꝙ dominiū potest trāsferri ad tempus, per l. fina. C. de leg. & etiam vsusfru. qui est pars dominij. & oportet intelligere, quòd post tempus dominium redeat ad concedentem ipso iure, quia ita loquitur l. fi. alleg. per eum. Item quia aliàs non esset differentia inter dominium & seruitutem: quia etiam seruitus finitur post tēpus ope exceptionis, sicut daretur actio personalis domino ad conducendam rem. Istam conclusionem sequitur Angel. clarius in consilio suo cccv. vbi per d. l. cū glos. sua vult, ꝙ cōcessio directi dominij & vtilis possit fieri ad tempus, ita ꝙ post tempus reuertatur dominium ipso iure, etiam si fiat per viam contractus: quod dictum in directo dominio non videtur verum, & contra l. pe. C. de ædil. ac. quam allegabo tibi statim in alia cautela, & cōtra tex. cum glo. sua in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. vbi probatur, quòd si dominium conceditur alicui ad tempus, & post tempus debet transferri in alium, nō competit rei vendicatio finito tēpore illi in quē debuit transferri dominiū, sed actio personalis. Sed illa lex posset euitari, quia posset dici, ꝙ licet ex pacto meo non possit tranferri dominium in alium, potest tamen transferri in me: quia prouisio illa, ꝙ in alterum transferatur ius, est de iure speciali: ista autem est de iure cōmuni: vt d. l. fin. & fortius est ius commune quàm speciale. l. eius militis. §. militia. de test. mili. Sed tamen opi. quam dixi est verior, & hoc suadet ratio manifesta: quia transferre dominium in me sine traditione contra regulas iuris, hoc non est in potestate hominis. l. nemo potest. cum materia. de leg. j. Vnde nisi hoc faciat de tacita licentia legis, hoc non videtur esse possibile: facit autē ex tacita licentia legis in casu prædicto, quādo ex titulo trāsfertur dominium ipso iure sine traditione: dictum autem Bald. posset procedere in vtili dominio translato ad tempus,

[a] ¶Dominium. Tu ad hoc vide omnino d. Pet. Phi. Cor. in cōsi. ccxlij. inci. viso. in litera g. in ij. parte. & per do. Marti. Soci. in cōsi. lxxiiij. inci. in præsenti. ver. præterea ibi quod & secundo. in j. parte. & d. Bar. So. in cōsi. xcj. incipiē. visa. circa prin. ij. col. ea. parte. & in consil. xciij. inci. circa ver. præterea. ea. parte.

quia finito tempore non transferatur aliquod dominium in veterem dominum, sed reconsolidatur ius vtilis dominij cū directo. Casus est notabilis, & ibi probatur in fi. in l. si hæres institutus. in prin. ff. ad Tre. & quod habetur in l. fi. vbi hoc probatur à contrario sensu: si ager vect. vel emp. pe. vbi probatur ista conclusio: & in aut. de non alie. §. emphy. Et sicut ius vsusfructus finitū cōsolidatur ipso iure proprietati: vt §. finitur. Insti. de vsufru. ita hoc vtile dominium quod extinguitur ipso iure, consolidatur cum directo. Pro ista conclusione facit optime tex. quē ibi ponderat Imo. ad hoc in l. si post mortē. §. fi. de leg. j. vbi probatur, ꝙ de iure Digestorū, si legatum fiebat ad tēpus, non transferebatur dominiū post tēpus in eum in quē voluit testator transferri. Vnde cùm l. fi. C. de le. quantū ad hunc effectū, corrigat ius vetus, non debet fieri extensio ad aliū casum: vt authen. quas actiones. cū materia. C. de sacrosan. eccle. Nō ob. tex. in d. l. fi. dum dicit, ꝙ legatū potest dari ad tēpus ad similitudinē contractuū: & sic videt̃ æquiparare contractus, & legatū: ad hoc est dicendū, ꝙ ibi cōtractus & vltima volūtas æquiparātur, quo ad hoc vt vtroq; modo concessio facta ad tēpus valeat, non autē in facilitate resoluendi. ¶ †Secūdam cautelā ponit Bal. in d. l. ea lege. dicēs, ꝙ etiā si ille, cui fuit traditio in casu alienationis, nō cōstituat se nomine tradētis possidere, tamē si verba referūtur ad principiū alienationis, & sunt verba quæ significent ꝙ cōtractus habeat pro infecto: verbi gratia, & si alienabis res sit incepta, vel donatio habeatur pro non facta, his casibus retransfibit dominiū ipso iure in cōcedentē, & impeditur alienatio: alle. glo. ordi. in l. j. in fi. de do. quæ vult secūdùm quod ibi intelligunt Dy. & Bar. quod quando apponuntur verba, quæ significant contractum haberi pro infecto, est speciale in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, ꝙ dominium retransferatur ipso iure. Sed idem est in omnibus contractibus, & ita tenent ibi Dy. & Pe. & hanc secundam cautelam posuit Cy. originaliter in l. fi. C. de reb. alie. non alie. Sed ista cautela reprehenditur per Bar. & merito in d. l. j. in fi. per d. l. pe. C. de ædi. ac. & probatur opi. Bar. ratione manifesta: quia ꝙ contractus habeatur pro non facto, hoc est fingere, sed nō est in potestate hominis inducere fictionē. l. & si forte. de cast. pecu. & Bar. in l. si is qui. j. tit. j. † Vnde in casibus in quibus lex non fingit, hoc non poterit facere dispositio hominis, maxime, quia fictio regulariter non extēditur, [a] sicut ius exorbitans: vt in regula, qui à iure. de re. iu. vnde dixit glo. singu. quā ibi approbat Bar. & clarius Ang. in l. ab emp. ff. de pact. ꝙ pactum legis commissoriæ [b], & addictionis in diem, nō resoluit ipso iure contractū, quando apponitur in ipso contractu. Lex autem fingēdo actū nō esse factū, facit ꝙ eius dispositio retro trahitur: vt dicit glo. in cle. j. de immu. eccl. quā adducit Abb. in c. fi. de consti. & hoc facit l. quādo irritat contractum ex causa de præterito: nam si ex causa superueniēte omnino de nouo, quæ nō habuit originē à pacto apposito in cōtractu, contractus resoluitur, nō trahitur retro ista resolutio: ideo nō transfertur dominiū ipso iure, secūdùm Bal. no. in d. l. cùm mulier. in repe. so. ma. & Pe. de Anch. in regula, accessorium, de reg. iur. ¶ Tertiam cautelā ponit Bald. in d. l. ea lege. ꝙ apponatur vnà cū pacto de nō alienādo pactū, de præstando aliquid pro alimētis: tunc enim fauore alimentorū si fiat alienatio, retrāsfertur dominiū ipso iure per l. j. C. de do. quæ sub modo. Sed illa lex nō probat hoc, sicut h. d. d. me. qui eū optime reprehēdit: vnde dic vt ibi per eū. Et ad materiam istius l. ad intellectū l. Stichus seruus. de manu. testa. vide tex. no. in l. iij. §. si quis ita. ff. de adi. leg. vbi videt̃ probari, ꝙ si primò legatur res vni simpliciter, & si alienauerit, legat̃ ab hærede alteri, licet in hūc secundū legatariū nō possit trāsferri dominiū: vt d. l. Stichus seruus. legatū tamē valet: patet ex illo tex. quia dicit secūdùm verū intellectū, quē tradit ibi Bart. & clarius in l. Mutianæ. in j. col. de condi. & demon. ꝙ hæres si petatur legatū à primo legatario, potest petere per viam exceptionis sibi cauere, ꝙ legatarius primus nō alienabit, & hoc est ne hæres aliàs incurrat damnū: sed nō incurreret, si nō valeret legatū secundū. Ergo patet, ꝙ poterit conueniri ad æstimationē, sicut alius, quādo legatur res aliena à testatore scienter: vt l. cùm alienam. C. de leg.

incõtinenti: & ideo si apponeret in l. imponēte pœnã, significaret canonē latæ sententiæ[a].i. ꝙ pœna videret imposita ipso iure: sup quo vide quod scribit Bar. in l. in criminali. de iuris dic. om. iudi. & in l. imperatores. ff. de iure fis. & plene p Moder. in c. si diligēti. de so. cõpe. per Bal. in auē. habita. C. ne filius pro patre. ¶ †Vltimò no. ꝙ ille qui fundat intentionem suã ex negatiua, debet cãm probare vt possit agere. Et huius occasione Bar. hic multũ diffuse ponit, quomodo probet negatiua, & cui incũbat onus probãdi[b]: de quo vide p Inno. in c. super his. de accu. per glo. & Cy. in l. ij. C. de iure emp. & alia loca adducētur in explanatione materiæ. ¶ In gl. vl. ibi: qa sublato prĩcipali &c. d. Io. hic impugnat istã ratione, qa secundũ eã sequeretur, ꝙ etiã in casu præcedēti in prin. legis. postꝗ Stichus est mortuus infra tẽpus, & sic quo ad implementũ cõditionis reliquũ tẽpus est inutile, qđ sicut est inutile in principali, ita sit inutile in accessorio. i. in pœna, & non sit expectandũ. Sed potest defendi glo. ꝙ habuit bonã mentem, ꝙ est differētia inter primũ & secũdum casum: quia in primo casu tẽpus fuit adiectũ vtiliter à principio principali & accessorio: licet ergo postea efficiatur inutile i principali, adhuc potest esse vtile in accessorio: quia sublato principali ex post facto, bene potest durare accessoriũ, in quo nõ est eadem ratio ꝙ extinguatur: vt l. vsucapio. & ibi per glo. C. de pig. & plene in l. fideiussor obligari. §. fi. ff. de fideiuś. Sed in secundo casu huius l. tẽpus fuit adiectũ inutiliter implemẽto cõditiõis & principali ab ipso initio, qa ipso iure cõditio necessaria tẽpore cõtractus nõ fuit impleta, & ideo nõ potest operari in suo accessorio. ¶ Pro hoc vltimo mẽbro do tibi text. sing. quē ibi põderat Bar. ad hoc in l. si in diē. §. fi. vel in principio. ff. de cõdi. & de. vbi probaē,† ꝙ si dies adiicię inutiliter vni dispositioni expressæ ex inutili adiectione, nõ põt videri facta repetitio tacita in aliã dispositionē, vbi aliàs videretur facta. ¶ In glo. in l. hoc iure. ibi: at hoc non est repetitio &c. ista solutio approbatur cõiter hic, & in l. ita stipulatus. in iij. q. prin. ver. iiij. quæritur. j. eo. vbi Bar. plene reassumit materiam. Sed quæritur de ratione differentiæ, & assignãtur hic duæ rationes p Moder. quarũ altera fuit Ang. altera Ray. de Forli. dicit enim Ang. ꝙ quãdo cõditio apponię, quæ pendet ex facto debitoris, debitor videē voluisse quacũꝗ parte temporis posse impleri p cõditionē. Sed ista ratio si nõ declareē, nõ videē inferre ad terminũ soluēdi pœnã. Sed intentio sua fuit ista, quòd qua ratione voluit posse impleri cõditionē in quacũꝗ parte tẽporis expressi, eadē ratione videē voluisse haberi dilationē ad soluendũ vsꝗ ad extremũ temporis. Sed hoc ipse nõ probat cũ reuerētia, & videē esse falsum, quia licet stipulatio pœnalis veniat accessoriè ad factũ positũ in cõditione: vt dicit glo. tua in vltim. in l. in illa stipulatione. s. eo. nihilominus aliud est factũ, qđ est in cõditione, & aliud id quod est in solutione pœnæ: & regula est, quòd qualitas adiecta in capitulo principali nõ videē repetita in c. accessorio. qđ tendit ad diuersum effectũ, seu ad diuersam rem. Casus est in l. in fundũ. §. in l. ff. de contrahen. emp. & in l. per retētionem. C. de vsu. & plene per Barto. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. j. eo. Vnde assignaē secũda ratio, quę prima facie videē melior, videlicet ꝙ quãdo cõditio pẽdet ex facto p missionis, habet similitudinē cũ solutione pœnæ, quia & datio pœnæ pendet ex facto debitoris, & in his quæ habēt similitudinē facilis est trãsitus: vt l. in rem. §. itē quæcũꝗ. ff. de rei vendi. Sed quãdo factũ est implendum à tertio, vel non implendũ, hic nõ est illa similitudo: vt clare patet de se, & cum ista ratione fere transeũt Moder. q̃ cõfirmaē ex his quæ sing. tradit Bar. post Pet. in l. iiij. §. Cato. s. eo. vbi dicũt, ꝙ q̃n est eadē ratio in facto, quæ est in datione, qa põt explicari p aliũ sicut datio, dispositio legis quę loquię de obligatione dãdi trahitur ad dispositionē, quæ cõtinet factũ, & nõ dationē: & ita limitãt sin. tex. in §. Cato. Sed ista ratio nõ videē tuta in casu nostro†: qa facilius fit extēsio de simili ad simile in dispositione l. ꝗ in dispositione hominis: vt plene tradię in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de li. & post. & maxime, qa regula est in stipulatione, quæ est stricti iuris, ꝙ nõ fit extēsio, & omissum habetur pro omisso: vt l. quicqd adstringēdæ. j. eo. Vnde licet aliquãdo cõtractus stricti iuris, qui est similis cõtractui bonæ fidei, assumat naturã ipsius, quo ad ea quæ veniũt ex dispositione legis: vt l. j. circa mediũ. ff. de re. permu. & l. Titius. de præscri. ver. nõ tamē inuenies ꝙ stipulatio cõcepta in vno casu regulariter trahatur ad casum similē. & ideo quærēda est alia ratio. Et est dicendũ, ꝙ cũ pœna veniat accessoriè ad factũ qđ est in cõditione, vt dictũ est: ista pœna si factũ nõ fit, subrogetur loco eius, qđ erat faciedum: qa qua ratione subrogaretur interesse, si factũ esset in obligatiõe: vt l. si quis ab alio. ff. de re iud. eadē ratione subrogaē pœna quæ solet cõiter subrogari loco interesse, quatenus cõcurrit cũ eo: vt l. si quis à socio. ff. pro so. & l. prædia. ff. de act. emp. cũ simili. & bene facit tex. in l. fi. ff. de præto. stipu. Modo ego habeo regulã, ꝙ q̃n obligatio accessoria est sup eo qđ subrogatur loco eius, qđ est in principali obligatione: & obligatio principalis & accessoria dicunē esse circa idē. Casus est in l. si quis pro eo. in prin. & in l. si ita fideiussorē. ff. de fideiuś. Vñ dicebat Bar. no. in l. j. in prin. ff. de ac. emp. ꝙ ille qui petit rē tradi in libello: ex illa petitione põt facere cõdemnari reũ ad interesse: qa cũ interesse subrogeē loco rei, censeē esse idē cũ re.† Et ideo alibi dixit sing. ꝙ arbiter q potest condẽnare ad rē ex potestate cõpromissi, potest etiã condēnare ad æstimationē, vt ipse ponit in l. Aquiliana. de trãsac. Hoc declarato patet manifeste, cur dies adiecta facto, qđ est in cõditione, videē repetita in stipulatione pœnali: qa in effectu principale & accessoriũ tendunt circa idē: & regula est, ꝙ tẽpus adiectũ in dispositione accessoria, quæ tendit circa idē: vt l. si vt proponię. C. de fideiuś. & l. id quod. in prin. ff. de consti. pe. & plene per Bart. in d. §. Chrysogonus. Et quia ista ratio videē esse vniformis ad casum l. in illa. & ad casum l. hoc iure. probabiliter posset dici, quòd in vtroꝗ casu dies videreē adiecta solutioni, seu repetita in solutione pœnæ. Et ad istũ tex. do tibi nouũ intellectum, quē credo esse verissimũ, & est de mente Bart. si recte inspicias in ista l. cũ inducit eã ad materiã probationis negatiuæ. Est ergo sensus istius legis, ꝙ si trãsacto tẽpore statuto ad implendũ conditionē negatiuã creditor agit ad pœnã, nõ est satis probare, ꝙ terminus sit lapsus, sed ad probandũ, quòd infra terminũ cõditio nõ fuerit impleta, vel quia ille terminus sit elapsus, vel quia ille tertius in cuius psona fuerat implēda, fuerat mortuus, vel etiã si vixit vsꝗ ad finē termini, nõ fuit factũ in eo quod erat faciendũ: & tunc bene sumię argumentũ à cõtrario sensu hoc modo, post terminum nõ potest agi, nisi probeē ꝙ cõditio fuit impleta infra terminũ. Et ex hoc sumię à cõtrario sensu, ꝙ si pbareē & fieret certũ, quòd cõditio negatiua fuerit impleta infra terminũ, posset agi incontinenti, quia frequens est lapsus. & sic nihil obstaret ad l. in illa. s. eo. Et de materia & de intellectu istarũ legũ dic vt plene distinguit Bar. in l. ita stipulatus. in iij. q. prin. j. eo. cuius dicta hic refert Io. de Imo. ¶ Sed ex distinctione Bar. opponit hic Pau. de Ca. cõtra l. in illa. s. eo. de lege, si in l. §. si domus. ff. loca. vbi dicitur, ꝙ si locatio fuit facta colono, vel inquilino, in quinquenniũ, & ipsi deserãt habitationē, vel culturam agri ante finitũ tempus, locator poterit statim agere ad pensionē soluendã, & sic patet, ꝙ nõ expectaē terminus, vel dies apposita solutioni. Bar. ibi tangēs cõtrariũ istarũ legum, dicit vnũ verbũ sin. si esset verũ: vult enĩ ꝙ istæ leges habeãt locũ in cõtractibus stricti iuris, nõ in contractibus bonæ fidei. & ita intelligit illã legem. Sed Pau. de Ca. impugnat hanc distinctionē, dicēs quòd etiã in cõtractibus bonæ fidei quãdo cõditio est implēda ex facto debitoris, debet expectari dies vt cõmittaē pœna: vt l. itē quærię. §. j. ff. loca. Sed ad illam posset respõderi, ꝙ intelligię q̃n stipulatio pœnalis incipit à præcedēti cõuentione: quia cõductor operis promiserat ædificare domũ infra diē: quo casu hoc esset cõcedendũ, ꝙ ante diē nõ posset agi, quia cõductor nõ cõstituerit in mora ante terminũ, sed post terminũ duntaxat: vt l. magnã. C. de cõtrahen. & cõmit. stip. Et quãdo stipulatio incipit à præcedenti cõuentione, tunc demũ cõmittię pœna, quando id qđ fieri debebat, nõ põt fieri, si mora precessit: aliàs nõ cõmittię: vt l. si homo mortuus. j. eo. Ipse tamē dat nouã solutionē ad contrariũ, dicens ꝙ ideo ibi non expectaē dies, qa factũ desijt posse præstari ex dolo & culpa eius qui debebat implere: in l. aũt, in illa. sine culpa & dolo ipsius. Vnde infert sing. limitãdo illã l. in illa. ꝙ nõ haberet locũ si promissor occidisset seruũ, qui erat positus in cõditione. Tu aũt cõsidera, ꝙ in §. domus. pensio quæ est præstãda statim, & statim põt peti à locatore, nõ præstatur in pœnã, quasi aliquid deberet fieri à cõductore: qđ si nõ esset factũ, pœna deberet cõmitti, vt dicitur in legibus nostris. sed præstabatur ibi pensio ad diē propter factũ qđ debebat locator, quia præstabat patientiã vtendi re locata. Vnde nõ intelligo quomodo pœna cõmittatur & exigatur ante diē, nã nihil petitur sub nomine pœnæ, inducitur tamē hic ꝙ vbi si colonus nõ deseruisset agrum, vel domũ, non posset agi ad pensionē ex patiētia præstita per locatorē, nisi post lapsum termini. i. in fine singulorũ annorũ, iuxta ea quę scribit Barto. in l. si seruus. §. fi. ff. de stipu. ser. & quod in l. ædem. C. loca. nunc poterit agi incontinenti, nec statuitur hoc in pœnam, sed ex regula quæ ponitur in l. si qs hæres. de acqui hære. & in l. à filia. §. j. ff. ad Trebel. videlicet quòd

[a] ¶ Significaret canonē latę sententię. Adde do. de sctõ Gemi. in c. ꝗ sit. in fi. de ele. li. vj. & p Abb. in c. ad aures. de rescrip.

[b] ¶ Et cui incũbat onus probãdi. Adde Inno. in c. cũ in iure. de of. dele. Io. An. in regula, sine possessione. de re. iu. li. vj. in mer. idē Ioã. An. in regula, infamibus. eo ti. in mer. Do. de sancto Gemi. in c. j. de cõfessis. lib. vj. Ant. de But. in c. j. de p sump. Spe. ti. de p bati. in §. probare. Io. Cal. in di. incip. clericus p re fruct⁹.

☞ quòd cessante causa dilatiõis cessat dilatio.† Causa enĩ cur pēsio debet solui in fi.cuiuslibet anni est, qa cũ solu itur in cõpēsatione vsus rei, prius debet implesse locator ex parte sua, & p̄stitisse patiētiā vtēdi, q̄ possit agi ad id quod pro ipsa patiētia est præstādū: vt in l.Iul.§.offerri.& qđ ibi no.ff.de ac.emp. Sed qñ colonus vel inquilinus deserũt agrũ vel habitationē, videntur facto tacite ꝓtestari, q̄ illa re nolũt amplius vti: & sic remittũt dño patiētiam vtēdi & fruēdi: ergo cessat cā, propter quā pēsio differebatur in diē: & sic debet cessare cā dilationis. & hoc tenebis mēti, qa in veritate sunt valde necessaria ĩ ista materia. ¶ Et circa materiā negatiuę breuiter duo sunt præmittēda, anteq̄ veniā ad additiões dictorũ Bar.† Primò, q̄ illa dicitur proprie negatiua, q̄ dicit priuationē, & nõ ens: illa aũt dicitur ꝓprie affirmatiua, q̄ dicit vel ponit aliqđ ens, vel aliquod inesse implicitè vel explicitè, q̄buscunq; verbis cõcipiatur oĩo. Vñ licet ꝓcuratores cauti ꝓponāt negatiuā verbis affirmatiuis, vel ecõtra affirmatiuā verbis negatiuis, nõ inspicitur forma verborũ, sed effectus, q̄ importatur ex verbis. glo. est no. q̄ hoc firmat in l.fi.§.vl.ff.de doli excep. & probatur in l.inter stipulātem.in prin.j.e.& ita elegāter declarat Bar.in l.de ętate.in iij.q.prin. ff.de mino.& in l.ei q̄ dicit.ff.de ꝓb.& sequitur Bal.in l.actor. C.de ꝓba.& in l.cũ te minorē.in fi.e.ti.& in c.j.de cõtē.inter do.& vas.de inuesti.licet vtatur alijs verbis: sup quo vide qđ ponit An.ĩ auē.de hæ.& fal.§.hoc nobis. Secũdò scias, q̄ est q̄dam negatiua, q̄ seqtur de necessitate ad sensũ apphēdētem aliqđ ens, vel aliqđ accidēs, & illa dr̃ ꝓbari directò: verbi grā, si testis dicit, q̄ iste pannus non erat rube⁹, nā bñ rñdebit assignādo cām, qa vidit. Itē q̄ Titius nõ habebat nisi vnā manũ: nā p̄ ostensionē subiecti apparet manifeste id qđ est ĩ subiecto. Et similiter si testis dicit, q̄ argētũ erat purũ, vel aurũ. Casus est no. quē ibi põderat Bar.ad hoc ĩ l.j.C.de ca.fru.vr.ro.li.xj.& ĩ l.si qñ.& ibi ēt hoc ponit Bar.ff.de au.& ar.leg. Sup quo viđ qđ ponit Io.An.ĩ c.bonæ.de ele.& in regu. sine possessione. de reg.iu.in mer.¶ His p̄missis adde primò ad dicta Bar. ĩquātũ ipse sequēdo Inn.distinguit, vtrũ ille q̄ allegat debitorem nõ soluisse, debeat ꝓbare hāc negatiuā. Quod aut illud debitũ debeatur sibi, & nõ tenetur: vt l.qnquaginta.ff.de ꝓb.& l.j.C.e. Si verò illud debitũ debeatur alteri, tũc tenetur probare hāc negatiuā.† Et iõ infertur, q̄ si ex forma statuti nõ soluēti collectas nõ debet reddi ius, & reus opponit cõtra actorē, q̄ ipse nõ soluit collectas, tenebitur ꝓbare hāc negatiuā. Pro qua cõclusione vide duo optima iura, q̄ ipse nõ allegat hic, videlicet lex in l.ergo.ff.ne qs eũ q̄ in ius vo.& ibi ēt Bar.tāgit, & sequitur eũ Ang. Eandē distinctionē approbat Bal. vbi eodē mõ loquitur de modo probādi in l.inter debitorē.de pac.& in l.actor.versus fin. C.de prob. Cõtrariũ tenuit in exēplo de nõ soluēdo collectā, in l.cũ mulier.in sua repe.so.ma.cuius dicta etiam vidit hic d.m. Mouetur, qa facilius extēditur dispositio legis, q̄ hominis de p̄sona ad personā: nā de dispõne hoĩs est regula, q̄ res ĩter alios acta alijs nõ ꝓdest: vt l.j.& ij.C.res inter alios acta.& l.sæpe. cũ materia.ff.de re iud.& l.si vn⁹.§.ante omnia.ff.de pac. Vñ licet in exēplo Inn.qñ qs fuit excõicatus ab homine, si nõ solueret Titio infra mēsem, effectus istius negligētiæ, q̄ debitor nõ soluerit, nõ inducit p̄sumptionē pro tertio hoc allegāte: induceret tñ p̄sumptionē in casu statuti dispõ legis, vt si procurator fisci ageret cõtra eũ qui non soluit collectas, p̄sumptio est pro ipso, ita etiā præsumptio sit pro tertio. Sed d.m.& Io. de Imo.tenent oppositũ, & recte. Et ad argumētũ qđ facit Bal. respõdēt, qa dũ dicit q̄ negās nõ debet onerari onere probandi negatiuā nõ coarctatā, q̄ non põt probari: vt l.actor.in fin. C.de prob. Ipsi respondēt, q̄ ex quo est fundamētũ intētionis excipiēti debet ꝓbari, & si non põt probari, imputet sibi qui opponit: allegāt tex.in simili.ij.qõ.vij.c.pleriq;. quæ fuit doctrina Inn.& Ho.in c.sup his.de accu.& ꝓbatur expresse in c. j.de cõfes.li.vj. quē tex.subtiliter inducit Io.An.ad hoc regula, sine pos.in mer.de re iu. Præterea in q.proposita de nõ soluēte collectas, probatio potest fieri per librũ, in quo cõsueuerũt poni soluētes: nā si nõ reperitur negatiua p̄sumptiuè per l.fi. C.de re.cre.& per l.ij.C.de errore aduo. Et hũc modũ probādi tāgit Io.An.in mer.sua. Bal.tñ in l.j.§.edere.ff.de edē. dicit, q̄ nõ sufficit productio illius libri, vbi ēt ille qui vult probare hanc negatiuā, diligēter perquirat omnia in archiuio publico. Sed ista limitatio licet sit notabilis, nõ placet: qa ex quo cõiter soluētes cõsueuerũt describi in hoc libro, satis oritur præsumptio ex ostēsione libri, per argumētũ à cõiter accidētibus: de quo in l.certi cõdictio.§.quoniā.si cert.pe. Vnde videmus, q̄ litē non esse contestatā probatur per inspectionē actorũ: qa cõiter gesta iudicij solēt in actis redigi, vt probatur expresse in c.cũ ad sedem.de rest.spo.& elegāter declarat Bart.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.& in l.j.ff.vt cau.post pub.adsit tu.

☞ & per Ant.de Bu.plene in c.qm̃ cõtra.de prob.† Et similiter si esset liber in archiuio publico, in quo solet esse descriptiões debitorũ, qui nõ soluerũt, per istũ librũ probaretur negatiua, secundùm Bal.in d.l.inter debitorē. allegat l.missi opinatores. C.de exacto.tribu. Sed q̄ritur, qđ si debitor allegat se nõ soluisse per xl.annos cõtinuos ad inducendũ præscriptionē, cui incumbat probatio? vtrũ negāti, q̄ nõ soluerit, vel econtra actori, q̄ aliqñ fuerit solutũ? & est elegās qõ. Super qua vide plenissime Io.An.in regula, sine pos.de re.iur. vbi prosequitur ☞ tres casus, vt ibi per eũ.¶† Secũdò principaliter adde secundũ Ang.& Mod.hic, q̄ q̄uis ad impetrādũ officiũ iudicis debeat fieri plena ꝓbatio negatiuē regulariter, scđm Bart.hoc tñ fallit, qñ iudex ꝓcedit ex officio super eo quod nõ p̄iudicat tertio: exēplũ, si executor habet prouidere de beneficio ei quem inuenerit idoneũ in sciētia vel ætate, gl.est ord.in cle.j.de offi.dele.q̄ sumitur ex dictis Inn.in c.fi.de p̄sum.necesse requiritur talis & tāta probatio, sicut si haberet fieri probatio corā iudice. Pro isto vltimo vide tex.sing.quē no.ibi Bar.ad hoc in l.cum qui duobus.§.filius.ff.de acq.hær. Est ēt alius casus, in quo iudex procedit ex officio nemine citato, videlicet qñ format inquisitionē gñalē, quæ est p̄ambulũ ad formandā inquisitionē specialē: ita ꝓbat Bar.no.in l.fi.ff.de q̄stio.& Bal.in l.obseruare.§.p̄ficisci.ff.de offi.ꝓc.& lega.& in l.cõgruit.ff.de offi.præsi.& isto mõ debes intelligere dicta Inn.in c.bonæ.de ele. Aliq̄ tñ tenuerũt, q̄ qñ iudex ꝓcedit ex inq̄sitiõe cõtra certā personā, nõ teneatur citare partē ad testes recipiēdos: vt refert d.Ant.in c.ij.extrà, đ test. Sed Bar.& alij tenēt oppositũ, & eos sum secutus in d.c.ij.† Debes etiā scire, q̄ de cõditiõe testis iudex põt se informare ex officio ad instruēdũ cõsciētiam suā, quātũ ei credere debeat, & cui magis credat, secũdũ gl.in l.ij. in prin.ff.de test.& refert Bar.& approbat in l.iiij.§.hoc aũt. ff.de dā.infec. Nõ tñ declarat ibi, vtrũ possit procedi parte nõ citata ad hāc instructionē. Sed rõ dictat, q̄ sic, ex quo hoc facit solũ, vt informet cõsciētiā suam.¶ Tertiò adde inquātũ Bart. hic dubitat, vtrũ si reus negat tutorē fecisse inuētariũ, incũbat reo probare hāc negatiuā, vel potius tutori: nā Ang.determinat q̄ hoc incũbat tutori, qa nõ põt aliter administrare, nec aliter legitimat p̄sonā suā: vt l.fi.C.arbi.tute. ergo tenetur probare id per qđ appareat ipsum esse legitimũ tutorē, vel posse administrare: vt l.nõ ignorat.C.q̄ accu.nõ pos. Sed ista cõclusio probatur melius in l.vulgo.ff.de admi.tu. vbi probatur, q̄ qñ dubitatur vtrũ tutor possit administrare legitimè, vel nõ, ipse non admittitur sine cautione, q̄ est similis cautioni de rato, quā præstat procurator: super qua vide qđ scribit Bar.in l.inter quos. §.aliena.ff.de dā.infec. Si ergo in dubio grauatur cautione rati, vel simili, ergo qñ certũ est, & notoriũ q̄ nõ habet mādatum, nõ debet admitti: tenet cõsequētia per ea q̄ habentur in text. & gl.in l.nõ solũ.§.q̄ alieno.ff.de ꝓcur.& in l.j.C.e. Et hoc tenet hic Io.de Imo.maxiē, qa scđm eũ hoc ipso q̄ nõ agit tāquàm tutor, implicitè videtur dixisse se oĩa fecisse, sine quibus nõ põt administrare. Tu aũt aduerte, qa Bar. in disputādo hāc quæstionē sentit multũ clare, q̄ qa tutor aliqñ põt administrare, & agere, licet nõ fecerit inuentariũ, ideo nõ sit notorium, q̄ nõ habeat mandatũ. Sed hoc reprehēdit Io.de Imo. & bene, per ea q̄ habentur per Bar.in l.ij.§.si quis in ius vo.nõ ie. vbi allegando Inn.in c.pterea.de dila. ipse dicit, q̄ quādo ille citat corā iudice, qui regulariter nõ tenetur cõparere, ista citatio cõtinet notoriā iniquitatem, licet aliquo casu possit citari. Et probat ista cõclusio fin.in l.quoties.ff.si quis cau.quē tex.ibi no. Bar.ad hoc. In cõtariũ tñ videtur tex.cũ glo.in c.peruenit.el j. de ap.vbi dicitur, q̄ ille q̄ appellat à præcepto de residēdo, nõ dicitur appellare frustra notoriè, quia in aliquibus casibus quis nõ tenetur residere, licet appellet nulla causa expressa.& hāc sequũtur ibi Mod. Secũdò pro ista opi.quā Bart.sentit hic, videtur casus valde no.in l.qui aũt.§.nõ simpliciter.ff.si qs ob.causa testa. Tertiò videtur casus pro ista opi.quē ibi no.d.Ab.ad hoc in c.nisi essent.in princ.de præbend.in antiquis. Sed ad ista iura põt respondēri, q̄ quāuis residere non inducat simplr̃ actũ notoriè illicitũ, quia tamen poterat esse aliquis casus licitus, appellatio non erat euidenter frustratoria eo tpe quo nulla debebat exprimi cā. Et similiter respõdemus ad l.quia autem.§.nõ simpliciter.nam licet ibi esset notorium, q̄ omittens hæreditatem ex testamento tenetur ad legata, cognitio tamen causę ideo requiritur, quia erat notoriũ excusabile in aliquibus casibus, & ex illo tex.probatur singulariter, quòd quādo iudex procedit super notorio excusabili, debet procedere causa cognita, ergo requiritur citatio partis: vt l.in causæ.§.causa cognita.ff. de mino. Et hoc ego dixi, & sum secutus in quodam consilio meo,[a] quod feci annis præteritis pro interdicto ciuitatis Florentiæ. Sed non allegaui istum tex.qui est fin.in materia ad c.

a ¶ In quodā cõsilio meo. Adđ q̄ hoc cõsiliũ est cõsiliũ eius dē d.Francisci cõsil. clxv.ĩ c.sicut Io. dicit in Apocalypsi. & in ista materia et cõsuluit Hier. Tortus consi.inc.domine deus meus.

nisi essent. Dicendū est secundùm quod ibi eleganter dicit d. Abb. & est noua limitatio ad istā materiā, ꝙ regula supradicta fallit, vbicūq; id quod est regulariter illicitū fieret à persona multū honesta, & pro qua valde esset præsumendum. Et ad ea quæ diximus suprà, quando iudex informat se de conditione testis: vide Bal. qui singulariter decidit id qđ dixi in l. j. §. si curatore. & ff. de magistra. conue. Adde ēt ad dicta Bar. hic inquātum vult quòd spāle sit in excep. nō nu. pe. ꝙ fundās se in negatiua non debet probare, quòd in l. j. ff. de excep. prout refert hic Io. de Imo. ipse dedit aliū intellectū ad illa iura. Nā dicit, quòd ideo non tenet̃ debitor probare negatiuā, quia est negatiua simplex, non coarctata. vnde videt̃ sentire id qđ dixit Bal. in l. an mulier. sol. ma. quod suprà retulit, videlicet ꝙ negatiua nō coarctata nūq; debeat probari per allegantem eā, etiā si ex ea fundet intentionē suā. Sed ista dicta sunt falsa, vt apparet ex præcedentibus, & ex his quæ ipse notat hic: & ita reprehendit eā Io. de Imo. videt̃, qa secūdū hoc in cōtractu depositi & similibus similiter debitor qui negat se recepisse pecuniā, non deberet hoc probare cōtra l. Publia. §. fi. ff. depositi. & l. generaliter. cum materia. C. de non nu. pe. Dic ergo secundùm Io. And. in regula, sine possessione. sæpe allegata. ꝙ lex videtur præsumere contra creditorem in contractu mutui magis, q̃ in aliis cōtractibus: & ideo transfertur onus probandi in creditorem: vt l. nec codicillos. C. de codi. quam adducit Bar. in l. ei qui. C. de proba. & Mod. hic. ¶ Secūdò adde, in quātū Bar. ponit modos probādi negatiuā, de quibus hic in fi. nā Pe. de Anc. quē refert hic Io. de Imo. dicit, quòd si isti modi possent probare quamlibet negatiuam, non coarctatam, breui loco & tempore, tunc falsum diceret tex. in c. j. de confes. li. vj. & in l. actor. in fi. C. de proba. dū dicunt, quòd negatiua non coarctata non potest probari, nisi per confessionem partis. Et hanc opi. sequunt̃ hic Io. de Imo. & d. m. & concludunt in effectu cum Petro, quòd solum in casibus in quibus isti modi probandi, de quibus meminit Bar. sunt approbati in iure, potest probari negatiua, in aliis autē casibus per istos modos non poterit fieri probatio. Sed ista doctrina nimis restringit dicta maiorum nostrorum, qui simpliciter approbāt istos modos: vt j. dicam, & videtur contra tex. in l. ij. de erro. aduo. & in l. fi. C. de reb. cre. & in c. cum ad sedē. de restit. spo. in quibus iuribus probatur, quòd per inspectionē libri vel actorum probatur negatiua, & tamen illa non est probatio directa, sed coniecturalis. †Præterea bona esse vacantia, & à nemine teneri, etiā probatur per proclama generale, vt j. dicam. Vnde respondēdo aliter ad illa iura dicimus, quòd in dictis iuribus fit mentio de probatione proprie sumpta, quę vocatur probatio directa, & illa est quæ non pōt probare negatiuam coarctatā breui loco & tempore, iuxta ea quæ scribit Bar. declarādo gl. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque pri. Nec mireris, quia quamuis verbum, probatio, sumatur stricte, & largè secundū subiectam materiam, secundùm Bar. in l. si constante. in princ. sol. ma. & per Bal. in c. j. de capi. qui cur. vend. proprie tamen & stricte illa est probatio, quæ fit directe, & concludit de necessitate, secundùm gl. quam ibi no. Bar. in l. Lucius. ff. de cōd. & de. Et hoc ostendunt verba text. dum dicit, quòd per rerū naturam non potest probari, quæ proprie significant probationem directam, & naturalem, quæ fit per apprehensionem sensus de eo quod quid est: quia secundùm Bald. in l. ij. C. de erro. aduo. priuatio & non ens non cadit in sensum. Et ad modos positos hic per Bar. adde secundùm do. meum quòd hūc modum de mittendo nuncium. qui exquirat rem, ponit Bart. in l. stipulatio. §. habet autem. ff. de nou. oper. nun. & Bald. in aut. sed hodie. C. de ac. & ob. & melius in l. ij. C. quando fiscus vel pri. & eundem modum posuit idem Bar. vltra loca allegata per eum in l. ij. §. si dubitetur. in fin. ff. quemad. testa. ape. & in l. is potest. ff. de acquir. hære. in quæstione, quomodo probetur testamentum non esse factum. & in consilio suo xc. & in aliis locis etiam. & Bald. in l. magis puto. §. illud. in fin. ff. de reb. eorum. & fuit iste modus Accursii originaliter in authentic. de exhi. & introdu. reis. §. si vero. in gloss. super verbo, explorent, seu examinent. Et vide ad materiam bonum text. in lege prima. §. si præses. el primo. ff. de magistra. conuen. ibi tamen loquitur, quando prætor committit discussionem, non simplici nuncio, sed magistratui municipali: sed videtur esse eadem ratio, vel paulo minor. Alium modum excussionis posuit glossa, & Bartolus post eam in lege, à diuo Pio. §. in venditiones. suprà, de re iudicata. de qua dic vt hic per eum. Et de isto modo meminit Angel. in l. si vacantia. in prima charta. C. de bonis vacant. libro x. Alium modum ponit hic Ange. videlicet quòd fiat proclama generale, quòd quicunque sciat talem esse in ciuitate &c. vel talem habere bona, compareat & c. quē modū nec reprobo nec affirmo. Tertium modum posuit Bar. de quo etiā tetigit hic do. me. in l. x. j. cod. videlicet ꝙ per librū æstimi probatur debitorē non habere plura in bonis: & isto modo fit excussio, qui modus est valde dubius. Vnde dic vt super eo scripsi plenissime post Io. de Imol. in d. l. x. Et longe magis dubius modus est ille, quem posuit Bar. in l. si cōstante. in prin. sol. mat. vbi dixit, ꝙ etiam si agatur cōtra pignorū possessores, vbi agitur de magno pīudicio, scđm eū, nihilominus probatis vere & plene debitis existentibus in patrimonio debitoris, ꝙ ista negatiua, ꝙ non habeat plura bona q̃ ista, probat̃ ex assertione creditoris dicentis se tot bona inuenisse in bonis debitoris, & qui vult dicere ꝙ sint plura, probet: alleg. gl. in l. cū de lege. C. de prob. qđ dictum ego non admitterē in practica, vbi agit̃ de non leui præiudicio, qa sic ipse esset testis, & pars: cōtra l. omnibus. C. de te. Vnde nisi cōcurrerēt alia adminicula, hoc dictū videt̃ contra regulā iuris: non obst. ꝙ negatiua probat̃ per inuentarium: vt l. fi. §. licentiā. C. de iure delib. & ibi per Bart. qa inuētariū fit cū magna solennitate corā testibus, & citatis creditoribus, qđ non contingit in hac assertione simplici. Et ad materiam vide duo iura multū singularia, quæ ego allegaui in d. l. decē. præal leg. ponētia duos modos nouos probandi aliquē non esse soluendo, seu non habere plura bona q̃ ista, videlicet tex. quem ibi not. Bar. in l. tres tutores. §. fi. ff. de admi. tut. & aliū quem not. Ange. in authen. de iureiur. à mo. præsti. §. j. Illud aūt qđ sentit hic Bar. in fi. ꝙ per famā probant̃ istæ negatiuæ, ꝙ directo non possunt probari, esset cōcedēdū in casu posito per Io. And. in dicta regula, sine possessione. Sed regulariter nō videtur esse admittēdū, nisi in his q̃ sunt modici præiudicii, in quibus ista negatiua probat̃ per famā, scđm gl. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in l. ij. C. quando fiscus vel priua. 6 †nā vbi agit̃ de magno præiudicio, fama regulariter non plene probat, vt plene declaratur in l. de minore. §. tormēta. ff. de mino. & in l. iij. §. j. in verbo, fama consentiens. ff. de test. scđm Io. de Imo. hic, & bene, quicqd senserit Bar. & Io. Cal. in quadā sua disputa. & hoc tenet Bar. expresse, de quo ipse non meminit in l. si constāte. in princi. vbi est omnino videndū. ff. sol. mat. Aliqñ tamen variat in l. ij. §. si dubitet. quēad. test. aper. Sed ego non discederē à regula, †posito ꝙ mors possit probari per famam[a], etiā vbi agitur de leui pīudicio. Sed attende diligenter, ꝙ licet ista conclusio sit vera, & sic debeāt limitari dicta Bar. hic, & in l. j. C. de mendi. vali. vbi hoc tetigit. & Ang. in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cog. Io. tñ de Imo. male rñdet legib⁹ hic alleg. per Bar. Dicit em̄, ꝙ lex, non oēs. §. à barba. ff. de re mil. loquitur in his quę non possunt aliquo modo probari de directo, sed negatiua non coarctata respectu loci & tēporis saltem restringit̃ ad personā: verbi gratia, dico ꝙ tu non soluisti Titio, cui iuraueras soluere, & ideo poterit directò probari negatiua, producendo in testem creditorem, qui iuret tanq̃ testis, quod sibi nō est solutū. Quę conclusio displicet multipliciter. Et primò, quia si deponit tanquàm testis, & interrogabit̃ de causa scientiæ, ista non erit sufficens causa, quia ego sum creditor, & pręsumptio iuris est pro me. nā ista præsumptio non prodest tertio, vt dictum est. 7 ¶ †Pręterea testis debet reddere causam per sensum corporis: quod hic non posset contingere. Item posito, ꝙ posset deponere, non deberet sibi soli credi tanq̃ testi: vt l. vbi numerus. ff. de te. Et ideo d. m. perpendēs de hoc, adiungit ꝙ creditore deponente poterit deferri iuramentum actori in defectum probationis. Sed iste modus nō potest esse generalis, quia in multis causis non defert̃ iuramentum, in multis defertur potius reo quàm actori: iuxta notata in l. admonendi. de iureiur. Præterea non posset negari, ꝙ qa habent consimilem causam cum priore debitore, testimoniū eius ad minus nō est omnino integrū, & sic nō debet deferri iuramentum: vt l. prima. & quod ibi habetur. C. qui & aduersus quos. & in dicta l. admonendi. Sed videtur dicendum potius, quòd iste creditor est repellendus propter consimilitudinem causę, vt cōiter tenēt Mod. & Io. And. in c. personas. extrà, de test. & Specul. in titu. de teste. §. j. vers. itē quòd habet consimilem causam. & licet Io. And. aliter senserit in regula, sine possessione. de reg. iur. tamen alia est cōior opi. quæ videt̃ probari secundū vnū intellectū in d. c. personas. cætera dic vt hic, per Dñicum. Et licet responsio do. Ioan. non sit bona, vt s. dixi: potest tñ rñderi faciliter, ꝙ q̃uis ea quæ nō possunt directo probari, probent̃ cōiecturaliter. tamen vbi agitur de non leui præiudicio, requiruntur fortiores pręsumptiones, quàm fama. Et ad materiam istius negatiuę adde vnam glo. iuris canonici. xx. quæstio. prima. c. præsens. quæ videtur velle, quòd negatiua quòd aliquis non consenserit actui, vel contradixerit, videtur posse probari saltem p̄sumptiuè, licet non sit circūscripta loco

a ¶ Quod mors possit probari per famam. Adde diffusè per Car. Alexā. in c. in p̄ntia. de prob. in j. col. ver. quintus modus.

pta loco & tempore, probãdo ꝙ aliquis contradixit semel, vel noluit cõsentire: nã per hoc præsumit, nisi probet cõtrariũ, ꝙ nũꝗ consenserit postea, quia nõ præsumit mutatio volũtatis: vt l. cùm hic status. in prin. de do. inter vi. & vxo. & in c. maiores. de baptismo. cum ibi no.

SVMMARIVM.

1 Perplexitas contractus quando potest reduci ad aliquẽ iuris intellectum, etiam verba impropriando, hoc fit ne vitietur stipulatio.
2 Conditione pendente si is qui egit de facto succubuit, purificata postea conditione iterum agere poterit, nec obstabit sibi rei iudi. exceptio.
3 Iudex quando scit agentem sine actione agere, vel actor ipse hoc scit, sententia & processus est nullus.
4 Pars quando repellitur ab excipiendo in odium sui, nunꝗ põt iudex defectum partis supplere.

SI Titius. Admittitur quis ad agẽdũ de facto, vbi speratur actio nasci p cõtestationem. Vel sic: Perplexitas quæ aliquo modo põt reduci ad obligationem possibilem, non vitiat stipulationem. Secunda ibi: fine. Tertia ibi: & ideo. No. primò, quòd quando perplexitas cõtractus põt reduci ad aliquem † intellectũ iuris, et impropriando verba, hoc fit ne vitietur stipulatio. Nam non diceretur vni ex istis non posse dari fundus, nisi eo mortuo, quia conditio negatiuè implet per mortẽ, vel nisi res ipsa periret, vt declaratur in l. ita stipulatus. in fi. j. e. & tamẽ vt valeat stipulatio, lex interpretatur hic non posse dari alteri, quando alius præuenit eũ cõtestando litẽ. Et facit optimè iste tex. ad ea quæ scribit Bartol. subtiliter & Moder. post eum in l. si ita scriptum. in prin. de hær. insti. & in auc. ingressi. C. de sac. sanc. eccle. ¶ † Secundò no. quòd quando actio competit ita duobus insolidum, quòd solutio facta vni extinguit oblõne alterius, quia deficit conditio, præoccupatio fit per litis cõtestationẽ: de qua materia dicetur aliquid in vlt. gl. Et similiter quando obligatio alterius extinguitur, quia videt sibi solutũ, sicut est videre in duobus reis: vt l. ex duob⁹. & l. ij. in fi. j. de duo. re. ¶ In gl. super verb. iudiciũ. ibi: respõdeo. Imo gl. ista non bene soluit contrariũ, nec leges allegatæ in ea probant hoc, quia in l. si decem cùm petiero. erat nata obligatio, & erat pura, vt ibi patet, & similiter in l. si indebitum. hic allegata. erat enim ibi nata actio secundùm dominum meum: sed erat incertum, vtrum competeret contra dominum, vel contra procuratorem, sicut plene declarat in l. si procurator. ff. de condi. inde. in l. autem nuda. quæ hic allegatur, nõ agebatur vt sequeretur sententia super eo quod petebatur, sed vt committeretur stipulatio pœnalis, ad quam ageretur nouo iudicio. Vnde nõ loquitur proprie in casu nostro, est tamen aliquo modo similis, inquantum permittit agi de facto, ne alioquin stipulatio redderetur inutilis, sicut etiam fit hic. Vnde ex isto tex. formatur noua limitatio ad regulam, vt dicamus quòd licet regulariter sine actione nemo experiatur: vt l. si pupillus. §. videamus. de neg. ge. & l. quoties. §. itẽ si pœnali. de admi. tu. hoc fallit nisi per litis contest. speret actio & obligatio nasci. ¶ † Sed tunc quæritur, si nascitur actio per litis conte. vtrum ex eodem iudicio prius intentato possit agi ad condemnationem, vel sit opus nouo libello, & noua instantia. Super quo Rayn. hoc dixit, quòd est opus nouo iudicio, quia ius de futuro non potuit comprehendi in primo iudicio, quod nondum erat cautum: vt l. non videtur. cum materia. ff. de iu. Sed Bar. reprehẽdit ista dicta, quã do ius quod oritur post litem cont. pendente iudicio post causam & originem à contractu præterito, tunc non est opus nouo iudicio, sed potest sequi condemnatio ex priore libello: vt l. si rẽ. §. omnis. ff. de pign. act. Et idem est, & multofortius quando à principio competebat actio, sed non exercitium, secundùm Bald. hic. Sed vt dicit Io. de Imo. non allegat bonam legem: vnde ipse allegat tex. in l. si autem. §. possidere. de rei ven. Sed licet ista dicta communiter approbentur, & hic & in l. hæres quandoque. de acqui. hær. vbi ponit Bal. & Moder. & Io. de Imol. plene in l. si filius qui patri. de vulg. & pup. limitãtur tamen dupliciter hic per dominum meum. Et primò, nisi ius superueniat de nouo post conclusum in causa: allegat Barto. quem & ego prius videram in l. si mater. §. eandem. in fi. ff. de execu. rei iudi. Secũdò limitat, quòd istud est verum, quãdo causa agitur coram iudice ordinario: secus si agatur coram delegato, quia cùm habeat potestatem limitatam ad ius, quod competit de præsenti, non trahitur ad lites futuras. ita determinauit olim Odofred. antiquus doctor, & refert & sequitur Bal. in l. præscriptionem. in fi. C. si contra ius vel vti. pu. Et ista dicta sequitur d. m. in d. l. hæres quandoque. vt ibi scripsi, & respondet ad tex. j. allegandum, vt statim dicam. Hic autẽ maturius considerans reprehendit istam opinionem per tex. in c. abbate sane. de re iu. lib. vj. vbi dicitur idem in delegato, quod in ordinario, in §. omnis. ¶ Non ob. tex. in c. si. de rescrip. quia non dicit, quòd iudicium nõ trahatur ad ius futurum, super quo saltem de facto sit mota lis de præsenti: sed quòd rescriptum non trahitur ad lites futuras. Sed in l. hæres quãdoq. sequendo opi. Bal. ipse respondet ad prædictum c. quòd ibi est speciale in delegato principis. quæ responsio non placet, vt dixi in d. l. hæres quandoque. vnde verior videtur opi. posita hic. Pro opinioue tamen Bal. facit, quod ponit An. Sic. consi. suo cclxij. vbi limitans ea quę scribit Bar. in l. si confes. ff. de cust. reo. dum voluit, quòd super accusatione inepta iudex possit procedere ad condemnationem, bene constat de delicto per confessionẽ partis: ipse dic, quòd hoc est verum in iudice ordinario, sed delegatus hoc non potest propter mandatum & iurisdictionem limitatam, quæ regulariter nõ extendit ad aliud: vt in c. P. & G. & quod ibi no. de offi. dele. Prima tñ cõclusio est verior, maxime per tex. ĩ c. abbate. Alibi etiã limitat Bal. sing. hãc doctrinã, videlicet ꝙ habet locũ quando conditio impleta retro trahitur, sicut in contractibus, vt videbis in l. si filius. j. e. Secus esset, qñ cõditio non traheretur retro, sicut in legatis. l. j. §. serui. ff. ad Sylle. nam tunc neq; vere neq; ficte ius nouũ vere est deductũ in iudicio: & ideo non põt sequi condemnatio sine nouo processu. Ita tenet Guil. de Cu. quem refert & sequitur Bal. in l. non quẽadmo. s. de iudi. & hanc opinionẽ attribuit sibi Ang. tanꝗ suam, in l. non videt. s. eo. Sed potest defendi etiã in isto casu opi. Bar. quã ipse tenet expresse in legato conditionali in l. si mater. §. eandem. in fi. ff. de excep. rei iu. vt dicamus, quòd quia ius quod oritur de futuro habet originẽ à contractu deducto iam in iudicio, maxime qñ lex permittit agi de facto, sicut in casu nostro, propter cõnexitatẽ contractus deducti in iudicio. Et quia est quodãmodo obligatio nascẽs accessoria contractui, ex quo oritur, possit seq sententia super isto iure de futuro, per ea quæ habentur in l. j. C. de fidei cõ. & in l. vbi autem. §. qui forte. j. e. Et sicut ego admitterẽ hoc indubitãter, vt dixi, qñ aliquis ageret de facto, lege permittente, sicut in casu nostro, ita quando quis ageret de facto voluntariè, & nõ repelleretur, quia pars non opponeret, credo dictũ esse valde dubiũ, & eligemus in lectione sequ. qd sit dicendũ. Pro opi. Bar. videtur tex. cũ glo. & quod not. ibi Ang. in l. litis cõtestatæ. nõ cõpetat actio contra pupillũ, qui nõ est fact⁹ locupletior: si tñ tẽpore sentẽtiæ est locupletior, cõualidat iudiciũ, & põt ferri sentẽtia, & tamẽ non censet pupillus retro fuisse locupletior. Vnde põt defendi indistinctè, ꝙ siue ius superueniens trahat retro, siue nõ, nihilominus cõualidet iudiciũ, si prius est actũ de facto: & hoc est æquũ, quia nõ põt negari ꝙ causa istius iuris est deducta in iudicio. s. cõtractus. Vnde aliquo modo libellãs de isto iure videtur cogitasse, sicut videmus quòd de æquitate canonica ius superueniens pendente iudicio, etiam si superueniat ex causa de nouo, conualidet iudiciũ, & super eo potest ferri sñia, qñ fuit actũ actiõe personali, vel reali, nõ expressa certa & limitata causa: vt est casus in c. abbate sane. ver. cæterũ. de re iu. lib. vj. & no. Ang. vbi hoc plenè declarat in l. itẽ videndum. §. pe. ff. de peti. hær. Inducitur autem illa æquitas ex hoc, quia verba non restricta ad certam causam videntur ex sui significatu posse comprehendere hoc ius de futuro. Sed qa oritur ex noua causa de iure ciuili, nõ posset ferri sentẽtia: vt l. non videtur. & l. queãd. præall. multo ergo fortius est dicendũ, quando ius oritur ex causa de præterito, quia virtualiter videtur deductum in expressione causæ, ex qua oritur. fateor tamen, quòd articulus est valde dubius. Et ad materiã vide optimũ & no. text. in l. quod si in diẽ. in prin. ff. de pe. hær. vbi probat duplex notabilis cõclusio in ista materia. Prima est, quòd ius superueniẽs pẽdẽte iudicio cõualidet iudiciũ ex cã de præterito. Secũda, ꝙ sufficit illud ius superuenire tẽpore sentẽtiæ ferẽdæ: & sic videt, ꝙ nõ sit vera cõclusio Bar. in l. si mater. §. eadẽ. pal. videlicet ꝙ si tale ius superueniat post cõclusum in cã non prosit. Ange. tñ sequit illud dictũ in illa l. itẽ videndũ. §. pe. ¶ Cõtrariũ tenet Io. Mod. & Io. An. in regula, in generali. in fi. cõmeti. de re iu. sed in c. cùm dilectus de ord. cogn. Io. And. quẽ sequit ibi d. Abb. dicit sing. ꝙ etiã exceptio suspitionis, quæ fundat in iure naturali, superueniẽs post cõclusum in cã nõ põt opponi. Contrarium tñ tenet d. Ant. & melius in c. j. de mu. peti. quia vt inquit Bal. in l. cũ ꝓpria. C. si quis alte. vel sibi. in simili qõne. cõclusio in cã nõ respicit tẽpus futurũ, & forte ista opi. est verior de iure, maximè per tex. in d. l. quod in diẽ. in prin. in casu tamẽ nostro alia obtineret in practica, quia est cõmunior. Et si vis tenere hanc opi. oportet dicere, ꝙ ad iudicium agitandũ paria sunt esse cõclusum in cã, vel sñiam esse latam. † Illud ẽt scias, quòd si ille qui egit de facto pẽdente conditione, succubuit, purificata postea cõditiõe poterit iterum agere, nec obstabit sibi exceptio rei iu. Casus est in l. nisi. §. adhuc. ff. de tute. & ra. dis. & in l. Græcè. §. sub conditione. ff. de pign. Debes ẽt scire, quòd tunc ius superueniens ex cã de præterito prodest, vt possit sequi cõdẽnatio, quãdo tota res in qua debet sequi condẽnatio est deducta in iudicio: sed si fuisset deducta pro parte, tũc pro parte superueniente de nouo pẽdẽte iudicio: verbi gratia, per ius accrescẽdi non posset ferri sñia: gloss. est no. quã ibi approbat Ang. vbi etiã est bonus tex. in materia in l. qui repudiãtis. in priu. ff. de inoffi. test. Posset tamen ferri sentẽtia de iure, quòd accreuisset pẽdente iudicio per alluuionẽ ad rem petitã. Casus est no. & ibi hoc ponit Ang. in l. fructus. in fin. & l. seq. ff. de rei ven. Et adde ad materiam nostrã, quod not. ponit Ang. in l. si autẽ. §. possidere. de rei vẽd. vbi determinat, vtrũ qñ ille qui possidet agit rei vẽd. ignorans se possidere, possit obtinere contra reum, si pẽdente iudicio transferatur possessio in reum. ¶ In eadẽ gloss. ibi: & sic est cõtra. j. e. ita stipulatus. Secunda solutio approbatur communiter coniuncta cum prima, vt hic plene per Bar. & Modern. reprehenditur quædam solutio Pe. qui dixit quòd in ista l. obligatio erat pura, quia isti erãt duo rei credendi, & per consequens fuit expressa conditio, quæ tacite inerat. Bartol. enim reprehẽdit hanc solutionem, dicẽs quòd hic non poterant esse duo rei, † quia disparitas non poterit reduci ad paritatem aliquo

caſu:vt l.eandem.§.j.de duo.reis.Cui adde quod Pau.de Caſt.hic nititur
defendere ſolutionẽ Pet.ad minus in hoc,quòd hic potueritꝰ eſſe duo rei.
Mouetur,quia ſi promiſſor eſſet mortuus ante impletam conditionem,
poteſtas implendi conditionem non tranſiret ad hæredem:vt l.ſi decẽ cũ
petiero.& ibi per Barto.infrà eod.ergo nec heres poſſet dare alteri iſto-
rum,nec vnus ex eis poſſet præoccupare conteſtãdo litem cum eo:& ſic
per mortem debitoris purificata eſſet conditio,quo ad vtrunq;,quia vter
que poſſet agere,cùm debitor deſijſſet poſſe dare alteri:& ſic videtur im
pleta conditio.Sed iſta ſubtilitas cum reuerentia nõ placet. Et primò cõ
ſidera,ꝙ ſi implemẽtum cõditionis non tranſiret ad hæredem ,non facit
impleri conditionem,ſed deficere:vt l.ſi decẽ.& l.qui Romæ.§ . Auge-
rius.j.eod.Et ſi tu dicas,defectus conditionis in vno.i.ꝙ non poſsit dari
vni ex duobus,eſt implementum cõditionis in perſona alterius. Dico ꝙ
hoc non poteſt dici dupliciter.Primò,quia ſi non poſſet dari vni ex duo-
bus, nõ eſt defectus conditionis in eo cui non poteſt dari, quia ſi debeba
tur promiſſum ſub alia conditione,ſi non daretur alteri,vnde ſecundùm
hoc,ꝙ facultas implendi non tranſeat ad hæredem, non induceret defe-
ctum conditionis,ſed potius implementum,quod eſt contra prædicta iu
ra. †Secundò ,quia ſicut conditio per mortem debitoris impletur, quo
ad vnum , ita impletur quo ad alium,& per conſequens reſultat perple
xitas,quia intentio promiſſoris & ſtipulantium fuit,vt vni tantũ debere
tur pecunia,non duobus.Vnde quia iſta duo implemẽta contradicunt ſi
bi adinuicẽ,non poteſt,cũ iſta perplexio eſſet indiſſolubilis,quòd obliga
tio amborum ſit purificata,ſicut non valeret ſtipulatio à principio, niſi
perplexitas non poſſet diſſolui per præoccupationem.Et ideo Bart. qui
habuit hanc mentẽ,bene dixit,ꝙ iſta imparitas non poterat reduci ad pa
ritatẽ.Et ex hoc infertur ad aliud dictũ domini Paul.dum dicit,quòd lex
noſtra non haberet locum quando eſſet appoſitus terminus implemen-
to huius conditionis negatiuæ:verbi gratia,ſi non dederis Titio decem
infra menſem,dabis mihi.Et econtra,ſi nõ dederis Sempronio decem, in
fra menſem,dabis Titio.vult enim ipſe,ꝙ iſto caſu pendẽte termino neu
ter poſsit agere in iſto caſu:allegat text.cũ glo.vbi dicit eſſe caſum quaſi
ad literam,in l.cũ tale.§.Meuia.ij.reſponſo.ff.de condi.& demon . Poſt
terminum autem debitore non ſoluente alicui cenſetur impleta condi-
tio in perſona vtriuſq;:& per conſequens ſi duo rei eſſent cõſtituti, vnꝰ
poſſet præoccupare conteſtando litem:vt l.ex duobus.j. de duob. re. Si
autem non eſſent conſtituti duo rei,tunc vnuſquiſq; poſſet agere inſoli
dum,nec eſt locus præoccupationi,& vni deberetur ſpecies,alteri æſtima
tio,ſicut dicitur in ſimili,in l.ſi pluribus.ff.de le.j.quæ dicta non ſunt ve
ra eadem ratione,quam diximus in precedẽti articulo.Nec tex.in §.Me
uiæ.loquitur in iſto caſu:ibi enim dicitur ſimpliciter,quòd quando termi
nus adijcit̃ diſpoſitioni,nunq̃; põt agi ante finem termini:& illã l.ad hoc
allegat Bart.in l.ita ſtipulatus.in iij.q.j.eo.Sed vbi eſſet iſta perplexitas,
de qua in litera,non eſt verum,ꝙ non poſsit agi & fieri præoccupatio an
te lapſum terminũ,quia imo poterit lis conteſtari,& per hoc incipiet cõ-
petere actio p̃occupanti,expectabitur tñ terminus,quo ad effectum ſo-
lutionis:vnde aut reus cõdẽnabitur ad ſoluendũ poſt terminũ, & ſi non
excipit,aut ſi excipit,non impedietur litis conteſtatio,ſed ſequeretur ab
ſolutoria,quia eſt actum ante diẽ:iuxta ea quæ notabiliter ſcribit Barto.
in l.lecta.ff.ſi.cer.pe.Vel poſſet dici, & forte non malè,vt dicebam in vo
ce in præcedenti lectione,ꝙ ſicut fauore libertatis eſt ſpeciale,vt ille cui
præſtatur libertas infra menſem,poſsit agere incõtinenti impleta con-
ditione:vt l.ſi ita fuerit.in fin.de manu.teſt.ita vt tollatur hæc proplexi
tas,iſta verba non inducant dilationem.Sed prior ſolutio magis placet,
vt poſsit agi pendente termino,quo ad effectum præoccupandi,ſicut vi-
demus ꝙ aliquando permittitur actori vt agat,& conteſtatur litẽ,quo ad
effectum perpetuandæ actionis,non tamen quo ad effectum condemnã
di reum:vt lege,ſenatus.& quod ibi nota. ff. de offic.præſi.nam ſecun-
da ſolutio habet vnum obſtaculum,quia propter tollendam vnam per-
plexitatem,& ſic ex eadẽ cauſa reſultaret duplex ſpecialitas circa idem,
quod regulariter nõ admittitur:vt l.j.& quod ibi nota.C.de do. promiſ.
Extra gloſſ.tractauit hic Bartol.& Moder.quomodo procedat iudicium
de facto parte non opponente.Et omittendo caſus claros,qui fuerunt di
cti in voce,adde inquantum Bartol.hic vult,quòd procedat iudicium de
facto,parte non opponente:nam alibi,videlicet in lege ſecunda, in prin.
de dote præle.quem adducit hic dominus meus,ipſe diſtinguit , quòd
aut à principio quis egit, & nunquàm competijt ſibi actio , aut à prin-
cipio competijt,ſed poſtea fuit extincta.Primo caſu iudicium eſt nullum
ſecundùm eum,intellige prout ipſe declarat in ſi.quãdo conſtabat iudici
ex actis agentem agere ſine actione,tunc enim procedit quòd iudicium
ſit nullum:vbi autem non conſtaret iudici, tunc indubitanter iudicium
procederet:vt l.cùm putarem.ff.famil.erciſcun.quam ipſe ita intelligit.
Secundo caſu valet iudicium,ex quo ſemel actio competijt.Primum mẽ
brum probat per dictam legem ſecundam,in prin.de cuius intellectu ſta
tim videbis . Secundum probat per iura quæ dicunt, quòd procedit iu-
dicium de facto parte non opponente:& videtur probari in l.ſi fideiuſ-
ſor.§.fin.ff.manda.& l.j.quod ibi not.C.de condict.indebit.Et iſta dicta
approbat hic dñs meus.dicit tamen,quòd in iudicibus duplicibus ſpecia-
le eſt,vt valeat iudiciũ,licet nunquàm competierit actio,per legem,cùm
putarem.præalleg.Et quia nullã aſsignat rationẽ differentiæ,& maxime
quia illa lex poteſt intelligi,vt intelligit Bar.quãdo non cõſtabat iudici
ꝙ ageretur ſine actione:de iſta limitatione nõ eſt multũ curandum,licet
iſta differẽtia d.Bar.in d l.ij.nõ videtur vera,ſed potius id quod dicit hic
ſimpliciter,maximè per iura quæ fortiter vrgent in oppoſitũ: nam text.
in c.abbate.præall.expreſſe præſupponit,ꝙ ex actis apparebat agentem
à principio egiſſe ſine actiõe,& tñ ibi dicitur,ꝙ iudiciũ nihilominus fue-
rat validũ:& ideo infert,ꝙ ex nouo iure potuit ferri ſentẽtia.¶ Secundò
cõtra iſtam opinionẽ eſt caſus ſecundùm ſecũdam lect.quã ibi approbãt
Bar.& Bal.in l.nã & poſtea.§.ſi damnetur.iuncta gl.ſua.ff.de iureiu. ibi
enim debitor iurauerat ſe non teneri.i.nõ eſſe obligatum . & ſic notoriè
conſtabat,quòd non erat obligatus ex actis,& tamen valet ſentẽtia lata
in oppoſitum.& hunc tex.no.ibi Bald.in prin.¶ Tertiò ad idem inducit̃
tex.valde no.in materia in l.j.§.accuſationẽ.ff.ad Turp.dicitur enim ibi,
ꝙ nihil intereſt vtrum ius accuſandi cõpetat à principio,& præſcriptio-
ne ſit extinctum,vel vtrum à principio non cõpetat ipſo iure : in vtroq;
deciditur ibi per iuriſcõſultum pariformiter,ꝙ accuſatio eſt penè nulla:
quæ verba oſtendunt hoc proprie,quòd aliquo caſu põt habere effectũ.
hoc enim demonſtrat ibi dictio,pene,& tex.in ſi.qui dicit,quod tales in
cidunt in ſenatuſconſul.Turp.hoc tenet ibi Bar.expreſſe per hanc vlti-
mam rationem,quia aliàs non inciderent in Turpil . Ergo patet primò,
quòd non eſt differentia,vtrũ ius deſinat ex poſtfacto , vel nunq̃; cõpe-
tat quo ad validitatem proceſſus:item quòd proceſſus valet,ſi pars non
opponat,& iudex non repellat.Sed principaliter pondero tex.dũ dicit,ꝙ
poſt Iaco. de Are. in l. ſi is qui de teſtamẽtis. & quod no. glo.
17 in c. fi. de re iud. lib. vj. quã adducit hîc Imol. ¶ †Et pro vlti-
ma quæſtione, quia eſt multum quotidiana, vidẽdum eſt qđ
tangit hic Ang. in repe. ſũa: videlicet nũquid ſi reperitur pro
ductio procuratorij facta in actis, & iudex enunciat, tenet ſen
tẽtia dicẽdo, & viſo inſtrumẽto mandati producto coram nõ
bis &c. Per iſta verba probetur mãdatũ pcuratoris. & tenet
quod non. alleg. Inn. in c. cùm in iure. extrà, de offi. dele. Sed
Mod. hic tenẽt oppo. ſiue reperiatur productio facta in aut̃. ſi
ue reperiatur quòd aduerſarius litigauit cum iſto tãquã cum
procuratore. alle. Inno. hoc tenẽtẽ ſecundùm aliam opi. in d.
cap. innotuit. de eo qui fur. or. recipit. & in c. quoniam contra
falſam. de proba. ¶ Tu aũt aduerte, quia iſta quæſtio põt in-
telligi dupliciter. Vno modo, vtrum pręſumatur mandatum
contra aduerſarium, qui litigauit in iudicio. Alio modo, vtrũ
præſumatur in præiudiciũ domini, cuius nomine procurator
litigauit. Primo caſu dico, ꝙ ſi reperiatur ſola productio facta
in actio. & etiam iudex pronunciet ſe vidiſſe inſtrumẽtum in
ſentẽtia, indubitanter non probabitur mandatũ, quia per ſo-
lam productionẽ apparet, ꝙ procurator habebat inſtrumẽtũ
mandati. & produxit illud in iudicio. Sed non apparet vtrũ
inſtrumẽtũ fuerit legitimũ, vel ſufficiẽs ad cauſam de qua agi
tur. Nec creditur iudici enunciãti: tũ quia non impoſuit ei fi-
dẽ pręſentibus partibus, vt debuit: tum quia refert ſe ad aliud
inſtrumẽtum, & ſic non facit fidẽ de tenore inſtrumẽti: vt in
aut̃. ſi quis in aliquo. C. de edẽ. Vñ credo, quòd etiã ſi diceret
in ſentẽtia viſo inſtrumẽto procuratore legitimo, & ſolenni,
adhuc nõ ſufficeret, quia iſta ſunt verba enũciatiua, non diſpo
ſitiua: ſecus ſi iudex anteq̃ proferret ſniãm pronunciaſſet mã
datũ legitimũ: & ita intelligat Bart. dicta Inn. in c. cũ cõtra.
al. in l. licet. C. de pc. vbi eſt vidẽdũ. Secũdo caſu eſſet magis
dubiũ, qa ex quo pars litigat cũ eo, tãq̃ cũ pcuratore, videt̃ fa
teri eũ eſſe procuratorẽ legitimum: ar. l. optimã. C. de cõtrah.
& cõ. ſtip. quæ bñ facit. Vñ glo. ſingu. in d. l. licet. tenet iſto ca
ſu, ꝙ qui dicit procuratorẽ eſſe falſum, debet hoc probare in
prima lectura illius legis. Sed Bar. ibi ſequẽdo Guid. de Suza.
dicit ꝙ iſta opi. non eſt vera. mouet̃, quia qui haberet proba-
re procuratorẽ, non habuiſſe deberet probare negatiuã non
coarctatã, q̃ p rerũ naturã nõ põt pbari: vt l. actor. C. de pb.
& in c. j. de conf. li. vj. cũ ſi. Sed iſta rõ cũ reuerẽtia parũ vrget
cõtra gl. quia ipſemet fatet̃ inferius in pen. col. ꝙ iſta negatiua
poſſet pbari pbãdo mandatũ fuiſſe reuocatũ. Poſſet ẽt pro
bari, ſi pbaret̃ ꝙ nõ potuit cõſtitui pcurator, ita ꝙ mandatũ
fuit nullũ ipſo iure: qđ qñ ſit, declarat̃ in d. l. licet. p Bartol.
licet em̃ hoc caſu pcurator nõ eſſet falſus, ſumẽdo proprie fal
ſum, tñ nõ eſſet procurator. Præterea poſito ꝙ iſta negatiua
nõ eſſet pbabilis, imputet ſibi, q allegat ex quo habet p̃ſum-
ptionẽ tacitæ cõfeſsionis cõtra ſe, ſicut dicit Inn. in c. ſup his.
de accu. & plene p Mod. in l. hoc iure. ſ. e. & p Bal. in l. cũ mu-
lier. ff. ſolu. ma. & ideo Bald. in d. l. licet. dicit glo. eſſe verã, ꝙ
pręſumit̃ mãdatũ poſt ſniãm. Sed ante ſniãm tenet opi. Bar.
& eſt diſtinctio ſatis æqua, de iure tñ poſſet defendi opi. glo.
ſimpliciter: ſicut tenẽt Mod. hic per tex. in d. l. optimam. ¶ Se
cũdo caſu principali valet, videlicet cñ pcurator negaret ha-
bere mãdatũ à dño: qa forte fuit lata ſnĩa cõtra pcuratorẽ: tũc
indiſtincte verũ eſt ſecũdũ Bar. in d. l. licet. ꝙ præſumit̃ mãda
tũ, ẽt ſi iudex pnũciaſſet ſup mãdato, quia iſta pnũciatio nõ
põt nocere dño, qui nõ fuit citat⁹. Tãgit etiam hic Ang. vt di
xi de iudice delegato, & dicit quòd ſi partes litigant corã ali-
quo, tanquã coram delegato, non præſumitur pro manda-
to delegationis: vt in c. cũ iure. præallega. ſed Moderni tenẽt
hic oppoſitũ, diſtinguẽtes ſecundùm Inn. in c. innotuit. & in
c. quoniã.

c.quoniã.§.alle.ꝙ aut proceditur contra præsentes, aut contra absentes. Primo casu non præsumetur pro mandato, intelligitur, nisi iudex pronũciauerit se iudicem competentem, secundùm Bartol. in l.ij.si quis in ius voca. non ierit.¶ Secundo casu præsumitur pro mandato, per ratione, quã dixi in articulo præcedenti, per quã credo istam doctrinã esse verã. & ita distinguit Bald. quem adducit hic do.me.in l.gesta.in fin.C. de re iud. Ita debes intelligere dicta Bald. & distinguere quæ ipse posuit allegando Inno.in locis prædictis in l.licet.C.de procu.& hoc teneas quicquid dixerit Ang.in l.ij.si quis in ius voca.non ie.vbi refert Inno.tenere simpliciter, quòd pro mandato delegati præsumitur, etiam si sit processum in contumacia partis, quod non habet ratione, quia nulla est causa hic, quòd ista solennitas extrinseca debeat præsumi. Adde etiam secundùm Ang.hic, quòd quando arbiter qui fert laudum præsentibus partibus & consentientibus narrat compromissum factum in se, non est opus ostẽdere aliter compromissum factum, quia ex quo partes in illo tẽpore potuerunt facere cõpromissum, anteꝗ̃ sentẽtia ferretur: ita solẽnitas enũciata in instrumẽto laudi præsumitur interuenisse, per ea quæ dicta sunt s.per Barto.& alios. Sed do.me.impugnat hoc dictum: quia si compromissum præsumitur factum eadẽ die, ergo eadem die qua fuit factum compromissum videtur lata sententia, vel laudum, propter celeritatẽ erit nulla, quia præsumaᵗ lata sine causæ cognitione, secundũ Bal.& Ia.Bu. in l.prolatã.C.de sen.& idẽ dicit Bal.in arbitro, quem ipsi nõ allegant in c.j.de inue.in ma.fac. Tu aũt cõsidera, ꝙ si arbiter fert sñiam de cõsensu partiũ, non tñ partes approbãt tenorẽ sentẽtię: ista doctrina forte posset esse vera, tñ nõ firmo eã pro nũc: sed qñ partes consentirẽt arbitro non solũ ꝙ ferret sñiam, sed ꝙ sic ferret, tũc valeret sñia.& ita forte intellexit Ang. quia videᵗ fateri omnia contenta in sñia esse vera: vñ non põt dici sñia lata sine causæ cognitione.& per ista sit finita ista difficilis lex.

Franciscus Aretinus.

SI rem meam. Sub conditione valet stipulatio rei suæ cõcepta sub cõditione extrinseca.h.d.nõ diuiditur.¶ In gl. vnica ibi:& nõ tenetur: vt s.ti.j.l.oẽs.ista gl.debet intelligi secũdũ Mod.& bene, qñ stipulatio fuisset interposita ex cã lucratiua: quia duę causæ lucratiuæ non possent cõcurrere: vt diciᵗ in d.l.omnes. Sed si stipulatio fuisset interposita ex cã onerosa, hoc nõ esset verũ, quia vna causa onerosa bñ põt concurrere cũ causa lucratiua: vt tradit in d.l.oẽs.& plenius in l. Meuius.§. duobus.ff.de leg.ij. Et ad materiã istã adde qđ scripsi in l.existimo.j.co. vbi referẽdo do.m.hic posui ad istã materiã tres not.limitationes.†Sed prima est notabilior cæteris, quã posuit hic do.m.vult enĩ ꝙ qui stipulaᵗ rẽ suã simpliciter, intelligit nõ stipulando expresse rẽ suã sibi dari, videᵗ causa stipulari respectu possessionis, quæ est penes aliũ promittẽtẽ. alle.tex.in l.scire debemus.§.fi.s.eo. Sed ad illũ tex.ego sequẽdo lecturã Bar.rñdi in d.l.existimo.sed quia nũc scribẽdo in d.l.scire debem⁹.in fi. sum secutus lecturã Dy.adhuc secũdũ illã dico, ꝙ illa l.nõ facit ꝑ d. me. qa ideo stipulatio in primo casu illius legis videᵗ facta ad rẽ tradi, & non ad rẽ dari, qa erat appositũ verbũ, facere, in stipulatione, ꝑ qđ declaraᵗ ꝙ verbũ, dari, poniᵗ improprie. Vel põt dici, addẽdo ad ea q̃ ibi dixi, ꝙ in stipulatione fuit appositum verbũ, quicquid te dare facere oportet: vñ partes videnᵗ voluisse fure esse obligatũ dũtaxat ad id qđ prius tenebatur, & nõ vltra. Sed nõ tenebaᵗ trãsferre dominiũ, qđ nõ poterat, licet conditio ad dãdũ cõpeteret agẽti: quia omnis cõditio degenerat cõtra furẽ: ergo verba stipulatiõis nõ vidẽtur interposita respectu ꝓprietatis. Et qualiter ille tex.faciat cõtra do.me.in verbo, plerũq;.in verbo, videᵗ.dixi ple ne in d.l.existimo. Et super ista limitatione vide tex.& qđ ibi per Bar. & Imo.in l.si rẽ aliquã.ff.de acq.pos.cætera dic vt ibi dixi. Tangit etiã hic Pe.& Cy.& post eũ Imol.not.q.de eo qui prohibeᵗ à statuto agere per procuratorẽ, nisi impetret priuilegiũ à principe, vtrum si prius cõstituit procuratorẽ, deinde impetrauit priuilegiũ, post priuilegium impetratũ procurator possit agere: de qua scripsi plenissime in d.l.existimo. Et pro illa quæstione vide tex.sing.quem ponderat ibi Bal.in l.præcipim⁹. §.fi.C.de ap.& quod no.ponit Io.And.in ti.de accu.§.sequitur.in additione magna.in verbo, est alia qõ.& Bald.in rub.C.de condict.ob turp. cau.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.in vltima charta.de his qui notan. infa.& quod ponit do.Abbas in cap.post cessionem.extrà, de probatio.

Franciscus Aretinus.

SVMMARIVM.

1 Actio ex testamento quamuis sit stricti iuris regulatur secundũ nomen actionis bonæ fidei.
2 Turpitudo sua allegari põt quando per alium est detecta.
3 Tempore licito & illicito cùm quid fieri potuit, præsumitur in dubio factum tẽpore licito, vt delictum excludatur.
4 In actione doli debet libellus continere quis fuerit deceptus.

SI Stichus. Si debitor in diẽ interpellaᵗ, postea res pereat, perit periculo creditoris. Sed qa istud summarium habet aliquam subauditionẽ, dic breuius: Periculum interitus in obligatione in diem ante lapsum diei pertinet ad creditores. hoc dicit. Non diuiditur, quia gloss. sunt claræ, & de materia l.si ex legati causa.s.codẽ.¶ Superest declarare tres quæstiones, quas posuit hic Bart. Prima est, vtrum si bos fuit promissus per debitorem, & moritur ante moram ipsius debitoris. sicut debitor liberatur ab ipsa specie per interitum ipsius, ita liberetur à pelle, & carnibus ipsius bouis, quæ restant. Super qua quæstione adde d.Bar.& Cy.in l.nõ mortuorum.C.de contrah.& const.stipu.distinguit aliter ꝙ hic Bart.& illũ sequitur hic Pau.de Ca.dicit enĩ, ꝙ aut loquimur in cõtractibus bonę fidei, & tũc semp põt agi ad prædicta: allegat l.vẽditor.in fin.de hę.vel ac. vẽ.& l.tenetur.§.ij.ff.de ac.emp.in fi.aut loquimur in cõtractibus stricti iuris, & tunc nihil põt peti: ita intelligit l.mortuo boue.in prin.de le ga.ij.¶ †Sed contra istam distinctionẽ facit, quia actio ex testamẽto licet sit stricti iuris, regulatur secundũ nomen act.bonæ fidei: vt l.in minorũ, in qb.cauf.in integ.restitu.non est ne. Prætereà ll.allegatæ per eum loquuntur, quando petit aliquid quod restat de eo quod fuit venditum. & fuit comprehẽsum in vẽditione. Sed in casu nostro nõ est sic, quia bos fuit promissus, & postꝗ̃ interijt caro, & corium, non videntur venisse in promissiõe: quia sunt aliud ab eo quod est promissum: vt no.in d.l.mortuo boue.in prin. Et ideo melius est sequi di.Bar.distinguentis inter causam lucratiuam, & onerosam. Pro qua bene facit text.quem ipse alle.in tertia quæstione in l.in summa.§.si seruum.ff.de cond.inde.vbi probatur, ꝙ quando actio competit ex causa onerosa ad rem, nõ solùm competit ꝑ ipsa re, sed etiã extincta obligatiõe rei remanet accessoria ad ipam rem: nam tex.in l.si seruus.§.boue.per quẽ Bart.se fundat, vt dicũt pręfati docto.& bene, nihil facit, quoniam ibi condictio furtiua competit ad carnes, & corium, ex noua contrectatione facta de carnibus ad me pertinentibus, nõ ex priori obligatione: vt expresse dicitur ibi in text. Quin imo à cõtrario sensu facit in oppositum illa lectura, quia probatur ibi ꝙ nisi secuta fuisset contrectatio non competeret condictio furtiua. Sed ad hoc habes respondere, ꝙ illud est ideo, quia erat cautũ creditori alia via, quoniã poterat petere æstimationẽ totius rei, ex eo quia res perierat periculo debitoris, quia fur semper dicitur esse in mora: vt l.inter stipulantem.§.placet.vel fi.j.eo.sicut diciᵗ expresse in d.§.boue. Et quia Bartol. hic plene tangit illam qõnem, qualiter si res obligata occiditur à creditore, debitor possit agere actione l.Aqlię cõtra eũ.adde dictis eius inquãtum ipse vult vnà cũ gloss.in l.legis Aquiliæ.ff.ad l.Aql.ꝙ si res sit debita sub conditione, vel sub die incerta, indistinctè cõpetat actio l.Aql. debitori. Nã hoc videᵗ cõcedendũ, quo ad hoc vt possit fieri condemnatio ad interesse de ipso creditore, licet non quo ad hoc vt possit fieri executio indistinctè: sed ita demũ, si existat conditio: ita videᵗ probari in l. in lege Aqlia si deletum.in fi.ff.ad l.Aql. Vñ posito pro vero & cõstãti, ꝙ si debitũ esset purũ, non posset agi l.Aquilia contra venditorẽ: vt tenet Bar.& statim diceᵗ, etiã contra creditorẽ conditionalẽ nõ poterit fieri executio in actione legis Aquiliæ, si cõditio extaret, & sic efficereᵗ debitor purus. Sed si cõditio deficeret, quo casu ipsi creditori nõ cõpeteret actio contra aliũ: vt in d.l.in l.Aql.in fin.& sicut deficiente cõditione nõ cõpeteret actio cõtra aliũ creditorẽ, quia sua nõ interest: ita econtra impleta cõditione in casu nostro nõ deberet cõpetere actio l.Aqliæ debitori aduersus creditorẽ, quia sua non interest: nam non põt assignari bona ratio differentię inter istos casus, retẽta opin.Bar.de qua dixi. Sed si debitor haberet actionem l.Aquiliæ, etiam pro re occisa, quę debebaᵗ pure, multofortius haberet actionẽ pro re, quę debebaᵗ sub cõditione, vel die incerta.¶ Secundò adde inquantũ Barto.dicit, ꝙ qñ res deberetur pure, non posset agi l.Aquilia à debitore, nisi inspectis triginta diebus retro, vel anno, secundũ diuersos casus illo tempore, ad qđ fiet retractatio, res non fuisset debita, quia illo tẽpore non extiterat conditio, vel dies incerta: quo casu secũdũ eũ nihil põt interesse debitoris, cũ interitu speciei sit liberatus: nam ista videtur magna diuinatio, & restrictio ad text.in l.legis Aquiliæ.in prin.ff.ad l.Aquil.vbi simpliciter diciᵗ, ꝙ si ante moram creditor occidit speciẽ debitam, cõpetit cõtra eũ actio l.Aql. Vñ lex quę indistinctè loquiᵗ, indistinctè debet intelligi, secundũ Imo.hic, q etiã dicit contra Bar.esse casum in l.Stichũ aut Pamphilũ.l.Aql.quę lex nihil penitus facit: qa ibi ꝑ interitũ rei ante morã debitor nõ erat liberatus ab obligatione, qm̃ obligatio erat alternatiua, & tenebatur præstare aliam rem, vñ remanebat manifestũ interesse debitoris. Sed in casu nostro nullum est interesse, vt dicit Bart.& ideo opi.sua videtur vera: pro qua adducit do.Ioã.tex.in ratione decidẽdi in l.arbitrio.§.fina.ff.de dolo. Dicit enim ibi, ꝙ si tertius occidit speciẽ debitã pure liberatur debitor, & quia liberatur, non competit sibi actio l.Aquiliæ. Vñ põdera, ꝙ causa de negãdi actionẽ ibi est, quia debitor liberaᵗ: & sic quia sua nõ interest, sed ista ratio pariformiter habet locũ in casu nostro, quia etiã occidente creditore ante moram debitor liberabitur, vt in l.nostra: ergo non videtur sibi cõpetere actio. Sed ipse rñdet sustinẽdo opi.suã, ꝙ differẽtia est inter tertium & creditorem: quia si creditor allegaret debitorem esse liberatũ, ex occisione facta per se, allegaret turpitudinẽ suam, & nemo põt turpitudinem suam allegare: vt l.iusiu.§.fin.& l.seq.ff.de iureiurand.& c.inter dilectos.extrà, de exces.prælato. Sed ipsemet perpendit versus fin. commẽti, ꝙ ista ratio differentiæ est inanis: quia & similiter tertius contra quẽ debitor ageret l.Aquilia.allegando ꝙ debitor esset liberatus ex occisione à se facta, allegaret turpitudinem suam, & nihilominus admittitur ad repellendum debitorem agentẽ. Sed quare tertius admittaᵗ ad alleg.istam suam turpitudinẽ, vel etiã creditor in casu nostro nõ ostẽ

dit vel non soluit.†Tu ergo dic, quòd turpitudo sua pôt allegari, quando est detecta per aliũ, vt plene traditur in d.l.iusiu.de iureiu.in fin.& l. qui iurasse.§.fin.ff.eo.Sed hic turpitudo erat detecta per agentẽ, qui dicebat seruum esse occisum à tertio, vel à creditore, ergo pôt allegari, nam assertioni aduersarij pôt quis stare, etiam vt corrigat errorẽ proprium: vt l.j.§.cæterum.ff.de vẽt.inspi.& per Barto.in l.post legatum.in prin. ff.de his quib.vt indig. Vel dic, quòd excipiẽs non fundat se immediatè in turpitudine, scilicet in occisione, sed in dispositione iuris, quæ sequitur ex facto turpi, videlicet ꝙ per interitũ speciei ante morã debitor liberatur. Et quia ista ratio differẽtiæ, vt vidisti, nõ habet locũ, ideo ipse nititur assignare aliã rationẽ diuersitatis. dicit enim, ꝙ spãle est in creditore, & in odiũ ipsius, ꝙ si occidit rẽ sibi debitã, teneat l. Aqui. debitori, ꝗuis debitoris nihil intersit: ꝑ l.extat.cũ materia s̃.qđ me.cau.vbi dicit, ꝙ imponitur pœna creditori dicenti sibi ius propria autoritate. Sed certe in casu l.extat.maior pœna imponeret illi, qui violẽter spoliaret aliquẽ sine aliquo prætextu, & tanꝗ prædo, vt patet ex ibi notatis, & in l.si quis in tantã.C.vñ vi.vñ nihil videt posse ex illis ll.induci spãle, quasi plus delinquat creditor dicẽdo sibi ius, ꝗ alius qui violẽter occupat rẽ: imo videtur delinquere minus, quia ante edictum diui Marci, de quo ibi, & in l.si creditores.ff.ad l.Iul.de vi.non videtur datum remedium contra creditorẽ occupantẽ. Vñ quærẽda est alia ratio differẽtiæ: quia istæ rationes nõ sunt aliquo modo de mẽte iuris. Reiectis ergo istis rationibus domi. Ioan. vidẽdum est, licet conclu. Barto. diuinet ad text. vtrum possit saluari eo modo, quo ipse dicit, quòd competat actio legis Aquiliæ, si tẽpore quo obligatio retrotrahitur res non erat debita purè. & videtur dicẽdum quòd non, quia attẽto tẽpore præsenti delictum non erat punibile per actionẽ ciuilẽ secundũ eũ: ergo non debet fieri retrotractio, vt delictum sit punibile, quia fictio fundatur super æquitate: vt l.j.§.si vir.& ibi per Barto.s̃.ff.de acqui.poss. Sed hoc esset iniquum, quòd delictum qđ inspecta veritate nõ esset punibile per fictionẽ, efficeretur punibile per regulam positam in l.si præses.& in l.interpretatione.ff.de pe.ergo hoc non est dicẽdum. facit optime qđ scribit Bart.in l.non solũ.§.sed & reprobari.de no.ope.nunci.& est tex.& glo.in fin.C.de peti.hære.†quòd quando aliquid potuit fieri tẽpore licito & illicito, in dubio præsumitur factum tẽpore licito, vt excludatur delictum. Vñ cogimur dare aliã solutionẽ, vel ꝙ ibi loquatur in debito conditionali, vel in diẽ incertã: sicut tetigit ibi glo. quæ solutio posset sustineri hic, non secũdũ ea quæ suprà dixi, quia statim fiet condẽnatio per actionẽ l. Aquil. nõ tamẽ habebit effectũ & executi. si postea sit impleta cõditio, quia iam desinit debitoris interesse, sicut cõtra dicimus in creditore: vt l.in l. Aquil.ff.e.& s̃. declaraui. Vel potes dicere, & subtilius, ꝙ actio competit debitori, si nõ vult esse liberatus per occisionẽ creditoris: quia forte magis sua interest posse agere l. Aquil. cõtra creditorẽ, vel quia actio illa crescit per infitiationẽ, vel ex aliqua alia causa. Et si dicatur, ergo idẽ erit dicẽdum in l.arbitrio. §.fin.ff.de dolo.qñ tertius occidit, dico ꝙ est differẽtia, quia respectu illorũ inter quos erat obligatio, pôt considerari hoc quod dixi, ꝙ si ex facto iniquo creditoris res sit perẽpta, debitor possit non habere ratam istã liberationẽ propter delictum creditoris, cui competebat obligatio, sed ad præiudicium tertij, quia non erat pars obligationis, ista electio non daretur debitori, sed simpliciter contingeret liberatio ipsi debitori, & non daretur actio. Vel pôt dici, quòd etiã in casu l.arbitrio.in fin. debitor eligẽdo act.l. Aquiliæ posset agere, si non vellet esse liberatus: sed si vellet non posset agere. & isto casu pôt intelligi ille tex.& ista solutio melius pôt defendi. Potest etiam dici, sicut dicebam in voce, attẽta mente iurisconsulti in secundo responso.in d.l.legis. quòd quãdo spẽs occiditur ante moram, ideo datur actio l. Aquiliæ debitori, quia aliquo casu pôt cõsiderari spẽs quæ erat in obligatione, vt non debita, inspecto futuro euẽtu: nam si res perijsset naturaliter, extingueretur obligatio penitus, & sic ista res non esset debita: vt in l.nostra. Si aũt duraret vsq ad tẽpus solutionis, esset debita. Vñ quia aliquo casu poterat esse nõ debita, inspecto euẽtu futuro, licet inspecto præsenti statu vere esset debita in odium delinquẽtis, consideratur vt nõ debita, ex quo poterat aliquo casu nõ deberi: quia concurrẽtibus duabus qualitatibus in odiũ delinquẽtis debebit considerari illa quæ nocet: vt l.si vir.& ibi per Barto.s̃.de dona.& bene facit text.in l.sufficit.de cond.ind.†vbi ne quis locupletetur cum aliena iactura, attẽditur illa qualitas, quæ nocet, nõ illa quæ prodest recipiẽti indebitum: nec mireris, ꝙ licet res inspecto statu præsenti sit vnius qualitatis, propter id tamẽ qđ pôt contingere de futuro, non consideretur vt huius qualitatis, quia hoc contingit aliàs in l.Gallus.§.vidẽdũ.& qđ ibi not.ff.de lib.& posthu.& in l.j.§.sciẽdum.de suis & leg.& in l.sed & si quid.§.j.de vsufru.vbi bonus tex.& ista solutio minus violat literam, ꝗ aliqua: quia tamẽ articulus est scrupulosus, cogitãdum est, si possumus inuenire melius vsq ad lect.sequẽtẽ. Hæc tamẽ vltima solutio multum colligitur ex mẽte d.l.in vl.respõso.in ratione decidẽdi: dicit enĩ iurisconsultus, ꝙ quando res occiditur post moram, creditor non facit iniuriam, nisi sibi, quia in omnẽ euẽtũ, etiã si res periret naturaliter deberet sibi res vel pretiũ: quæ ratio demõstrat, ꝙ in casu præcedẽti poterat esse aliquis casus, in quo iniuria & damnũ inferebatur debitori, quia poterat considerari aliquo casu, ꝙ res nõ erat debita. Et licet illo casu cessaret interesse debitoris, nõ tamẽ cessat inspecto tẽpore occisionis, quo tẽpore res erat in rerũ natura, si cõsideratur vt non debita. Do.me. hic tenet opi. Mod. videlicet quòd in l.legis Aquiliæ.in primo rñso. possit agi cõtra creditorẽ simpliciter, quando obligatio est pura. Non obstat, secundũ eũ, ꝙ tunc nõ videatur cõpetere actio debitori, quia nihil sua interest. Nã pro interesse debitoris satis est, ꝙ sit dominus, licet nihil sua intersit, vt competat sibi actio: qđ probat, quia etiã actio furti nõ cõpetit, nisi illi cuius interest: vt l.in furti.in princ.& in l.is cui.ff.de furt.& tñ si furatur debitori res tradẽda creditori, quamuis re perdita sine culpa debitoris ipse debitor sit liberatus, nihilominus ex hoc solo, quia est dñs, competit sibi actio furti: alle.tex.no.in l.si vẽdidero.in prin.j.de furt.ergo pari ratione dicemus, ꝙ licet debitori nihil intersit, qñ seruus est occisus à creditore, nihilominus quia dñs est, cõpetit sibi actio l. Aquiliæ. & in veritate multum coloratè adducit illam legẽ. Non obst.tex.in l.arbitrio.§.fi.in ratione decidẽdi, quę multũ facit pro Barto. quia ibi si concederetur act.l. Aquiliæ debitori, cõpeteret etiã actio de dolo creditori. & sic de eodẽ delicto quæreretur sæpius: qđ videtur esse inconueniẽs: vt l.senatus.de accu.& l.tenet.§.fi.ff.nau.cau.sta. Sed quãdo creditor ipse occidit, non cõpetit actio, nisi vni, scilicet debitori: & ideo facilius hoc conceditur. Sed ad istam legẽ non potest responderi, quia in actione furti non requiruntur ista duo copulatiue, vt possit agi, videlicet quòd aliquis sit dominus, & ꝙ eius intersit: sed sufficit alterũ istorum. & ideo est mirum, si debitor cui res fuit subrepta, potest agere, licet sua nõ intersit. & ita colligitur ex dictis Bart.in d.l.si vẽdidero.in princ.§.in l.in furti.in prin.eo.ti.& hoc satis patet ex diffinitione furti, quia dicitur cõtrectatio rei alienæ inuito dño. Vñ satis est, ꝙ aliquis sit dominus, & inuito eo sit facta contrectatio ad concedẽdã actionẽ furti. Sed in l. Aquilia est aliud, nã ista duo requiruntur copulatiue. Requiritur enĩ, ꝙ agẽs sit dominus: vt l.itẽ Mela.§.legis.ff.ad l. Aquil. Item ꝙ sua intersit: dicit enĩ tex. Insti.ad l. Aql. in princ.& in l.j.ff.eo. quòd actio l. Aquil. est actio damni iniuriæ, id est competẽs ad damnũ illatũ per iniuriã: vñ non pôt habere locũ, nisi quando aliquis est dãnificatus. ille aũt cuius nihil interest damnũ esse datũ, nõ dicitur dãnificatus. Casus est expressus in l.sed & partus.§.Iul.ff. quod met.causa. Vñ infert ibi iurisconsultus, ꝙ actio, qđ me.causa. illo casu nõ cõpetit, quia datur pro dãno illato, quę lex est multũ no.in ista materia. †Amplius pôt dici, ꝙ etiã si actio furti posset cõpetere cõtra tertiũ debitorẽ, quãuis sua nihil intersit, non tñ pôt cõpetere ipsi debitori cõtra creditorẽ, licet sit dñs, ex quo sua nihil interest. Casus est sing. & ita ibi intelligit Bar.in l.cum qui.in princ.ver.vsq; adeo.ff.de furt.& sic videretur in casu nostro, ꝙ quãuis actio l. Aqui. contra tertiũ posset cõpetere dño, licet nihil sua interesset, tamẽ contra creditorẽ nõ possit cõpetere ex hoc solo, quia debitor est dominus. Vñ ex isto fundamẽto opi.do. Ioan. & d.mei non pôt procedere, & maximè quia non bene respõdit ad tex. in d.l.arbitrio.§.fin.nã vt s̃.dixi, creditor qui occupat rẽ sibi debitã, non plus delinquit, quàm ille qui rem nullo modo sibi debitã occupat: quod patet, quia si occupet per vim cõpulsiuã, non tenetur actione, qđ metus causa.& tñ alius occupans teneretur: vt in d.§.Iul.& sic patet, ꝙ non solũ non delinquit plus, sed minus. Præterea creditor qui occidit rẽ, nõ debet soluere sibi propria autoritate, nec facere aliquid simile, imo tollit facultatẽ, ꝙ sibi soluatur, ex quo per interitũ debitor liberatur: & ideo gl. not.in l.extat.in vlti.glo.ff.qđ me.causa.expresse determinat, ꝙ pœna illius l.non habet locũ, si creditor dat dãnũ in re sibi debita. Solutio etiã domini mei non est bona: quia si per hoc nõ deberet dari actio duobus, ne de delicto eiusdẽ hominis sæpius quæreretur: nõ deberet potius dari actio de dolo creditori, attẽto ꝙ dolus non fuit cõmissus ex contẽplatione sua, & etiã quia actio de dolo est subsidiaria: vt l.j.§.idẽ Põp.& §.fi.ff.de dolo.nec tñ pateretur damnũ propter hoc, quia deberet sibi cedi actio, vt ibi dicitur in glo. Posset tñ dici, ꝙ nõ euitaret damnũ indistinctè, sed solũ quãdo esset creditor ex causa onerosa: vt j.videbis. Præterea tex.in d.§.fin.non fundat se in ista ratione, sed in hoc solũ, quia debitor est liberatus. Vñ ista solutio diuinat ad text. Tene ergo ad intellectũ d.legis.in princ.aut solutionẽ quam vltimo loco dedit, aut illã quã tangit glo.in d.l.ꝙ creditor non erat creditor purus, sed sub conditione, vel in diẽ incertam, quæ est vera, licet diuinet ad tex.& licet glo.eã reprehẽdat in l.arbitrio.in fi.per l.huic scripturæ.in prin.ff.ad l. Aquil.vbi videtur probari, ꝙ etiã si non sit creditor conditionalis, sed purus, debitori, qui est pure debitor, cõpetit actio legis Aquiliæ: nã salua reuerẽtia glos. in casu l.huic scripturæ.tẽpore quo seruus fuit occisus, hæres nõ erat debitor aliquo modo, neq; hæreditas iacẽs, quia post aditam hæreditatẽ ab hærede, & non prius oritur obligatio ad legatũ, ex quasi contractu adiectionis, vt expresse dicit tex.in l.ex maleficijs.§.hæres.de act.& obliga. & in l.apud Iul.in fi.ex quib.cau.in posses.ea.& ideo pôt cõpetere hæreditati iacẽti actio l. Aquiliæ. quæ postea acquiritur ipsi hæredi. Et aduerte, quia pôt sustineri absolute, quòd qñ creditor est conditionalis, actio l. Aquilię indistinctè competat debitori, etiã quo ad effectũ exactionis, sicut tenẽt glo.& doct.licet aliter s̃.diximus. Nõ ob.tex.in l.in lege Aquilia.quia ibi inspecto tẽpore de præsenti licet creditor esset dñs chirographi, nõ tamẽ inspecto statu de præsenti intererat sua: & ideo non pôt sibi cõpetere actio l. Aquiliæ cũ effectu vt fiat exactio, sed quia pôt interesse in futurũ, eligitur media via, vt ꝗuis sua nõ intersit de pñti, propter spẽ tñ futuri interesse det sibi actio, sed differat executio, quousq; vere

vere sua intererit. Sed quādo creditor occidit rē debitā sub cōditione, debitor de præsenti etiā est dominus, & etiā de præsenti sua interest: & ideo nō est mirū, si potest sibi cōpetere efficaciter actio, nec considerat quòd in futurū possit desinere interesse, si cōditio purificaret: qa ex quo per interitū rei debitor liberat, conditio postea purificata nihil operaret circa inducendā oblōnē. & ista credo esse verissima, licet sint multū diffi cilia. ¶ Vltimò adde, inquātum Bar. hic dicit, ꝙ si res debita occidit nō in iniuriā debitoris, vel creditoris, sed in iniuriā occisi, vel propter temeritatē occidētis, debitor liberat, & cōpetit actio l. Aqui. nā Imo. hoc im pugnat, qa tex. in l. arbi. in fi. indistinctè loquit, & etiā quia ratio assigna ta in illo tex. in hoc casu videt habere locū, videlicet ꝙ nō cōpetit actio debitori, qa liberat⁹ est: & sic sua non interest. Vnde ex quo ratio cōue nit huic casui, & lex est generalis, non est causa cur debeat fieri restitutio: nō obstat tex. in l. ait lex. §. fi. cū l. seq. ff. ad l. Aql. qa gl. ibi, & Imo. hic intelligit eā, qñ seruus fuit occisus post morā, quo casu debitor nō liberatur: & ideo nō est mirū, si potest agere l. Aquil. & hoc satis patet ex tex. quia p̄supponitur ibi, ꝙ debitor tenet soluere & pœnā, & etiā pretium rei principalis. Sed hoc nō esset verū, si res perijsset ante morā, qa difficultas impediret pœnæ cōmissionē: vt l. si vehenda. §. idem videt. ff. ad l. Rhodi. de iactu. ergo debet intelligi, ꝙ mora cōmissa fuit occisus. Do. m. hic vacillat, nec bene firmat pedes. Mihi placet opi. Moder. ratio nibus p̄dictis. Sed cōtra eam fortiter facit, quia ex quo dolus nō fuit cōmissus cōtemplatione creditoris, nō videt posse cōpetere actio de dolo creditori. Cuius cōtrariū dicitur in d. §. fi. Quòd autē non possit cōpetere, probatur, quia dolo cōmisso cōtra vnā personā, alia persona nō agit, cuius cōtemplatione dolus nō fuit cōmissus: vt l. Fulcinius. §. ꝙ si aduersus. ff. ex qui. cau. in pos. ea. ergo nō videt posse cōpetere creditori actio de dolo. & hanc regulā ponit Bar. per illā legē in l. eum qui. §. si iniuria. 4 ff. de iniurijs. † Facit optime qđ habetur in tex. & in glo. in l. si ex dolo. §. fi. ff. de dolo. vbi dicit, ꝙ libellus in actione de dolo debet cōtinere qs fuerit deceptus, & hoc est de essentia diffinitionis doli: vt l. j. §. dolum. ff. de dolo. & sic videt, ꝙ nō habeat locū actio de dolo. D. Io. respondet, ꝙ illa glo. in l. si ex dolo. §. fi. non habet hunc intellectū, ꝙ nō possit agere, nisi deceptus, sed ꝙ oportet aliquē esse deceptū, & tamē ille qui non est deceptus, pro suo interesse poterit agere. Non obstat tex. in l. Fulcinius. §. quod si aduersus. quia ibi loquit in casu, in quo illi qui non erat deceptus, poterat cōpetere aliud remediū, quia poterat petere curatorē dari bonis, & bona vendi, & sibi satisfieri. Sed hoc nō videt esse de mente illius l. & multominus de mēte Bar. in d. §. si iniuria. qui simpliciter dicit, ꝙ ex dolo cōmisso contra vnū alius nō agit. Dic ergo tu, & melius, quòd regulariter actio doli nō competit nisi decepto. Hoc ꝓbo ex text. not. cū glo. sua, quē ibi not. Bar. ad hoc in l. in causæ. §. Pompo. ff. de mi. no. vbi probat, ꝙ etiā qñ dolus purgatur per actio. ex cōtractu, licet ista actio cōpetat principali, qui fuit deceptus, non tñ potest cōpetere fideiussori, quia ipse nō contraxit, nec fuit deceptus: ergo multominus competet actio de dolo, quæ est minus fauorabilis. Licet autē ista sit regula, fallit, & est limitāda, nisi illi ꝗ fuit decept⁹ nō possit cōpetere actio ꝓpter dolū, vel illi in quē dolus fuit cōmissus: tūc em̄ ne dolus remaneat impunitus, est speciale, ꝙ poterit agere actione de dolo ille cui⁹ interest pro dolo illato alteri nō sibi. Casus est no. in l. itē apud Labeonē. §. si quis fecerit. in ij. rñ. ff. de iniur. vbi iuriscōsultus dicit, ꝙ licet iniuria nō sit commissa in seruū ob cōtumeliā domini, & ꝓpter hoc nō competebat actio iniuriarū dño pro sua iniuria, tñ ne delictū remaneat impunitū, poterit agere dominus pro iniuria serui: & ita declarat gl. no. in eadē l. in §. interdum. Si ergo coiunctio dominij seu ius quod habet dominus in seruo, facit ꝙ possit agere pro iniuria illata seruo, in qua nullū considerat interesse, sed sola vindicta: vt l. prætor edixit. §. si dicat. ff. de iniur. multofortius debet cōpetere actio pro suo interesse illi cui seruus erat debitor, licet nō esset suus, qa actio ad īteresse est fauorabilior quàm actio ad vindictam: vt in d. §. si dicat. iuncta l. j. C. qñ ciuilis actio cri. piu. Licet ergo casu l. arbitrio, in fi. agens actione de dolo habeat min⁹ iuris, quàm dominus serui in seruo: quia tamē actio sua est fauorabilis ꝓpter interesse, nō erit incōueniens dicere, ꝙ ex quo seruus est sibi debitor, censeat suus largo modo: vt l. qui acti. de reg. iur. & l. non videt. & ibi scripsi. ff. de acq. pos. Ad p̄dicta facit gl. no. in c. autoritate Martini. de priu. i vj. quę vult quòd domin⁹ pōt agere pro iniuria illata subdito, vel qñ esset illata in cōtumeliā ipsius, vel qñ per iniuriā illatā subdito turbaret domini iurisdictio: & sic sentit manifeste, ꝙ dominus possit agere pro suo interesse, etiā si iniuria nō esset cōmissa cōtemplatiōe sui: super quo vide quod ponūt cano. in c. dilectis. de ap. & plenissime. d. Ab. in c. licet causam. de ꝓba. Et circa illā quæstionē quā ponit Bar. hic in fi. vtrū debitor qui habet actionē l. Aqui. teneat eam cedere. ¶ Adde primò, ꝙ lex, huic scripturę, in prin. per quā ipse dicit, ꝙ debitor ex causa lucratiua nō tenetur cedere, nō ideo hoc probat, quia qñ seruus fuit occisus ante aditā hæreditatē, nondū erat debitor; vt s. declaraui, & probat in l. ex maleficijs. §. hæres. s. allegat. quinimo si subtiliter inspicias in primo responso ibi ꝓbatur cōtrariū: videt em̄, ꝙ si seruus fuit vulneratus, ꝙ legatario debet cedi actio: & tamē nō est dubium, ꝙ ex quo fuit vulneratus sine culpa hæredis, hæc res nō tenetur ad æstimationē deteriorationis, imo esset liberatus. Ergo videtur ꝙ etiā ex causa lucratiua debeat fieri cessio, si tamē volumus su

stinere sententiam cōmunē, dicamus quòd illo casu debet fieri cessio in cōsequētiam, quia æstimatio deteriorationis accedit rei, quæ fuit deteriorata. & hoc est quod sensit gl. no. in l. Iul. §. si fructibus. ff. de act. emp. vbi dixit, ꝙ semper qñ res est deteriorata, debet cedi actio, per d. l. hic scripturę. secus si sit penitus extincta. Sed in hoc scđo nō dicit verū semper, sed est distinguēdū, vt dicit Bart. vtrū debeat ex causa lucratiua vel onerosa, vt primo casu nō fiat cessio, scđo sic. & licet Bar. hic ad ꝓbādū hoc membrum alleget l. in summa. §. si seruū. de cōdi. inde. Do. me. hic dicit, quòd illa parum facit, quia in cōdictiōe indebiti reus semper tenet quatenus est factus locupletior: vt l. indebiti. §. si nummi. ff. de cōdi. inde. & ideo nō est mirū, si nihil debeat remanere penes eum, propter qđ ipse allegat meliores leges, videlicet tex. in l. qđ sæpe. §. si res. de contrahen. emp. quē etiā adducit Imo. & l. lectos. de peri. & cō. rei ven. qui ꝓprie loquitur in actione l. Aquil. Cui adde tex. in l. eum qui. in prin. & l. si vēdidero. in prin. ff. de fur. vbi hoc bene probat: nā res subtracta furto dicitur perijsse: vt dixit tex. in l. qđ sæpe. §. si res. præalle. ¶ Et ad articulū præcedentē adde, quod sing. scribit Bar. in l. diuus. in vlti. col. ff. de sica. vbi dicit, ꝙ ille qui est occisus in dubio, magis p̄sumit occisus odio sui, quàm odio dñi vel patris. Adde etiā inquātum Bart. hic & omnes doc. præsupponūt, ꝙ semper qñ seruus occiditur cōtemplatione debitoris, vel creditoris, videatur occisus culpa alterius eorū: nā hoc non est expeditum, quia aliqui tenēt ꝙ istud sit verū, si debitor vel creditor dederūt causam occisioni ex culpa, vel dolo ipsorū, aliàs nō: super quo vide quod scribitur in l. si merces. §. vis maior. ff. loc. & ego aliàs scripsi sup hoc plenissime, sed nō recordor vbi. ¶ Vltimò debes scire ꝙ d. m. hic reprehendit d. Bar. in j. q. vbi quærit, vtrū reliquiæ rei peremptæ debeant restitui creditori: dicit enim, ꝙ tex. in l. si seruus. §. boue. nō probat opi. Bart. quia ibi vnā cū actione personali cōcurrebat rei vēdicatio, qm̄ istæ reliquiæ erant ipsius creditoris: videtur illa lex potius pertinere ad tertium membrū Bar. hic, quàm ad secūdūm, videlicet qñ cōpetit sola actio psonalis ex causa onerosa: & ita intelligit illam l. Bar. in l. mortuo boue. in prin. de lega. iij. ¶ Tu autē dicas audacter, ꝙ illa lex nihil penitus facit. Primò quidē, quia ibi nō concedit actio personalis ꝓ reliqs, nisi sint cōtractæ. Secūdò, quia ideo ibi nō cōcedit actio psonalis pro reliquis, qm̄ 5 competebat actio ad p̄tium pro tota re. † Vnde non est æquū, ꝙ si debitor interitu speciei nō est liberatus, si creditor pōt cōsequi p̄tium, possit agere ad reliquias, quæ vere nunꝙ fuerūt in obligatiōe, si nō cōtractentur, qm̄ aliud est res quæ fuit furata, & aliud cadauer & reliquiæ rei furatæ, secundùm glo. in d. §. boue. in secūdā lectura. & tenet etiā hic d. m. per. l. j. ver. plane. ff. si qua. pauper. & hoc probat expresse in d. l. quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. j. Non tñ facit tex. in §. boue. contra Bar. in dist. sua, qa ipse loquitur casu quo per interitū speciei debitor est liberatus, in quo quicquid dixerit hic d. m. tenendū est cū Bar. ꝙ in duobus casib⁹ possunt peti reliquiæ, videlicet quādo ageret actiōe personali tm̄ ex cā onerosa, & quādo ageretur actione personali, quæ cōcurreret cum actione reali: vt ipse sentit hic, & clarius, in d. l. mortuo boue. in prin. Et secūdùm hoc oportet restringere tex. in d. l. mortuo boue. in prin. quādo res esset hæredis, nō testatoris, quæ est magna diuinatio: super quo vide ibi glo. nā si res esset testatoris, fuisset trāslatū dominiū in hæredem: vt l. à Titio. ff. de furtis. & sic cōcurreret rei vēdicatio cū actione personali. Et ideo ista restrictio nō placet. Primū autē mēbrum Bart. credo verissimū: quia qua ratione re perempta quæ debetur ex causa onerosa, quicqd percepit debitor occasiōe rei debitæ, tenet restituere creditori, vel cedere sibi act. si prius nō egerat: vt l. Iul. §. si fructibus. cū ll. s. alle. eadē ratione tenebitur reddere reliquias. & hāc rationē sentit Bart. in fi. quæstionis dum dicit, & per id qđ dicā in quæstiōe proxima. Sed ad ista iura videt posse responderi, ꝙ loquuntur in eo qđ peruenit ad debitorē, vel ex ipsa re, vel propter rem, quæ fuit occisa vel dānificata: sed reliquiæ quæ remanent penes debitorē, nō veniunt ex ipsa re, vel propter rē, sed cōsiderantur vt quædā alia res, vt dixi. Credo tñ sententiā Bart. esse verā per tex. qui loquit generalius in l. si quis in puteū. §. si postea. in fi. ff. qđ vi aut clam. vbi dicit, ꝙ omne cōmodū & incōmodū post vēditionē debet restitui emptori. Non obstant iura allegata per d. m. quia tex. in l. inter stipulātem. §. sacrā. nihil dicit: de hoc tex. autē in l. qui res. §. areā. licet dicat, ꝙ quādo nauis tertij promissa à debitore est dissoluta, debitor liberatur, non tamē negat quin reliquiæ nauis possint peti, & dato ꝙ hoc diceret, ibi loquitur quādo res promissa erat tertij: vnde si debitor teneret ad æstimationē reliquiarū, incurreret damnum. Sed quādo reliquiæ quę remanserunt penes debitorē, essent suę, nullū incurreret dāmnum, vt teneretur soluere vltra id qđ promiserat: cuius licet sub alia forma iste reliquiæ erant pars, nec potest negari, ꝙ licet sint aliæ res, processerunt tñ ex ista re. i. ex dissolutione ipsi⁹. Nō ob. tex. in l. domū. de cōtrahē. emp. quia ibi nō loquitur de re quæ perijt post obligationē contractā, sed de re quæ non erat in rerū natura tempore obligationis contractæ. Vnde non est mirū, si emptio vnius rei nō extenditur ad aliā. ¶ Pręterea ibi cōceditur repetitio pretij: & ideo nō est æquum, quòd reliquiæ debeantur: vt s. dixi declarando tex. in l. seruus. §. boue. Pro qua conclusione d. m. hic allegat text. in c. ij. de iniurijs & dam. da. libr. vj. q bene facit, licet non loquatur in debitore, sed in eo cuius culpa bos fuit occisus. Vnde virtute præcedentis obligationis nihil poterit deberi, quia nulla præces-

ferat: conclusio tamen est vera, vt dixi per text. in d. §. boue.

SVMMARIVM.

1 ☞Stipulatoris p̄sona magis attēditur in validitate stipulationis, quàm promissoris.

2 Stipulatio non valet quando res indistinctè nō est in cōmercio stipulatoris.

3 Sipulatio non impeditur contrahi per cōmerciū promissoris.

4 Testator si legat vxori ornamenta sua, non intelligitur legare prohibita portari.

5 Res quomodo dicat̄ nō esse in commercio.

6 Iudæum esse, an sit delictum.

7 Iudei filij an possint auferri à parentibus vt baptizentur.

8 Hebrei an sint liberi, & an eorū filij sint in dominio principum.

MVltum interest. Nō valet stipulatio, si res nō est in cōmerciū stipulatoris: valet tamē, licet nō sit in commercio promissoris. Secūda ibi: si stipuler. Tertia ibi: si quis promittat. ¶†Not. primò, φ in validitate stipulationis attēditur magis persona stipulatoris, quàm promissoris: & idem est secūdùm d. m. φ ille qui nō habet fundū seruientē, potest ꝓmittere seruitutē: vt l. hæredes. §. an ea. ver. cōtra. ff. fa. er. & tamē qui nō habet fundum propriū, non potest stipulari seruitutē: vt l. proprium. ff. cōmunia ꝑdio. Sed hic est error: quia non est differentia inter promis. & stip. interit⁹ seruitutis, quę acquirit̄, & obligationē personalē, non em̄ pōt acquirere seruitutē aliquis fundo nō proprio, nec pōt etiā constitui seruitus in fundo alieno, & tamē potest promittere seruitutē, quā non habet fundū: vt declarat gl. & Bal. post eū in l. j. ff. cōmunia prædi. ¶†Secūdò not. φ quādo res non est in cōmercio stipulatoris indistinctè, non valet stipulatio, intellige secundùm d. m. & bene, etiā vt oriat̄ naturalis obligatio: vt l. j. §. si id qđ. in gl. s. de act. & obli. & no. Barto. in l. j. in vlt. col. j. de noua. secūdùm d. m. ¶†Tertiò not. quòd cōmercium ex p̄te promissoris non impedit stipulationē cōtrahi, & idē est in legatis quo ad hoc: vt l. mortuo boue. §. Labeo. de leg. ij. in vltimo respō. Et tene mēti quādā not. doc. Bart. quam posuit in l. temperat. C. de vestibus olo. lib. xj. & in l. j. C. nulli licere. †qui dicit, φ si testator legat ornamēta sua[a] vxori, non intelligit̄ legare ornamenta quæ sunt prohibita portari. Quid autē si illa legent̄ specialiter, vtrū saltē debeatur æstimatio, est distinguēdum, prout distinguitur in l. fideicōmissa. §. si seruo. de le. iij. quod autē legātur scienter, aut ignorāter: & ita tenet Bal. quē d. m. adducit hic super rubrica de cōdic. ob tur. causam. declarās dicta Bar. in l. quāuis. de aur. & ar. le. ¶In glo. in verbo, ꝓmittat. glo. ista videt̄ variare à gl. sequēti super verbo stip. nam hic nō facit differētiā inter contractus & vltimas voluntates: sed in glos. sequenti fit differētia, qa in contractibus non valet stipulatio indistinctè, si res nō sit in cōmercio stipulatoris, & sic nō distinguitur vtrū promissor sciuerit rē esse in commercio, vel nō, sicut distinguit̄ in testatore: & in l. fideicō. §. si seruo. de leg. iij. & hanc opi. sequit̄ hic Iac. de Are. Bar. & Mod. post eū mouetur p̄cipue, & ipse Bar. qa lex loquit̄ simpliciter, nec reperitur districta per aliā l. sicut reperit̄ in vltimis voluntatibus: qa l. mortuo boue. §. Labeo. de le. ij. distinguit̄ per alia iura hic allegata in gl. Præterea secūdùm Imo. est differentia manifesta inter cōtractus & vltimas volūtates[b]† qa in vltimis volūtatib⁹ nihil est qđ possit imputari legatario, cui ignorāti testator legat rē, quæ no est in eius cōmercio, sed in stipulatiōe est, φ possit sibi imputari: qa nō debuit stipulari rē, quæ nō erat in ei⁹ cōmercio. Sed ista ratio nō videt̄ generalis, quia nō habet locū, si stipulator ignorabat rē nō esse ī cōmercio: & forte poterat ꝓbabiliter ignorare exemplū in foresi, qui non p̄sumitur scire l. & statuta loci: vt l. fin. & quod ibi no. de decre. ab or. faci. & quod ibi plene scribit Bar. in l. j. C. de sum. tri. & tamē secūdùm istos nō valeret stipulatio. Sed potest defendi, forte φ est in culpa in hoc φ nō q̄siuit diligēter de cōditione rei, & de qualitate eius cū quo cōtrahit: iuxta l. qui cū alio. j. de reg. iu. & qđ no. Bar. in l. fi. de adul. Ratio tamē Ia. de Arc. videtur generalior, quia plenior fit interpretatio in testamētis, q̄ in contractib⁹: vt l. in testamētis. de re. iur. cōtra hāc tū differētiā facit lex, ꝓprias. cum materia. C. de leg. vbi non potest legari res propria, etiā vt debeat̄ æstimatio, & tamē illa nō est ꝓhibita, vt sit in cōmercio, nisi quo adlegatariū. Sed potest dici, φ res propria nō ꝓhibetur legari, quia non sit in commercio: sed quia obligatio ipsa nō potest habere effectū, & executionē, sicut dixi in l. existimo, in prin. j. eo. Et tene mēti vnū casum sing. ad materiā d. l. existimo, φ res mea pōt mihi legari, quādo est reuocabiliter mea, etiā si nō posit reuocari iure actionis, sed officio iudicis. Casus est sing. & ibi per Moder. in l. nō quocunq;. §. j. de leg. j. quod est addendū ad ea quæ scripsi in l. si rē meā. s. eo. Et sequēdo hanc opi. φ sit differentia inter cōtractus & vltimas volūtates, attēde qa non est verū φ si legatarius est incapax rōne delicti, nō debeat̄ sibi æstimatio, nisi forte, quando lex vltima ꝓcederet, sicut in hæretico: de quo tāgitur hic in gl. Ita videt̄ probari expresse in l. filiusfa. §. si quid alicui. de leg. j. Et miror φ gl. que allegat hic illū tex. ita distinguit. †Et attēde, quia illa res nō videtur esse in cōmercio, q̄ nō potest alienari nō solū simpliciter, sed sine consensu alterius. Vnde dicit Bal. no. in l. j. C. de sacr. san. in vlt. col. φ si res feudalis legatur à vasallo, non debet̄ æstimatio, & tū feudū potest alienari de cōsensu domini. Secūdò debes scire φ aliqua res dicit̄ nō esse in cōmercio, etiā si nō sit in cōmercio respectu vni⁹ p̄sone, licet respectu alterius sit in cōmuni cōmercio, sicut est videre in fundo dotali: nā fundus dotalis nō est in cōmercio, si contrahatur cū vxore: est tū in cōmercio, si cōtrahatur cū marito: & tū si fiat cōtract⁹ cū vxore, nō debet̄ æstimatio, quia nō dicitur esse in cōmercio communiter, secūdùm gl. quam ibi approbat Bar. in hoc casu in l. dotale. in fi. ff. de testa. mi. super quo vide φ ipse idē ponit in l. cū lex. ff. de fideiuss. & quod no. gl. in l. si pluriū. C. de iure do. & quot modis consideret̄ vel cognoscat̄ rem nō esse in commercio cōmuni, vel esse, vide Bal. no. in l. iij. in vlt. col. C. de iure do. vbi dicit inter cætera vnū valde no. videlicet φ quādo res quæ nō potest acquiri per contractum, potest acquiri p̄scriptione, illa nō iudicat̄ nō esse in cōmercio: quod est cōtra gl. & Bar. in loco præalle. Regulariter tamē res super qua prohibet̄ cōtrahi, non acqritur p̄scriptione: fallit tamen in quibusdā casibus: vt no. in l. vbi lex. ff. de vsuca. & in l. alienatiōis. ff. de verbo. sig. Et inquātum Dy. hic opponit de l. cætera. §. si duobus. de leg. j. & de l. si quis inquilinos. & in prin. eo. ti. Adde breuiter, φ prima solu. Dy. videt̄ posse defendi ab impugnatiōe Bar. inquātū Bar. dicit, φ res sacra est ęstimabilis considerata sine illa qualitate: vt l. sancimus. C. de sac. san. eccl. nā ista duo vident̄ valde diuersa, quoniam in §. si duobus. res est æstimabilis, attēta qualitate quę est inseparabilis ab ea. Vn̄ nō videt̄, ex quo qualitas est inseparabilis, φ debeat considerari reiecta ista qualitate, vel sine ipsa. Solutio tū Dy. videt̄ esse contra tex. in l. apud Iul. §. fi. de le. j. vbi ponit̄ exemplū de re legata, quæ est in patrimonio Cæsaris, nec est sacra, vel vsibus publicis dedicata. Vnde constat, φ illa est æstimabilis, & aliq̄n videt̄, vt dicitur ibi in text. Sed φ sit æstimabilis, patet de se. Vnde Bar. posuit aliā solutionē, videlicet φ ideo in §. si duobus. debetur ęstimatio, qa res nō est semp ꝓhibita esse in cōmercio, q̄m & ibi & in l. si quis inquilinos. in prin. res erat in cōmercio vnā cū domo: sed res sacra & religiosa nullo modo est in cōmercio. Contra quā sol. arguit hic do. me. dicēs, φ etiā res sacra vel religiosa potest aliq̄n venire in commercio: verbi gratia, quādo venditur cū vniuersitate: vt l. in modicis. de contrahen. emp. & l. quædā. de acqui. re. do. sicut dicimus de iure patronatus in c. veniēs. extrā de iure patro. Sed ad hoc ipe r̄ndit, φ res de q̄bus loquūtur iura, qa possunt quodāmodo regulariter alienari: sed res sacra vel religiosa nō pōt regulariter alienari aliquo modo: fallit tū si alienet̄ cum vniuersitate, vel alienet̄ in redēptiōe captiuorū. xxij. q. ij. c. aurū. & ☞in iuribus s. alle. pro ista r̄nsione adduco tibi optimū simile. †Nā res dotalis respectu mulieris nō dicit̄ esse in cōmercio, & tū in plurib⁹ casibus contra regulas potest alienari: vt l. mutus. §. manēte. & qđ ibi no. ff. de iu. do. Sed contra istā responsionē multū facit: qa quādo res alienat̄ vnā cum domo vel agro, in iurib⁹ contrarijs nō videt̄ alienari ipsa res, sed domus in qua marmora sunt affixa, sicut illa res non videt̄ præscribi, sed solum domus, in qua continet̄ res: vt l. rerū mixtura. ff. de vsuc. & sic videt̄ φ etiam in dicto iure alienatio trāseat cū vniuersitate, vel saltē fit eadem ratio: qa ipsa res non alienat̄ principaliter, sed in consequētiam: & hoc multū vrget. Sed potest dici, φ in iure prędicto etiā alio casu res illæ possunt alienari. s. si domus esset distincta: vt l. qui res. §. areā. ff. de so. secundùm d. m. & ista est melior solutio, quàm videā ad istud cōtrariū. ¶†In ea. gl. ibi: an ꝓpter sectæ diuersitatē &c. sentit glo. tua satis clare, φ esse Iudæū[c] non sit delictū. Cuius contrariū sentit in l. apud Iul. §. fi. de le. j. doc. concordāt, φ non est proprie delictū, qa non est punibile, q̄m ecclesia tolerat ipsos: vt in c. & si Iudæos. in prī. extrā. de Iu. & l. nullus. C. eo. Dicitur tū delictū, inquātum errāt in fide: & sic quo ad forū cōscientiæ, puniunt̄ tāq̄ nō bene credētes, puniūtur etiā qa nō admittunt̄ ad dignitatem: sicut tangit̄ in l. quoniā. C. de hære. Ad officia autē admittūtur, intellige

a ¶Si testator legat ornamenta sua. Et adde & qđ si legaret lectum mulieri viduæ, an videt̄ legasse cultrā de serico, vide per An. in l. in lege. §. plenū. ff. de vsu & habi. Bar. consi. xviij. incip. clementissimū deū. in iiij. vol. idē Barba. consil. xxxiiij. inci. illud in medium referā. in eo. vol. idē Barba. cōsi. viij. inci. omnipotētem & immortalē deum. in eod. vol. idem Barba. consil. inci. clemētissimū deum. in eod. vol. idem Barba. consi. lxxxviij. inci. illud referā in medium. in iij. vol. & qđ si testator mādat vxorem viduam tractari, vt ab eo tractabatur: an habebit cultram de serico. vide per Bal. in l. j. ad fi. C. de leg.

b ¶Inter cōtractus & vltimas volūtates. Adde Ange. in l. item si ser.

c ¶Quòd esse Iudæū. Adde φ sunt duę gl. cōtrariæ, & ista alia est in l. apud Iu. in §. j. ff. de le. j. dic φ est delictū habito respectu ad ipsum deum, & pœnam æternam, sed non quo ad iudicē vel forū contētiosum, vt late p Lu. Ro. in ista l. & per Marianū Soci. in c. multorū. de Iude.

Nunc videmus. Culpa rei perpetuat obligationẽ, quo ad suos successores & fideiussores, culpa verò fideiussoris perpetuat obligationem respectu suorũ successorũ. hoc dicit primò. Et quod dictũ est de reo, habet locum in filio, quo ad præiudicium patris, qui venit accessoriè ad eius obligationem. h. d. Secunda est ibi: itaque. Tertia ibi: an filius. ¶ †Not. primò, quòd per culpam commissam in faciendo perpetuatur obligatio non solum respectu committentis culpam, sed etiã respectu successorũ suorũ, & eorum, qui accessoriè veniũt ad obligationem principalẽ. Primũ dictũ est verũ, non solũ si hæres cõueniatur actiõe ex contractu, sed etiã si cõueniretur de delicto, nõ tanquam hæres, sed quatenus ad eum peruenit: ita tenet gloss. & Bar. in l. videamus. & l. si ipsa. ff. quod met. causa. quamuis intellectus illorum iurium sit aliqualiter dubius. †Et aduerte, quia mora semel commissa in faciendo vel in omittendo nõ purgatur, quo ad periculũ interitus, vel alios effectus, licet res pereat post cõdẽnationem intra tempus quadrimestre datum ad soluẽdum. Ita probatur, & ita hoc declarat Bart. in l. si cũ exceptionẽ. §. quod homo. ff. quod me. cã. Et ad ar. ista litera, inquãtum dicit, quòd mora principalis perpetuat obligationẽ accessoriã, quod interruptio præscriptionis facta contra principalem impediat cursum præscriptionis, etiam in persona fideiussoris. Cõtrarium tenet Ange. hic, & sequitur Ioan. de Imo. per tex. not. secundũ vnã lect. in l. cùm quis. §. si quis pro reo. j. de solu. Et hãc opi. sequitur Bar. ibi assignans rõnem, quia ad interruptionẽ vnius obligationis seu præscriptionis inductæ aduersus vnã obligationẽ nõ sequitur interruptio aduersus aliam obligationem. Bene facit, licet non alleget quod no. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de no. oper. nunci. sed obligatio principalis & fideiussoris sunt diuersæ, vt ipse ibi probat, ergo interruptio vnius non interrũpit præscriptionẽ alterius. ¶ In contrarium facit, quia licet obligatio fideiussoris sit diuersa, quia tamen interruptio præscriptionis cohæret rei. i. obligationi principalis debitoris, videtur quod transeat contra fideiussorem, & ei prodest: vt est gl. or. in l. vbicunque. ff. de fideiussori. sicut etiam dilatio concessa debitori, quando fit potius gratia obligationis, quam respectu personæ trãsit ad fideiussorem: vt l. fina. §. vl. C. de vsu. rei iudi. & plene declarat Bal. in l. quoties. in vlti. col. C. de precib. impe. off. Vnde Ioan. And. sing. in addit. Spec. in tit. de fideiu. super rub. refert quẽdã doc. antiquũ tenuisse contrariũ. & ipse hoc ibi sequitur in vl. q. Bal. autem no. attingens articulũ in l. tam mandatori. C. de nõ nu. pe. videtur distinguere sub dubio forte. Aut loquimur in fideiussore contractus, & vera sit opi. Barto. & communis. Aut in fideiussore de iudicato soluẽdo, & tunc quia magis præiudicat ei factum principalis, vt patet ex not. in l. j. j. iudi. sol. interruptio facta contra principalẽ non nocet fideiussori: vt probatur hic, & no. in l. mora rei. s. eo. & ita tenet Bal. in d. l. tam mãdatori. & Moder. vide tñ de his quæ j. dicentur. Sed dubitatur hic per Ang. & Mod. quia interruptio facta contra vnũ ex reis debendi sine dubio nocet alteri: vt l. fi. C. de duo. reis. qualis debeat esse ista interruptio: nam Ang. hic vult, quod debeat offerri libellus, deinde transmitti copia libelli in citatione, ad inducendum hunc effectũ: licet quo ad ipsum debitorem citatum sufficeret citatio simplex absque eo quod prius offerretur libellus, & quòd transmitteretur copia in citatorio: vt patet in l. si quis emptionis. & l. sicut. de prescriptio. xxx. anno. mouetur per l. fi. præalleg. vbi text. dicit, quòd admonitio debeat fieri ex libello: quæ verba hic volunt significare, quod libellus offeratur iudici, & copia mittatur in citatione: & huic opi. multũ fauent verba dictæ l. Nec obst. quod hic dicit Ioan. de Imola impugnando istud dictum, & inducendo princ. literæ, in quo secundùm eum videtur probari, quod illa interruptio sufficit contra correum, quæ olim erat sufficiens cõtra conuentũ in iudicio, nam in prin. tex. nõ loquitur de interruptione per motionẽ litis, sed per agnitionem debiti, quæ fiebat soluendo partem debiti, vel aliter recognoscendo debitũ: de qua in d. l. cùm notissimi. Et potest esse ratio differentiæ inter debitorẽ & correum suum: quia si citatio continet tenorem libelli saltem effectualiter, facilius poterit scire correus pro qua causa agatur contra debitorẽ, & sic assistere defensioni & iudicio pro interesse suo: iuxta not. in l. si suspecta. ff. de inoff. testa. & l. si perlusorio. §. quoties. ff. de app. ¶ Secundò not. ibi: quare enim facto suo &c. quòd culpa de qua fit mentio in prin. literæ, videtur ponderari, quo ad periculũ interitus, si est in faciendo, nõ si est in omittendo: aliàs ratio ista nõ esset generalis, quæ respicit factũ, nõ autẽ non factũ, nisi dicas non factũ esse factũ: sicut dicitur in l. stipulatio ista. s. eo. ¶ †Vltimò not. in ver. an filius. quod quãtũ ad periculũ interitus, pater qui tenetur ex contractu facto per filiũ rõne iussus æquiparatur fideiussori. Vtrũ autẽ æquiparetur quo ad alios effectus, tangit plene Bar. in l. cũ filius. in prin. s. eo. & aliquid hic post Ia. But. ¶ In glo. posita super verbo, in totã cãm. ibi: vel eorũ gestor. ista gl. approbatur per Bar. hic, & Moder. duobus concurrentibus. Primò, quod creditor & debitor sint eiusdẽ fori, ita quod debitor teneatur ire ad domum creditoris: iuxta not. in l. item illa. ff. de constit. pecu. & in l. cùm filius. §. fina. s. eod. & in c. significante. de pigno. Secundò, quòd negociorum gestor qui interpellat, interpellet debitorẽ, vt soluat creditori suo, non sibi interpellanti. Sed ista glo. etiam sic intellecta habet dubitationẽ: quia ego video, quòd siue protestatio sit prohibitoria, siue certificatoria, siue dissolutoria obligationis, ad minus requiritur mandatum generale: licet multi dixerint quòd requiritur speciale, sed cõmuniter tenetur oppositum: vt declarat Bart. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de no. ope. nun. & l. j. §. permittit. & ibi est bonus text. & ibi plene tractat de hoc arti. ff. de lib. agno. vbi etiã alleg. tex. in l. actione. §. renunciare. ff. pro so. Sed potes dicere, saluando istam glossam, pro qua est casus no. cauillando literam in l. si quis solutioni. §. fin. hic allegato, quod si bene inspiciantur dicta iura, ibi ex protestatione poterat parari aliquod præiudicium illi cuius nomine fiebat protestatio: sed in casu nostro non potest parari aliquod præiudicium, licet debitor interpelletur vt soluat, & ideo non requiritur mandatũ. Nec est verũ quod dicit Ange. hic, quòd negociorum gestor debet docere se esse talẽ, scilicet negociorũ gestorẽ: per l. si quis inficiatus. §. j. ff. depo. quia vt dicit Ioã. de Imo. & rectè, cũ negocium alterius dicatur gerere: ita ille qui gerit vnum negocium, sicut qui gerit plura vel omnia: & patet in l. tutori. C. de nego. gest. & l. iij. ff. eo. ita dicetur negociorum gestor ille, qui solum interpellat hunc debitorem, sicut & qui gereret plura negocia. Ex ipsa autem interpellatione apparet, quod est negociorum gestor, qui gerit negocium istud ad vtilitatem creditoris. Vbi autem requiritur interpellatio iudicialis, sicut est in his quæ debentur officio iudicis, & non iure actionis: vt est casus not. in l. cùm postulassem. ff. de dam. infect. & not. Bar. in l. j. ff. de iurisdi. om. iud. & l. vbi. ff. de eden. †Verum est, vt dicit contra Angelum quòd negociorum gestor simplex non posset interpellare, quia nõ posset esse in iudicio, intellige nisi esset coniuncta persona, quæ agendo interrũpit præscriptionẽ: & consequenter eadem ratione poterat constituere in mora, secundum gl. no. quã ibi approbat Bald. in l. j. in fi. ff. de neg. gest. Vide tñ quæ j. de materia ista dicentur. Et quia Bart. hic tangit ad intellectum præmissæ quæstionis, nunquid procurator cõstitutus ad agendũ in iudicio cui nõ potest solui: vt l. hoc iure. cũ ibi not. j. de sol. constituat debitorem in mora. Adde ad primum dictũ, inquãtũ vult quod si debitor cõpareret, & confitetur, & dicit, ego libẽter soluerẽ si esset creditor qui est diuersi fori: euitat morã sic dicendo: arg. l. si domus. §. quæ confitetur. ff. de leg. j. Istud dictũ videtur dubiũ, si solum verbaliter offert se paratum soluere: quia ille qui impeditur implere aliquid, tunc excusatur à mora ratione impedimẽti, quando cessante impedimento apparet quod esset impleturus id quod debet implere: ita probatur in l. qui cõmeatus. ff. de re mili. & declarat Bart. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cau. Sed si creditor esset præsens per oblationem verbalẽ, non diceretur implere debitor id quod tenebatur, sed si sequeretur oblatio actualis: vt l. prætor. §. si quis paratus. & ibi no. de ope. no. nun. & l. cũ seruũ. de condi. & demon. & traditur in l. acceptã. C. de vsu. & in l. ob signationem. C. de solut. ergo videtur quòd quamuis creditor non sit præsens, ista oblatio verbalis nõ sufficiat. Sed respondendo dicas, quòd hic debitor magis propriè non tenetur ad soluendum, ex quo creditor debet ad eum ire, quàm esse impeditus soluere: & ideo sufficeret ista protestatio verbalis. Secũdò adde, inquantũ Bar. hic dicit, quòd sicut negociorum gestor constituit debitorem in mora eo modo quo s. dixi, ita procurator constitutus ad iudicia agendo contra debitorem, qui non confitetur debitũ, dũmodo creditor cuius nomine agit sit præsens in loco, ita quòd debitor posset soluere si vellet: na Ang. reuocat hoc dictũ in dubio: quia ex quo fuit constitutus procurator ad agẽdũ in iudicio, videtur sibi interdictum ne interpellatio eius facta in iudicio constituat debitorẽ in mora, saltem si primo interpellaret extraiudicialiter: arg. l. maritus. C. de procu. Quod dictum non satis est clarum in se, quia si intellexit quòd ipsa interpellatio iudicialis non constituat debitorem in mora, cuius cõtrariũ dixit Bart. tunc istud dictũ nullã habet rationẽ, quia ex quo ei permissum est agere, oẽs effectus qui ex agendo potest resultare videtur sibi cõmissus: vnde non habet locũ hic l. maritus. præallegata. Si autem intellexit, quòd procurator constitutus ad iudicia non possit interpellare extraiudicialiter: tunc lex, maritus. potest adaptari, quia permittẽdo vnũ videatur prohibere aliud. Sed vt dicunt doc. Moder. per hoc non videtur prohibitus facere ea quæ aliquomodo pertinent ad iudicium futurum, sicut est interpellatio extraiudicialis: argu. l. qui procuratorẽ dat. ff. de procu. & l. ad rẽ mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. †Pōt autẽ pertinere interpellatio antecedens ad iudicium futurum duobus modis. Primò quidẽ post litem contestatam non possit purgari mora: vt l. j. ff. de pe. leg. Secũdò, vt reus cõdenetur

in expẽsis, etiã si agnoscat debitũ post citationẽ: vt tradit elegãter Guil. de Cu. in l. edita. C. de eden. qđ tenet Ant. de But. in c. j. de libel. oblat. Tertiò adde, inquantũ Bar. dicit, ꝙ mora cõtracta ꝑ debitorẽ litigãtẽ in iudicio, sicut dicitur in l. nemo. §. fi. s. eo. extinguit finita lite, & reo cõdẽnato, per l. ꝗ Romæ. §. Seia. j. eo. nã Bal. hic impugnat istã doctrinã, qa sentẽtia cõdẽnatoria nõ debet prodesse reo cõdẽnato; vt l. euidẽter. ff. de excep. rei iu. sed isto modo prodesset: ergo hoc nõ est dicẽdũ. Præterea si reus pstitit vsq; ad sententiã, maior fuit mora & cõtumacia sua; vt patet in l. Papi. §. meminisse. cũ materia. ff. de inof. test. & l. cũ maior. §. accusasse. ff. de bo. li. ergo crescente cõtumacia fortius debuit crescere pœna, ꝗ̃ extingui: vt in c. qm̃ frequẽter. §. fi. vt lite nõ conte. Et hãc opi. vr̃ sequi Io. de Imo. hic. nõ ob. tex. in §. Seia hæres. quia ille tex. põt habere aliũ intellectũ: vt ibi dicetur. †Pro ista opi. multũ facit, quia siue debitor sit victus, ita ꝙ amplius nõ possit cõtradicere, siue permiserit vnã sentẽtiã transire in rẽ iudicatã, nõ põt dici ꝙ ex volũtate sua destiterit à lite, & à contradictione, quã primo faciebat: nã ille qui nõ appellat, nõ vr̃ cõsentire sentẽtiæ verè, sed fictè, scđm Bart. in l. ab eod. C. quõ & qñ iudex, & probať in l. si ab arbitrio. s. ꝗ satis. co. & ideo ꝓsumiť adhuc durare in sua mala volũtate, & in cõditione priori quãtũ est in ipso. Esset aũt casus magis dubitabilis, si re⁹ pateret labi instãtiã, ĩ qua cõtradixit de quo dicem⁹ in d. §. Seia. Pau. aũt de Ca. hic reuocat hoc dictũ in dubiũ alia rõne; qa licet instãtia iudicij finiať, effect⁹ tñ inductus in pteritũ ex illa instãtia nõ tolliť; puta mala fides inducta ex litis cõte. vitiũ litigiosi, & similia, scđm Bar. in l. ij. j. iu. sol. & in l. j. C. de fru. & lit. expẽ. ergo similiter mora inducta ex cõtradictione facta in iudicio non vr̃ tolli. Sed posset rñderi huic rõni, ꝙ ꝓcederet, nisi vnà cũ dicta ĩstãtia tollereť cã, ꝓpter quã fuit mora inducta; sicut ĩ casu Bar. Cũ ergo debitor cõdẽnat⁹ nõ possit amplius cõtradicere, sed teneať parere sñiæ, cessat mora introducta ex cõtradictiõe sola; sec⁹ si fuisset introducta ex cõtradictione, & nõ solutione debiti; qa creditore existẽte ĩ loco iudicij, debitor litigasset & nõ soluisset cũ deberet soluere, sicut dicit hic Bart. Et qa s. tractauim⁹ in notabilib⁹, vtrũ ĩterruptio facta cõtra debitorẽ noceat fideiussori; ad de ad ea ꝗ ibi dixim⁹ Ang. ꝗ approbat cõem opi. in cõsi. suo xxxj. vbi refert dicta Bar. in locis alle. & Cy. in l. fi. C. de duo. reis, ꝗ idẽ tenet. Itẽ ad aliã ꝗ̃stionẽ quã tractauimus in gl. vtrũ interpellatio negociorũ gestoris sufficiat, vide tex. no. in l. cũ satis. C. de agri. & cẽsi. lib. xj. in ver. ꝑ ꝓcuratorẽ, quẽ ibi põderat Bar. ad hoc, vbi vr̃ ꝓbari, ꝙ etiã ꝓtestatio quę nullũ põt parere piudiciũ illi ꝓ quo fit, nõ põt fieri nisi ꝑ ꝓcuratorẽ: ibi ẽm fit ꝓtestatio alicui, ꝙ colonus quẽ detinet, ꝑtinet ad talẽ dñm Et sic vr̃, ꝙ solũ possit prodesse, & nõ obesse illi ꝓ quo fit; & tñ nõ põt fieri si ne mãdato. Sed põt dici, ꝙ hoc facit ibi magnitudo piudicij, qđ incurrit ille cui fit denunciatio. Vide etiã ad dictã materiã tex. sin. scđm Bal. in l. qui absentẽ. s. de ꝓcu. vbi ꝓbať scđm Bal. ꝙ defensor põt agere sine mãdato, & nunciare vẽditori ꝙ veniat ad defendẽdũ, dũmodo caueat de rato: & sic erit ibi casus, ĩ quo denũciatio ꝗ posset piudicare illi ꝓ quo fit põt fieri sine mãdato spãli vel gñali. Et põdero illũ text. qa cõcludit opi. Ang. de qua paulo antè dixi esse falsam: dũ voluit, ꝙ ꝓcurator cõstitut⁹ ad agẽdũ in iudicio nõ possit interpellare extraiudicialiter: qa imo tãꝗ̃ ꝑtinẽtẽ ad cãm deducẽdã in iudicio hoc sibi ꝑmittiť: vt patet in d. l. ꝗ absentẽ. Et forte posset dici, ꝙ ista interpellatio ꝑtineret ad eũ tanꝗ̃ ad ꝓcuratorẽ, nõ tãꝗ̃ ad negocior. gestorẽ, quasi etiã hoc videať sibi mãdatũ: arg. d. l. ꝗ absentẽ. ꝗ optime facit. Itẽ adde ad illã qõnẽ vnũ verbũ qđ posuit Bar. in fi. dũ dixit, ꝙ qñ denũciatio vel ꝓtestatio fit alicui vt abstineat ab aliquo, semꝑ põt fieri sine mandato: vt l. ꝓhibere. in prin. ff. qđ vi aut clam. Nã hoc nõ est verũ simpliciter, sed est distinguẽdũ, ꝓut ipsemet notabiliter distinguit in l. nõ solũ. §. morte. in tertia specie ꝓhibitoria. ff. de no. oper. nũ. Adde etiã ad id qđ diximus in notabilibus, vtrũ interruptio facta cõtra debitorẽ noceat fideiussori, ꝙ distinctio Bald. in l. tã mãdatori. s. alle. vr̃ esse verissima ꝑ regulã quã ponit Inn. ĩ c. cãm quę. de testi. & Bar. in l. ij. j. iu. sol. & l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iu. ꝗ habet ꝙ cui nocet sñia, nocẽt acta, & nõ cui nocet sñia, nõ nocẽt acta. Sed hæc rõ vr̃ cõtra l. fi. C. de duo. reis. vbi interruptio facta cõtra vnũ ex reis nocet alteri, & tñ nõ noceret sñia: vt l. fina. C. de fide. & tradit Bart. in l. ex duobus. in iiij. ꝗ. principali. j. de duo. reis. Sed põt rñderi, ꝙ hoc facit vnitas obligationis, ꝓpter quã etiã fit, ꝙ interruptio facta in actione personali noceat in actione hypothecaria, & ecõtra: vt l. fi. & ibi not. C. de an. excep. & tñ si actio personalis sola deducitur in iudicio, non posset fieri sñia sup hypothecaria, sed esset opus nouo processu: & sic sñia lata in ꝑsonali nõ noceret: vt declarat Bal. exponẽdo gl. ibi positã in l. solemus. in prin. ff. de iud. ¶ †Sed sñia lata cõtra debitorẽ principalẽ noceret fideiussori de iudicato soluẽdo, & nõ fideiussori cõtract⁹: vt l. fi. §. j. & ibi ꝑ Bal. de vsu. rei iudi. & ꝑ Bar. in l. j. j. iu. sol. Ergo interruptio ꝗ est actus iudicialis, debet nocere fideiussori de iudicato soluẽdo, & nõ fideiussori contractus. Nũqđ aũt ecõtra interruptio facta cõtra fideiussorẽ noceat principali debitori? Io. An. in addit. pal. dicit ꝙ nocet, illa potissima rõne, qa si debitor posset pscribere sequereť ꝙ si finita pscriptiõe cõdẽnareť fideiussor, creditor nõ posset cõsequi suum ĩ effectu, quia obstaret sibi exceptio cedendarũ actionũ: vt l. si pupillus. ff. de admini. tu. & per Bart. in l. si ex duobus. §. j. ff. de fideius. Sed ad istam rationem in simili vide quod scribit Bart. in d. §. si quis pro reo. Et non vr̃ vera ista opi. quia si mora fideiussoris nõ ꝑpetuat obligationẽ cõtra reũ, vt dicit gl. nostra & ꝓbať in l. mora. in fi. s. eo. quo ad periculũ interitus, etiã quo ad perpetuãdam actionẽ nõ debet opari. Et quia extra gl. Ang. hic tetigit vnum dubiũ ad declarationẽ literæ, videndũ est, vtrum bene dicat: vult ẽm ꝙ mora commissa per reum non noceat fideiussoribus fideiussorũ. i. sed is fideiussoribus, ꝗ fideiusserunt ꝓ primo fideiussore. Moueť ꝑ l. qui admittitur. cũ l. se. ff. pro so. vbi probať, ꝙ socius socij mei nõ est meus socius: à simili, ergo fideiussor fideiussoris mei non erit meus fideiussor: sicut autor autoris non est meus autor: vt l. si res quã. in primo respõso. ff. de euic. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ fideiussor quẽ respicit periculum interitus, videtur iussisse in omnem causam. i. non solum in eo qđ venit principaliter in obligatione ab initio, sed qđ postea incidenter venit ꝑ morã: vt vr̃ probari in l. mora. in prin. s. eo. Et hoc declarat Io. de Imo. in expositione literæ dicens, ꝙ si obligatio primi fideiussoris est aucta, licet mora non fuerit cõmissa ab ipso ex natura obligationis tenebitur secundus fideiussor: vnde facit tex. in l. videamus. & qđ ibi per Bar. ff. qđ met. cau. Et hanc opi. contra sententiam Ang. videtur tenere hic Io. de Imo. dicens, quòd Bar. hoc sentit. Sed ego nõ video quomodo Bar. hoc sentiat, nisi forte liber meus sit corruptus.

Effectus. In obligatiõe rẽ dari, nõ desinit res esse ĩ obligatione, si est extincta post morã, quo ad petitionẽ, acceptilationẽ, & nouationem, hoc dicit. Secunda est ibi: nouari aũt. Et tertia ibi: ego. ¶ †No. primò ꝙ petitio rei quæ perit post moram, potest peti in libello, ac si res non esset extincta. Qualiter autẽ tunc formetur libellus, dicetur in lectione sequenti post Barto. ¶ †Secũdò no. ꝙ æstimatio rei quę debebat dari, non est in obligatione, sed in prestatione dũtaxat: iudex tñ potest cõdẽnare ad æstimationem, si vult, quãuis res in libello sit petita: vt l. Iul. s. de confes. ¶ †Vltimò not. ꝙ qñ secunda stipulatione deducitur diuersum ab eo qđ erat in prima, nũquã presumitur nouatio, nisi expresse sit actũ. Concor. tex. in l. fundũ Cornelianum. j. de nouat. Ita potest intelligi iste text. ibi: nec pecunia. s. pro homine &c. Et credo ꝙ sit verior sensus. ¶ In gl. posita super verbo, neq; pecuniã. licet ista gl. regulariter in obligatione dandi sit vera, fallit tñ in trib⁹ casibus, in quibus in obligatione rẽ dari succedit obligatio ad interesse. prim⁹ est in obligatione bonæ fidei, vt sentit glo. singu. Inst. de act. §. actionum. quã ad hoc alleg. Bald. in c. j. de controuer. inue. & in l. vnica. C. de sent. quæ ꝓ eo quod interest. in ij. char. Sed Ang. in l. fina. s. si quis in ius vocat. nõ ie. intelligit illam gloss. qñ obligatio habet iunctũ factũ dationi: loquiť ẽm illa gl. in actione mandati, in qua procurator teneť & ad dãdũ, & ad reddendũ rationẽ, qđ est facti: vt l. cũ seruus. ff. de cond. & demon. Veritas istius articuli pendet ex rõne differẽtiæ, quæ solet assignari inter factũ & dationẽ: quia si ista ratio æque bene adaptatur ad cõtractũ bonæ fidei, sicut ad contractũ stricti iuris, ista est vera fallẽtia: & quia diuersæ assignanť rõnes, quę sit verior, longum esset videre nunc. Sed recurre ad ea quæ scribit Bar. & Moder. in l. stipulationes nõ diuidu. s. eo. & tangit Ang. in loco præal. Secũdò fallit secundũ Ang. hic in vno casu singu. in l. si quis in graui. §. si ex stipulatu. ff. ad Sylla. vbi qñ præstatio rei efficiť impossibilis ex facto superioris propter vtilitatẽ publicã, agitur ad interesse, & non ad rem: nec potes dicere, vt dicit Io. de Imo. ꝙ ille tex. potest intelligi secũdũ alia iura: videlicet ꝙ res sit in obligatione, & ꝓtiũ in solutiõe, vel cõdẽnatione; qa si sic esset, ibi ageret actione directa, ex stipulatu, ex quo prima obligatio adhuc durat: vt probatur hic, & in l. si rem aliquam. j. de noua. Sed hoc negatur ibi expresse, quia cõpetit actio vtilis: ergo ista responsio nõ põt defendi nõ ĩpropriãdo tex. Tertiò fallit secũdũ Ang. in l. sancimus. C. de sacros. ec. vbi si res alterius consecratur, quę poterat vendicari, põt agi ad æstimationẽ: sed Io. de Imo. dicit, & rectè, ꝙ ibi non sumus in obligatione rẽ dari, sed in obligatione rem restitui, in qua saltẽ re perempta succedit obligatio ad interesse, vt traditur in d. l. stipulationes non diui. Scias tamen, ꝙ postꝗ̃ est lata sententia condemnatoria ad rem tradi, vel ad rem restitui, intellige quando res nõ est perẽpta: vbi aliàs succederet obligatio ad interesse aliquo casu, ne sentẽtia sit ludibrio, cogitur quis pcise tradere, vel restituere. Glo. est valde nota. quã ibi commendat Bald. in l. qui restituere. in fi. ff. de rei vendica. Ex qua infert sing. idẽ Bal. in l. vna. C. de sen. ꝗ pro eo. ĩ pe. char. ꝙ si ex forma statuti instrm qđ habet guarẽtigiã habet executionẽ paratã, vt sñia, semper virtute illius contractus poterit agi præcise ad rem tradi. † Scias etiã, ꝙ ficta trãslatio dñij nõ tollit obligationẽ, quę cõpetit ad rẽ dari, vt est casus secũdũ Bal. ibi in l. metũ. §. licet. ff. quod met. causa. & qa Bart. hic egregie declarat, qualiter debeat formari libellus, quando res perit post morã in ista obligatione ad rẽ dari: adde dictis suis, & primò inquã tum dicit, ꝙ aliquis potest petere rẽ simpliciter, nullã faciendo mentionem de morte: & postea probata morte in processu poterit sequi condẽnatio, vel ad hominẽ, vel ad rem solui ęstimatio in executione, vel ad ipsam ęstimationem: nã videtur ꝙ saltẽ in libello debeat deduci, quòd reus fuit in mora: quia sine ista qualitate interitu rei actio expirasset, & sic non posset tunc deduci in iudicio. Cùm ergo ista qualitas sit fundamentũ actionis, videtur quòd debeat exprimi in libello, iuxta ea quæ tradit Cyn. & Bald. in l. si non conuitij. C. de iniur. & in l. nec exemplum. C. de fal. & sentit Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunciatio. & in lege, edita. de eden. Sed saluando dictum Bar.

dica

dicas, & notabiliter, ꝙ qualitas quę est cã cur actio oritur de nouo, bene est exprimẽda in libello: sed nõ qualitas quæ est causa cur actio prius nata cõseruet̃ in esse, sicut est qualitas moræ. Secũdò adde ad materiã istã quod no. Spe. in tit. de obli. & solu. §. sequir. ver. qđ si libellus. vbi ponit multa in practica de ista materia. Et inter cætera dicit, ꝙ iste libellus ꝓcedit, Peto rẽ vel æstimationẽ: & Peto rẽ & æstimationẽ: qa semp intelligitur qs petere id qđ de iure debet, vt saluentur verba libelli, secũdùm Bal. referentẽ dicta sua in l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. quę verba pñt esse vera, qñ alter tm̃ est in petitione, puta in oblatione rẽ dari. Intelligam em̃ verba libelli, si dicit, Peto rẽ vel æstimationẽ: aut rẽ & æstimationem: ꝙ ipsa res principaliter petat̃, & æstimatio deducat̃ in facultate soluendi, vel in cõdẽnatione: vt dicit hic Bar. Sed qñ in cõdẽnatione & solutione, alterũ tm̃ posset deduci: verbi gratia, si extaret res in obligatione ad rẽ dari, vel tradi, qa tũc nõ esset soluẽda æstimatio: hoc em̃ casu libellus alternatiu⁹ videret̃ incertus. Et idẽ videt̃ dicendũ, qñ interesse vel res esset in obligatiõe: qa vtrũq; posset peti. Vñ iste libell⁹ tũc nõ ꝓcederet, nisi qñ incertitudo causaret̃ ex ꝓbabili ignorãtia: ita declarat Bar. in primo casu in l. ex diuerso. §. j. š. de rei vẽ. Et vtrũ admittat̃ libellus cõditionalis ad faciendũ pœnã committi, vide Bar. & alios in l. fine exceptionæ. §. hæc autem actio. š. quod me. causa. & ad materiam vide quod tradit Barto. iuxta fin. in l. iij. §. si reddita. ff. commo. ¶ Extra glos. opponit hic Barto. de intellectu l. cum qui ita. §. qui hominem. š. eodem, quam inducit sic: Sicut stipulatio interposita animo nouandi post moram primi debitoris euanescit, si pendente conditione res illa pereat: ita si à principio cùm stipulatio interponitur animo nouãdi, promissor promittit rem quæ non est in rerum natura: videtur non teneri: qa qđ annullat stipulationẽ ex postfacto, forti⁹ videt̃ annullare ipsam à pri. Ipse rñdet, ꝙ iste tex. intelligit̃, qñ stipulatio fuit interposita aĩo nouãdi à partib⁹ sciẽtibus rẽ esse mortuã: secus si partes ignorarũt rem perijsse. Ioã. de Imo. soluit, & melius, quòd ibi loquitur in stipulatione seu promissione facta à tertio animo nouandi, qui cùm sciret se esse in omnem euentum obligatum, siue res staret, siue perijsset: vnde non est mirum, si in omni casu videtur promisisse id quod erat in prima obligatione. Et hac solutione sic declarata, & etiam solutione Bar. colligitur, ꝙ stipulatio sequens interposita animo nouãdi post interitũ rei non purgat moram præcedentem. Idẽ dicit glo. in l. inter stipulantẽ. §. pe. š. eo. & tenet Dy. hic. licet si nouatio fuisset facta ante rẽ peremptã, tolleret morã præcedentẽ, saltẽ qñ res fuisset pręsens tẽpore nouationis, si stipulatio fuisset cõditionalis: vt l. quoties. §. vnde Marcellus. j. de noua. si aũt fuisset pura, indistinctè tolleretur: vt l. parui. ff. de condi. fur. Sed quærit̃ quæ sit ratio differentiæ. Do. Pau. de Ca. hic dicit, ꝙ ratio est, qa post interitũ mora est sortita effectũ suũ: quę verba pñt intelligi, ꝙ qa effectus moræ traxit secũ suã executionẽ, nõ possit amplius mora purgari: vt l. si is cui. de leg. ij. & l. qui ob rẽ. ff. de condi. inde. & trahitur in l. si insulã. š. eo. Sed ista ratio non videtur sufficiẽs: quia ex voluntate vtriusq; partis bene potuisset hic purgari mora: sicut dicit̃ in l. ij. C. de iure emphy. & in l. post diẽ. de lege cõmissoria. & l. ij. e. ti. bene facit tex. in l. Celsus. in prin. ff. de arbi. & l. ij. in prin. ff. si quis cau. quis enim dubitat, ꝙ etiã post interitum rei creditor posset liberare debitorem, & extinguere effectum moræ? quod videtur fecisse nouãdo priorẽ obligationẽ. † Dicẽdum est ergo aliter, quòd cùm nouatio sit vnius obligationis in aliam transfusio: vt l. j. j. de nouatio. ista transfusio esset impossibilis, si per ipsum actũ nouationis post interitũ extingueretur mora præcedẽs: quia ad extinctionẽ morę sequeret̃ remissio pœnæ, quę fuit causata ex moræ. l. perpetuatio obligationis: & sic debitor liberaretur, simul ex alia cã transfunderet priorem obligationẽ in aliam, quod est impossibile, quia quod nõ est, nõ potest trãsfundi. Et quia hic tangitur aliqualiter de intellectu l. cũ q ita. in fi. aduerte diligẽter: quia Bar. & communiter Mod. dicũt, ꝙ ad hoc vt ꝑ sequentẽ stipulationẽ conceptã sub conditione aĩo nouãdi purgetur mora præcedẽs, requiritur ꝙ res esset in præsentia. i. corã debitore, & creditore tpe stipulationis. Tu aũt dic, & melius, ꝙ ista nõ est intẽtio iuriscõsulti in l. qui decem. §. cũ mihi Stichũ. j. de sol. Sed vt apparet in exemplo posito in fi. tex. & ex ver. finge. ad hoc vt purget̃ mora, sufficit ꝙ debitor tẽpore stipulationis rem potuisset offerre, & cõstituere in pręsentia creditoris, licet actualiter nõ obtulerit. † Et est rõ differẽtię, qa lex nõ fingit sup impossibili in genere: vt l. huic scripturę. ff. ad l. Aquil. & plene in l. si is q pro emptore. ff. de vsuca. In genere aũt est impossibile, ꝙ res q̃ multũ distat à loco oblationis in ipso tẽpore stipulationis posset offerri. & ideo tũc nouatio nõ dicitur esse ficta oblatio, quia nec vere potuisset fieri. Sed quãdo res erat in loco vbi fiebat stipulatio, vel in loco nõ ita remoto, ꝙ eadẽ die & in illo tẽpore potuisset pręsentari, tũc lex nõ fingit super impossibili in genere: qa licet res nõ esset pręsens, poterat tñ de facili præsentari. Pro ista cõclusiõe est casus in l. parui. ff. de condi. fur. & licet Bar. respõdendo ad illã l. dicat, ꝙ ibi loquit̃ in stipulatione pura, quę statim nouat pręcedentẽ. Ista respõsio nõ videt̃ bona duplici de cã. Primò, qa tex. simpliciter loquit̃ đ qualibet obligatione in aliud nomẽ, vel in aliũ statũ: vnde nõ restringit se magis ad puram, quàm ad conditionem. Secundò, quia quando res esset ita absens, quòd non posset offerri eadem die tempore stipulationis, tunc eadem ratio esset in stipulatione pura, quæ in conditionali: cum enim allegetur mora præcedentis obligationis: quia ista stipulatio est quædam obligatio ficta, ista fictio nõ potest induci super eo quod est impossibile in genere: & hoc videtur magis de mente legis.

SI ita stipulatus. Stipulatio negatiua actionem hæredi acquirit, si de eo fit mẽtio de ipsa. hoc dicit in glo. prima. in fin. ibi. š. de probatio. l. si pactum. vbi de materia ista. Et vtrum ista glossa sit vera, dicemus plenè post Bartolum & Moder. in l. si sic stipulatus. j. eodem, allegando dicta Bar. in l. ij. de serui. le. Sed vltra ea q̃ sunt ibi dicenda, Angelus hic tangit nota. verbum, dicens arg. huius legis, quòd facultas occupãdi rẽ propria autoritate trãsit ad hæredem creditoris, sicut trãsit cõtra hæredẽ debitoris, si sit eiusdẽ conditionis & qualitatis, cuius erat debitor: vt plene declarat Bar. in l. creditores. C. de pigno. & hanc conclusionem posuit prius Bald. in c. j. §. si quis vero. de pac. iur. fir. in vsi. feudo. Et credo quòd sit verissima: quia cùm veniat accessorie ad obligationẽ personalẽ, sicut illa ad hæredem: vt l. j. vt actiones ab hære. & c. & l. iij. C. de nego. gest. ita & facultas ei accedens ex natura accessionis: vt in regula, accessoriũ. de reg. iur. quinimo cõiter tenet̃, ꝙ istud ius occupandi propria autoritate potest cedi & transferri in singularẽ successorem, sicut & ius protestationis faciendæ: vt l. si res. in ij. respon. ff. de euic. Et hãc sentẽtiã sequit̃ Accur. cõtra Io. An. in l. cũ fundus. §. fi. ff. de vi & vi arma. Idẽ tenet Bal. allegãs illam glo. in illo §. si quis verò. Idẽ posuit prius Bar. in l. j. in fi. & ibi per Moder. š. de no. ope. nun. & sequitur Ang. in l. quod in diem. §. Iul. š. de pet. hære. Licet aũt hoc ius possit transferri in hæredẽ, & in singularem successorẽ: ius tamẽ faciendi vindictam propria autoritate, quæ conceditur propter offensam factam ꝑsonæ, est quędã qualitas personalis, quę non potest exerceri per alium: vt plene disputat Bal. & cõcludit ĩ l. vt vim. š. de iusti. & iure. & in d. §. si quis non. & idẽ tenet in l. accusationis. C. qđ me. causa. qđ do. meus reuocat in dubium in l. j. in fi. š. allega. de quo dic vt ibi. † Vtrum autem facultas capiendi propria autoritate similiter transeat ad hæredem, vel possit cedi, est aliquãdo maior dubitatio: qa Bar. in l. si decesserit. q̃ sa. tis. cog. videt̃ dicere, ꝙ captura ꝑsonæ sit factũ ei cohærens, ita quòd nõ transeat ad hæredẽ: sed loquitur de captura passiuẽ. i. vtrum hæres debitoris possit capi: & alibi tenet contrariũ. In creditore autẽ actiuẽ cõiter tenetur, ꝙ captura possit exerceri per alium: & ita tenet do. me. in loco alleg. per tex. cum glo. in l. j. C. vbi quis de curia. & c. & bene facit tex. in l. Pompo. in prin. & quod ibi no. ff. de procura.

SI sic stipulatus. Nota ex l. si sic stipulatus. quòd qñ verba stipulationis dirigunt̃ ad stipulatorẽ in actu electionis, electio est creditoris, nõ debitoris. Si verò ecõtra dirigãtur ad promissorẽ, electio pertinebit ad eum: vt l. Lucio. & ibi no. ff. de lega. ij. Et quo ad istos duos casus, nõ est differẽtia inter cõtractus, & vltimas volũtates, secũdùm Bar. ibi, & hic. † In casu aũt dubio est differentia: quia in vltimis volũtatibus electio cõpetit legatario, in cõtractibus debitori: vt l. plerũq;. in fi. ff. de iu. do. & l. iij. in prin. š. de eo quod cer. lo. & l. Lucio. prealleg. Et quãuis ista sit regula, quã suprà dixi, videlicet ꝙ electio in dubio pertinet ad debitorẽ in cõtractibus: dixit tñ Bal. ꝙ quãdo princeps cõcedit beneficiũ, quod debet latissime interpretari, vt gratia sit plenior, electio est creditoris: ita no. ipse in l. fi. in j. col. š. de consti. prin. per l. ij. C. de castren. & mini. lib. xij. quod potes intelligere in gratia & beneficio simplici. Sed si beneficiũ cõcederetur à principio alicui, si faceret aliquid: tunc quia ista gratia habet quandam formam contractus, iudicaretur forte sicut alij contractus. Vnde dicit Bal. in l. fi. in fi. C. de nup. quòd si ex forma statuti bannitus capiens bannitum debet eximi de banno, & capiens bannitum est plures condemnatus & bannitus, electio pertinebit ad fiscum, tanquam ad debitorẽ, de quo banno debeat cancellari. Vnde etiam ad materiam istam facit glos. no. in l. qui si minor. §. si huius. š. de mino. quæ videtur velle, ꝙ si in obligatione alternatiua est ex vno capite pœna corporalis, & ex alio solutio erit facienda creditori, adhuc erit electio debitoris. Sed Guil. de Cu. & Bal. ibi reprehendũt glo. & merito, ne sit in potestate debitoris auferre creditori ius, & interesse suum. Vide etiam ad materiam istam quod tradit notabiliter Io. An. in titu. de contu. §. sequitur. ver. sed pone. in addi. Spec. vbi dicit, quòd si debitor alternatiuę obligationis citatus est contumax, ad hoc vt posset interponi primũ decretũ in vna ex duabus rebus debitis, alternatiuæ modus est, vt statuatur sibi terminus ad eligendum, quo elapso si non eligit, transferetur electio in aduersarium. In pœnis autem quæ alternatiuè imponuntur, cui competat electio in dubio, vide quod ponit Bart. in l. j. §. expilatores. j. de effrac. & expila. & Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in prima char. ff. de his qui no. infa. & quod ipse not. in l. j. C. de his qui ad liber. peruc. non possunt.

SVMMARIVM.

1 Pro expresso habetur etiam in stipulationibus id quod partes tacite senserunt.
2 Stipulatio incerta respectu qualitatis & quãtitatis ipso iure nulla est.
3 Appellatione tritici quid veniat.
4 In causis criminalibus impropriantur verba ob fauorem fisci, & fauorem publicum.

Triticū. Stipulatio incerta respectu qualitatis & quantitatis valet, q̄ si ex tacita mēte partiū pōt certificari: aliàs nō.h.d. Secunda est ibi: alioquin. ¶ † No. q̄ etiā in stipulationibus id qđ partes tacitē senserūt, habet pro expresso. Nō ob. tex. in l. qcquid adstringēdæ.j.eo. qa dicendū est, secūdùm Bart. & Moder. q̄ circa substātialia omissum habet pro omisso.i.circa interrogationē & responsionē, q̄ sunt de substātia stipulationis. Sed circūstantię respiciētes rē deductam in stipulationē, itē naturalia cōtractus non habent pro omissis, si tacitē partes de illis circūstātijs senserūt. Sup quo vide qđ notabim⁹ in ij. glo. magna in l. ita stipulatus.j.eo. & dicet plenius in d.l. qcquid adstringēdæ. ¶ † Secūdò no. q̄ stipulatio īcerta respectu qualitatis & q̄titatis est nulla ipso iure: & ex hoc arguit Dy. hic & Mod. post eū, q̄ si arbiter assumptus in iudicio cōi diuidūdo adiudicat vni rē totā p̄ pretio declarādo p̄ se, & postea nō declarat, dispositio remanet incerta & nulla. Sup quo vide qđ habet in l. fi. C. de cōtrahē. emp. & l. si qs arbitratus.s.eo. ¶ † In gl. j. sup verbo, triticū. ibi: alio modo &c. Ex ista glo. arguit hic Ang. q̄ p̄priè appellatiōe tritici venit id qđ est excellētius in genere tritici; sicut dicit glo. in l. frugē.j. de verbo. sign. q̄ appellatio frumēti intelligit de eo qđ est excellētissimum in illo genere, sed illa glo. nō loquit de proprietate vocabuli, quia esset cōtra tex. expresse in d. l. frugē. Siue teneas sententiā Iuliani, de qua ibi fit mētio, siue sententiā Seruij, quæ vltimo loco ponit: & similiter est dicendū de tritico, quia qñ nō repugnat diffinitio, valet argumentū ab etymologia vocabuli: vt no. in l. ij. §. appellata. ff. si cer. pet. Cùm igit triticū dicat à terēdo, sequitur q̄ omne quod teritur in area, veniat appellatiōe tritici ex proprietate sermonis. qđ aūt dicit glo. hic, & in l. frugē, intelligit esse ex cōi vsu loquēdi, qđ expresſius declarat in glo. d. l. frugem. Ex his infert hic Ange. q̄ si aliquis accusat de dāno daro in frumēto, nō obtinebit si probat damnū esse datū in hordeo: qđ Io. de Imo. intelligit eē verū, si cōi vsu loquēdi hordeū nō cōtineret appellatiōe frumēti: aliàs vbi nō cōstaret de isto cōi vsu, cū largo modo saltē omne qđ cōtinet arista, quinimo & oē legumē veniat appellatione frumēti, poterit sequi cōdēnatio secūdùm eū: quia verba libelli ambigua declarant nō solū exp̄ssa declaratiōe libellātis: vt l. si qs intētione. ff. de iu. sed etiā ex tacita, q̄ fit in p̄cessu apparet saltē p̄ p̄batiōes, de qua re videbat sensisse libellās: vt ī c. examinata in tex. & glo. extrà de iudi. Facit optime qđ tradit Bar. in l. si p̄ses. ff. de pe. & Bal. in l. Polla. in fi. C. de his qui. vt indi. † vbi dicit not. q̄ maxime in criminalibus p̄pter fauorē fisci & fauorē publicū verba sunt impropriāda, vt possit seq̄ sñia: sicut et īpropriant in ciuilib⁹: vt l. j. & ibi p̄ Bar. C. de vsufruc. & in l. j. in prin. & ibi elegāter Bar. ff. si ser. vē. Pro ista cōclusione facit in terminis, qđ ponit Bar. ī l. si mr. §. & an eadē. ff. de excep. rei iudi. vbi cōcludit, q̄ si aliqs ī libello dicit se dñm, & postea probet se dñm vtiliter, & nō directo, debet obtinere: qa et illud vtile dominiū videt deduxisse in iudicio, & tñ dñiū p̄priè sime intelligit de directo: vt l. j. §. si in p̄petuū. ff. si ager vec. vel emphi. pe. ¶ In gl. posita super verbo, cogitauerit. ex hac glo. colligit no. q̄ stipulatio quo ad sui formā īterpositā sine cā, valet qñ nō pōt videri subintellecta cā ex tacita mēte partiū. videt aūt cā subintellecta, qñ p̄missor ex aliqua cā antecedēti erat debitor stipulatoris: & p̄ hoc apparet falsum esse qđ dixit singu. in hoc Nic. de Mat. quē sequit Bal. in rubr. de fide instr. C. in vlti. char. vbi voluit, q̄ qñ p̄missio cōtinet in scriptura, tūc sufficiat causa cōiecturalis ad faciendū, q̄ p̄missio nō videat facta sine cā: sec⁹ si p̄missio nō appareat p̄ scripturā, nā vt hic vides causa cōiecturalis sufficit, qualitercūq; quis stipuletur, vel promittat. Super quo vide quod sing. no. Io. An. in addi. Spec. sup rub. de depo. vbi voluit, q̄ p̄missio nuda q̄ reperit in libro mercatoris, supplet à causa quæ pōt colligi ex scripturis præcedētibus in eo. lib. Et qa Bart. hic multa scribit ad intellectū istius glo. Adde dictis suis inquantū vult, q̄ si emanat duplex cōfessio iudicialis videatur emanasse super diuersa quantitate: q̄ ista dicta nō placet hic Ang. quē etiā sequit Io. de Imo. Primò, quia etiā cōfessio facta sup mutuo extra iudiciū parit obligationē, & inducit mutuū ciuile: vt Instit. de lit. obli. per totū. & l. in cōtractibus. C. de nō nu. pec. vt fatetur Bar. met in l. si ex cautione. C. de nō nu. pecu. licet sit facta sine scriptura. Et tamē Bar. vult hic, q̄ duplex cōfessio facta super mutuo extra iudicium videatur referri ad candē quantitatē. Sed ista prima ratio nō placet Io. de Imo. † quia cōfessio super mutuo facta sine scriptis non parit obligationem ciuilem post bienniū, imo in perpetuū potest repelli creditor, secūdùm glo. no. in l. si nō singulari. C. si cer. pe. Sed si illa glo. est vera, exēplum positū hic per Bar. minus procedit, quia ista cōfessio nihil probabit: vt traditur in l. qui pecuniā. ff. si cer. pet. & in l. certi cōdictio. §. si nūmos, eo. tit. Fuit ergo ponendum exemplū in deposito, vel in alio contractu, vt fugiatur vtrūq; incōueniēs: & ista videtur fuisse mens Bar. dū allegat l. Publia. in fi. ff. depositi. Secūdò dicit Ange. q̄ quāuis confessio iudicialis inducat obligationem, & parit actionē in factū: vt l. vna. & ibi no. C. de cōfes. & per glo. in l. sed & si possessori. §. fi. ff. de iureiu. principaliter tamē est inducta ad probandū: & hoc est istud quod debet inspici: vt l. si quis nec causam. in prin. ff. si cer. peta. & l. j. §. si te rogauero. ff. depositi. & ista ratio est melior, secūdùm Io. de Imo. hic. Et adde qđ diximus in no. q̄ sufficit cā cōiecturalis, etiā vbi p̄missio nō est facta ī scriptura, vide Ang. in cōsi. suo xxv. vbi tenet, q̄ sicut saldū rationis, qđ cōtinetur in scriptura, est sufficiēs causa ad cōualidandā promissionē, licet ī saldo nō exprimātur causæ propter quas aliquis remanet debitor: vt est casus not. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. ita si probetur saldū per testes; & licet nihil alleget, optime facit iste tex. cū glo. & hic no. per doct. Et inquātū Bart.s. dixit, q̄ stipulatio facta de maiori summa ex cā mutui videtur se referre ad mutuū de quo apparet, etiā si fuerit facta in maiori summa: vide optimū tex. pro eius opi. in l. si vnus. §. si cū mihi decē. vbi dicit q̄ si à me decē debeantur, & pepigero ne à me xx. petantur, q̄ istud pactū tollit etiā illa decem: licet aūt hic econtra, quādo præcesſit mutuū de maiori summa, & sequitur stipulatio de minori, similiter intelligatur fieri relatio ad mutuū factum de summa maiori: si tamē præcedat cōfessio debiti ex aliqua causa in maiori quātitate, & seq̄t postea nūeratio in minori quātitate, cōfessio p̄sumat simulata, secūdùm Bald. qui ita not. decidit in l. ab Anastasio. C. man. in vj. col. Aduerte etiā, qa Bar. hic expresse sentit, q̄ confessio geminata extra iudiciū nō inducat obligationem, sed solum probet: cuius contrariū tenuit in l. cùm scimus. C. de agri. & cen. lib. xj. quorum vtrum sit verius, nō discutio nūc, sed tamen no. dicta Bar. hic.

Qvi insulā. Stipulatio incerta respectu loci, vel si stipulatoris non interest, nō valet. h. d. ¶ Nota primò quòd incertitudo loci vitiat stipulationem, sicut incertitudo rei & tēporis. Concor. in l. ij. si quis insulam ff. de eo quod cer. lo. de qua materia plene diximus in l. ita stipulatus. j. eo. Inuenitur tamen aliquando fauore vltimæ volūtatis, & præ causæ q̄ valet dispositio in certū exemplum, si testator mādat construi capellā vel ecclesiam: vt l. quæ conditio. §. fi. & ibi per Bar.s. de condi. & demō. & per Ange. & Ioan. de Imo. hic. ¶ Secundò nota. quòd stipulatio interposita super facto non valet, si stipulatoris non interest fieri, quia stipulatio est inuenta propter hoc, id est propter proprium interesse: vt l. stipulatio ista. §. alteri.s. eo. & ideo vbi desinit interesse, desinit actio cōpetere: vt l. autem. §. j.s. si quis cau. Et per hoc est declarata ista lex cū glo. sua.

Franciscus Aretinus,

SVMMARIVM.

1 Actio vtilis nonnunquam appellatur directa.
2 Pax potest ex noua causa superuenienti frangi: & etiam dilatio seu treuga, si causa sit iusta.
3 Bannitus qui impune offendi potest, habetur hostis ciuitatis.

Qvi seruū. Debitor liberat propter interitū speciei, si eā tollit lege p̄mittēte. Cōcor. tex. in l. elegāter. §. fi. ff. de pigno. act. & l. qđ ergo. §. heres. ff. de leg. j. ¶ † No. ibi: nec id est efficax. secūdùm quosdā Moder. & bene: qa si res vtilis actio &c. q̄ vtilis actio appellat q̄nq; directa, & exponitur vtilis esset perempta culpa debitoris, nō vtilis actio, sed directa cōpeteret: vt l. si seruū. in fi.s. eo. quia in glo. nil est declarandum, aut addendum. ¶ Extra glo. inducitur iste tex. per Ange. & Moder. ad quæstionem, vtrū si est facta pax vel treuga inter aliquos, & vnus prius fregit pacem vel treugam, possit sibi sine pœna frangi pax vel treuga à parte aduersa: super quo Io. An. in addi. Spe. in rub. de treu. & pace. videt dicere, q̄ frangenti pacem potest frangi pax, nec incurritur pœna posita in cōtractu, nisi esset apposita ibi illa clausula, q̄ pœna toties cōmittatur, quoties fuerit contra factū per iura cōmunia, videlicet per l. cùm proponis. C. de pac. & trans. l. qui fidem. & in c. peruenit. el ij. extrà, de iureiu. Sed Bar. in pace tenet idem, etiam si sit apposita clausula rato manente cōtractu, quæ parū vel nihil differt à clausula, de qua dicit Io. An. per l. fidem.

¶ Appellatiōe frumenti. Adde an cōtineantur oīa ad victum pertinētia, vide p̄ Bar. in l. generali. in §. vxo. ff. de vsufru. leg. doct. in rub. de cano. fru. li. xj. & an contineat farina, vide p̄ Bar. in l. ij. ff. si cert. pet. Bar. in l. quęsitum. in §. illud, ff. de leg. tertio.

magis ad propositum in l. j. C. de condi. inser. & l. non est sine liber. ff. de verborum signifi. Cùm igitur prouisio fuerit facta oĩbus de genere, vel omnibus liberis, si vnus duntaxat superest, sufficit vt vocetur ad lucrum quod defertur. Hæc aũt ratio nõ videtur concludere: quia ex ista ratione bene infertur, ꝙ si tempore quo pater moritur, vnus filius duntaxat superesset, ille solus admitteretur. Sed ista ratio nõ concludit, quòd quã do tempore quo defertur ius emphyteoticum, duo reperiũtur qui succedunt in emphyteosi, deficiens portio vnius accrescit alteri post ius quæsitum vtriq;: quia hic obstat regula iuris, quòd post ius agnitum nõ habet locum ius accrescen. Tenenda tamen est opi. Bart. per primã rationem, id est, propter similitudinem quã habet emphyteosis cum feudo, in quo istud est expressum. Item per tex. no. in c. j. iuxta fin. de duo. fra. à capit. inuestit. vbi probatur, quòd si duo fratres receperunt feudũ possidendũ per ipsos, quãdiu viuerent. Per ista verba videtur actum, ꝙ vnusquisq; eorum illud feudũ debeat possidere insolidũ, intellige nõ simul, sed successiue, 3 †quia duo nõ possunt esse domini insolidum simul, eadem specie dominij: vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commoda. & plene in l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. poss. Sicut ergo ibi locutio quæ cõplectit̃ plures personas, refertur ad eas insolidũ, vt vnaquæq; videatur inuitata ad totam rem, ita quãdo quis cõcedit vsq; in tertiam generationem emphyteosim, quia habet nomẽ, generatio, vel liberorum, ex sui virtute cõprehendit plures personas, id est, quotquot cõtinentur in genere, vel sub nomine liberorũ: ideo singuli de genere videntur inuitari ad istam rem, vel pro parte, vel in totũ, sicut casus cõtingit: quia locutio indefinita quæ refertur ad rem, refertur ad totum, si fieri põt, ex natura dispositionis: vt l. si in rem agat aliquis. ff. de rei vendica. & ibi per Barto. & per eundem in lege, Pompo. §. sed & his. ff. de procu. Consequenter quærit hic Bartol. nunquid si emphyteosis finita renouatur in duos vel plures de genere, & vnus eorum deficiat, habeat locũ ad alterũ ius accrescendi. In qua q̃ö. pro huius intellectu vidẽdum est primò de veritate vnius doctrinę, quã ipse ponit hic: videlicet vtrum in emphyteosi descendentes eiusdem generis, qui nõ erant cõprehensi in inuestitura, possint petere illã sibi renouari: super quo hic Bartol. sensit, quòd sic. dicit enim quòd si non fieret ista renouatio, inferretur iniuria petentibus. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æstiua. ibi autem loquitur latius, dicens quòd si inuestitura denegatur, põt appellari ad superiorem de iure canoni. in quo admittitur appellatio extraiudicialis: vt in capitu. cùm sit Romana. de appel. & in c. j. eod. titu. lib. vj. & in l. fina. de appella. reci. Quinimo etiam forte posset appellari de iure ciuili, per ea quæ ponit Barto. in l. fina. ff. de appel. reci. vel saltem recurri ad superiorem, vt nõ permittatur ꝙ huic petẽti fiat iniuria; vt l. si seruus. & quod ibi per Bald. C. quod cũ eo. Super quo articulo sunt cõsiderandi duo casus: nam aliquando ille qui habet concedere emphyteosim omnino, si non concedat petenti, est alteri concessurus: & tunc æqua est opi. Barto. ꝙ sequens de genere præferatur extraneo: vt l. j. & ibi hoc ponit Bar. ff. de priui. cred. facit optime tex. in lege ij. §. pe. ff. de origine iuris. vbi probatur, ꝙ beneficium consuetum concedi hominibus certæ qualitatis est quodãmodo debitum ibi nõ peti, sed cõcedi solere &c. Aut cõcedens nõ est alij cõcessurus, & tũc est maius dubiũ: nam licet in d. §. permittitur. non eadem persona petebat renouari beneficium, sed alia quæ successerat in iure fundi: & sic ille tex. videatur probare opi. Barto. Potes tamen dicere, ꝙ licet ibi cessaret causa efficiens cõcessionis, scilicet persona, cuius intuitu erat facta concessio, non tamẽ cessabat causa finalis, quæ erat vtilitas fundi, quæ trãsiuerat ad volentẽ impetrare de nouo, quæ causa potissime attenditur indispositẽ: vt l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendi. & in l. ij. §. fina. de do. & tamen etiam in illo casu, licet tex. dicat, ꝙ fiat iniuria, põt intelligi ꝙ fiat iniuria largo modo: vt dicit ibi Ioan. de Imo. capiendo iniuriam pro qualibet offensione, sicut alibi declaratur per Barto. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. Vnde non sequitur, ꝙ possit recurri ad superiorem: quia ibi iniuria capitur pro offensa nõ punibili, & quę non parit ius deducibile in iudicio. ¶ †Reperit̃ tamen in hoc casu, ꝙ si alius cõcurrat cũ eo, cui beneficiũ consueuit concedi, ille præfertur extraneo in concessione de nouo faciẽda, vt l. penul. in fin. C. de loca. fundorum ciuiliũ. lib. xj. & declarat Barto. solenniter in l. vectigalia. §. j. ff. de vec. Pro opi. tamen Barto. multum facit quòd ponit not. Bald. in c. j. §. aut si libellario. quib. mod. feu. amit. & in c. j. §. si vero. qualiter feudum alie. po. vbi dicit, ꝙ si vasallus fuit priuatus feudo propter alienationem cõsanguinei, de eodem genere possunt petere à domino illud sibi iterũ concedi. & hoc dictabat quædam cõstitutio antiqua feudorũ: non tamẽ si bene memini admittebantur simpliciter ad petendũ sibi feudũ concedi, sed ad redimendũ feudũ pecuniæ: & ideo si emphyteota nouus simpliciter peteret sibi cõcedi, q̃d suo generi fuerat concessum, nõ esset audiẽdus, & hoc videt̃ veri⁹ de subtilitate iuris, vt dicit hic Io. de Imo. quia cõtractus ex cõuentione recipiunt: vt l. cõtractus. de regu. iur. & l. j. §. si cõueniat. ff. deposi. Hoc aũt præcipuè est verum, & indubitanter, quando emphyteosis esset prohibita concedi in vlteriorem generationẽ, quàm fuerit cõcessa: tunc enim si non valet pactum appositũ in concessione, ꝙ finita illa emphyteosis iterum renouetur: vt est tex. singu. quẽ ibi ponderat Ange. ad hoc in au. de nõ alie. §. neq; illud. multominus poterit cogi inuestitor ad renouandũ, nõ apposito pacto. Aliàs ergo valeret pactũ interpositum super eo, ꝙ lex vult, intantum

tantum quòd etiam pactum nudum pareret actionem: vt l. legitima. de pact. & l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pact. do. Bal. tamen in dicto §. si vero. dixit enim, ꝙ est notabilius si esset verum, videlicet ꝙ si feudum reuertitur ad principẽ, quod est consuetum concedi per prius, princeps non potest illud retinere pro se, aliquis petat illud sibi concedi feudum: nec restringit, si petens sit de genere illius, in cuius persona deficit feudum, ꝙ dictum in extraneo est valde dubium, nec probatur iure: in illo autẽ qui esset eiusdem generis, pendet à dubitatione præcedenti. ¶ Circa ij. q. est dicendum, quod vera est opi. Bart. s. relata, videlicet ꝙ concedens teneatur finita generatione de nouo concedere: tunc sine dubio ista renouatio habebit eundẽ effectum, quem habebat præcedẽs concessio, quia nõ fuit in potestate domini alterare ius in præiudicium noui successoris. Et quia si ista emphyteusis debet cõcedi aliquibus de genere, videtur quòd idem ius quod competebat generi comprehenso in inuestitura transeat ad istos cum suis qualitatibus: vt lege, si quis filium. §. finali. ff. de acquiren. hæredita. & hoc casu potest intelligi doctr. Bald. in lege, vna. quando nõ pet. par. qui videtur sequi dicta Bartoli hic. Et multofortius idem esset, quando renouatio inuestituræ fieret illi qui esset comprehensus in inuestitura: non enim renouatio fit ad confirmandum veterem contractum, sed ad diminuendum: vt traditur in authen. si quas ruinas. C. de sa. san. eccle. Et potest poni exemplum in vasallo, qui petit se iterum inuestiri domino mortuo, vel in filio vasalli, qui petit se inuestiri à domino mortuo patre: de quo in c. j. circa prin. quæ sit prima cau. bene. amitt. & in c. j. quo tẽpore mil. inuesti. Si verò non potest cogi concedens ad cõcedendũ de nouo, tunc est maius dubium. Primò, quia leges quas allegat Bar. quæ dicunt, ꝙ in sequenti contractu videtur repetita qualitas præcedentis: vt l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. & l. pen. §. vxor. sol. ma trimo. & l. Labeo. ff. de arbit. loquuntur quando contractus repetitur inter easdem personas. Sed hic contractus fit cum noua persona, ergo nõ videntur repetitæ primæ qualitates: vt l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & l. pen. ff. de præto. stip. & l. cùm apud Sempronium. & quod ibi not. j. iudic. solu. Secundò contra istam doctrinam videtur casus in c. j. in fi. de eo qui finem fecit agnato. & in c. j. §. si quis miles. de consti. feu. Lota. impe. quas ante ianuam beati Pet. &c. ¶ † Propter qđ in ista materia videt̃ distinguendum, quòd aut in renouatione conceditur eadem emphyteusis, quæ prius erat concessa maioribus: aut conceditur expresse de nouo, nõ referendo se ad veterem concessionem: aut fit concessio simpliciter. Primo casu dicendũ est sine dubio, quòd ista non iudicetur noua concessio, sed vetus, vel subrogata loco veteris concessionis. Casus est expressus in d. c. j. in fi. de vasal. decrepi. æta. ita declarat ibi Bal. & in d. c. j. in fin. an ag. vel filius. sic debes intelligere doctrinam Bald. qui hoc tenet in l. j. in versicul. xv. quæro. ff. de rerum diui. Et idem esset, quando vasallus cecidisset ipso iure à feudo, & dominus remisisset sibi feloniam, secundùm gloss. in c. Imperialem. §. insuper. de prohi. feu. alie. per Federic. licet Bal. ibi aliter sentiat, non bene dicit, & contrarium tenet in d. l. j. in versi. præ alle. & glo. & Bar. post eam in l. quod dicit̃. ff. de impẽs. & bene facit tex. & ibi tetigit in l. filio quem pater. in princ. ff. de lib. & posthu. non enim censetur vasallus cecidisse à feudo, nisi dominus voluerit, sicut dicitur in emphyteuta qui cecidit à iure suo: vt declarat gloss. & Barto. in l. ij. C. de iure emphy. & per Bar. in l. ij. ff. de excep. rei iudi. Vnde si dominus remisit feloniam, nunꝙ cecidit vasallus à iure suo, quia non declarauit dominus ꝙ velit eum cadere, imo contrarium. Secundo casu videtur dicendũ quòd ista sit noua emphyteusis, & ꝙ inter ipsos inuestitos nõ sit locus iuri accrescendi, per ea quæ dicta sunt. & per tex. maxime in c. j. in fin. de eo qui finem fecit agnato. & ita tenet Bal. in d. §. si quis miles. & clarius in d. c. j. an agnatus vel filius. & licet loquatur ibi quando prima inuestitura fuit extincta per refutationem, quam fecit ille qui de nouo debebat inuestiri, vel alius, vt aliquis de nouo inuestiretur. Eadem tamen ratio videtur esse in casu nostro, quando inuestitura fuit finita, quia non extendebatur vlterius, ex quo concedens voluit de nouo concedere. Tertio casu Bal. dicit, ꝙ in dubio concessio videtur noua causa, parit nouum effectum: quod forte potest verum esse, quando prima inuestitura fuit extincta per voluntariam renunciationem: quare enim renunciatur veteri, nisi vt inducatur noua? Sed quando inuestitura fuisset extincta propter cõcessionẽ limitatã, & noua fieret his qui sunt eiusdem generis: tũc forte põt procedere opi. cõis: nam ista inuestitura videt̃ facta cõtẽplatione generis pteriti, in quo emphyteusis durauerat: & sic quodãmodo mens partiũ videtur esse, vt illa subrogetur loco illi⁹. Et ad materiã quã s. tractaui, dum dixi ꝙ qñ datur pecunia pro emphyteusi, non habet̃ tũc ex causa lucratiua: vide Bal. qa hoc determinat in feudo multũ eleganter in l. si quã. C. de ope. li. Ad aliud etiã qđ dixi de feudo indiuisibili, vtrũ vno mortuo pertineat ad aliũ per ius nõ decrescendi, vide quod elegãter ponit Io. Andre. qui hanc quæstionẽ diffuse disputat in rub. de feudis. in addi. Spe. arguendo ad partes. Item dum dixi, ꝙ si conceditur feudum duobus, & cuilibet eorum, tunc vnus succedit alteri, etiam in feudo nouo: vide Bald. qui hoc tenet, & disputat prolixius in l. vna. C. quando non pet. par. Scias etiam, ꝙ quando ex consuetudine vel ex forma statuti vasallus posset alienare feudum suum, & ex eodem statuto consanguinei vasalli deberent præferri alijs, nõ tamen præferentur domino, si concurrat cum eis: vt notabiliter declarat Baldus & Angelus sequendo Guillemum de Cug. in lege, Imperatores. la secund. ff. de pac. Itẽ aduerte ad intellectum penul. quæst. quia tex. in c. j. §. si vero. qualiter olim feudum alienare poterat, loquitur in alijs terminis, ꝗ̃ quæstio nostra, dum tex. dicit, ꝙ si vasallus infeudatus à primo vasallo, postꝗ̃ extinctum est ius suum, offert se paratum denuo præstare id quod præstabat prius, debet iterũ inuestiri. Hoc enim inducit̃ ibi de æquitate propter duplicem causam: primò, quia iam habuerat ius in ea re. Secundò, quia durum erat, ꝙ priuaret̃ iure suo ex casu, id est, facto alterius, quæ nõ habet locum in casu nostro: tex. etiã in c. j. §. fin. dũ dicit, ꝙ si feudũ fuit alienatũ, agnati admittuntur ad redimendũ, & præferuntur domino, nõ loquitur in terminis nostris, qa ibi illi q bus cõceditur hæc facultas, erant successuri in feudo, si non fuisset alienatum: vnde signanter dicit ibi tex. ꝙ hoc competit eis, si feudũ sit paternum. Vnde illa iura non faciunt ad materiam nostrã, nec esset concedendum hoc, ꝙ non cõprehensi in inuestitura admitterentur ad redimendum emphyteusim, per iura illa q̃ loquuntur in alio casu.

Si stipulatus.

Verba stipulatiõis clara non recipiunt interpretationem ex voluntate promissoris. h. d.

SVMMARIVM.

1. ☞ Dispositio stricti iuris extenditur, vbi si nõ extenderetur dispositio in casu expresso, non consequeretur suum effectum.
2. Homicidiũ qui facit, vel fieri facit, tenetur l. Cor. de sica.

Si stipulatus. Stipulatio interposita pro vna persona, extendit̃ ad aliã, sine qua cõmodè effectus stipulationis in persona expressã non posset habere locum. h. d. Secunda est ibi: & latius. Tertia ibi: nam & si stipulatus fuero. ¶ † Not. primò, ꝙ etiam dispositio stricti iuris extenditur, vbi si non extẽderetur dispositio in casu expresso, non consequeretur suũ effectum: & hãc regulam ponit Bart. in materia statutorum in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et p istam legem dicit Io. de Imo. posse inferri ad quæstionem, de qua tractauit l. cùm filius. §. j. s. eo. videlicet vtrum dilatio concessa cruce signatis per superiorem extendatur ad fideiussores eorum: super qua vide Bal. plene in l. quoties. C. de prec. imper. offe. & tex. & quod ibi nota. in l. finali. C. de exe. rei iud. vel de vsur. rei iu. Potest etiam & tertiò induci secundũ Io. de Imol. ad quæstionem not. quam mouet Specula. in tit. de treu. & pace. in §. j. ver. fi. vbi dixit, quòd si aliquis facit pacẽ[a] pro se, & pro omnibus de parte sua, seu pro his q sunt de sua parte, & vnus ex his qui faciunt pacẽ, offendat aliquem de consanguineis alterius, maximè qui iuuerat eum durãte discordia, incidit in pœnam, & videtur fregisse pacem: quod dictum perpetuo not. quia decidit singulariter, quòd sub ista clausula pro his qui sunt de parte, cõprehẽdũtur non solũ qui adiuuant in bello, vel in discordia, sed etiam consanguinei, qui se non interposuerunt: pro qua cõclusione do tibi tex. singularẽ quẽ ibi not. Bar. ad hoc in l. j. C. si rector prouinciæ. per quem ibi decidit, † ꝙ appellatione participum & cõplicum veniunt cõsanguinei, & consiliarij illius, qui sic paciscĩt, seu de quo dispõ loquitur. Licet autẽ in casu l. nr̃æ vxor veniat, & cõprehendat̃ in stipulatione, non tñ sic esset, si aliquis faciendo pacẽ cũ altero ꝓmitteret sub pœna illum nõ offendere: tunc eñ si offenderet vxorem, cõmitteret̃ pœna, qa iniuria illata vxori videtur illata viro fictè: vt l. cũ q nocẽtẽ. §. fi. ff. de iniur. nõ vere, & stip̃lo nõ trahit̃ ad casum fictũ. Ita disputãdo determinat fin. Io. An. ĩ mer. sua ĩ reg. frustra. de re. iur. Tãgit etiã hic Io. Imo. no. q. quã posuit Io. in addi. Specu. in titu. de treu. & pace. præallegato. nunquid si vnus ex facientibus pacẽ

[a] ¶ Quòd si aliqs facit pacẽ. Adde Pe. de Anch. in c. sciãt cuncti. de elect. lib. vj. Ant. de But. & Io. de Imo. in c. ij. de renun. Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipso ꝑtori. ff. de no. oper. nun. idẽ Ias. ĩ l. j. ff. de in ius voc.

frangit pacē offendendo præstans sibi auxilium siue opem, incidat in illā pœnam, in quam ex forma l. vel statuti incidit factor pacis, cui augeretur pœna propter perfidiam: super quo concludit Ioan. Andr. & sequitur hic Ioan. de Imol. quòd etiā si præstans opem ignoret pacem frangi, nihilominus tenetur pœna, qua est ligatus principalis: per l. vtrum. ff. ad l. Pompeiam. de par. & per legē, is qui opem. ff. de furtis. in quibus ll. probatur, quòd ferens opem punitur respectu qualitatis inhærentis principali, & augetur eius pœna, licet illa qualitas in eo non sit. Et hanc conclusionem sequitur Bartol. in dicta l. libertis quos. §. posthumus. ff. de alimen. & cib. leg. inducens illam l. in argumentum. Sed ista prima opin. videtur verior per iura suprà dicta, quæ propriè loquuntur de materia.

¶ † Vtrum autem sicut ex persona principalis augetur pœna, ita diminuat, Barto. sentit ꝙ sic, in dicta l. is qui oportet. sed in l. qui seruum. §. item placuit. eo. titu. dicit per illum tex. & per tex. in l. si quis id quod. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. quòd pœna ferentis opem non diminuitur, sed attenditur persona ipsius opem præstantis: & ideo intellige hoc esse verū, si factum quod fit à principali delinquēte, licet sit impunibile quo ad eū, est tamen delictum in se: quia si non esset delictum, non teneretur opem ꝓstans: vt l. si is qui. §. si Titiū. & ibi per Bart. ff. eo. & ideo dicebat Ang. not. in cons. suo cclxxxij. quòd si ex forma statuti offensus potest facere vindictam impunè, ꝙ alius ferens opem ipsi offenso punietur: quia qualitas principaliter facientis non excusat eum, quoniā hic principaliter faciens eximitur à pœna ꝓpter qualitatem inhærentem ꝑsonæ suæ: nō tñ statutum extinguit delictum: alleg. Barto. in loco præallega. Bald. aūt in l. vt vim. circa medium. ff. de iustit. & iure. dicit, quòd hoc est verum, si ille qui fert opem principaliter offenso ponit manum ad vindictam: secꝰ si simpliciter associet facientem: nō enim potest puniri, quasi aliquid fecerit, sed quasi associauerit facientem actum illicitum: & sic nullam meretꝰ pœnā. Et hoc dictum est valde æquum, sed de iuris rigore est dubium, q̄a ex quo associare aliquem ad actum delicti non est ferre opem, non video quomodo nō possit puniri, ex quo ꝓstat opē delicto, licet ꝑsona principaliter cōmittens sit immunis à pœna. In casu autem ecōuerso, de quo s̄. diximus, vtrum pœna augeaꝰ in opem ferente, ꝓpter qualitatem principaliter delinquentis, debes scire, quòd Bald. in l. non ideo minus. C. de accus. in versi. iiij. quæro. iuxta finem quæstionis, quæ est multum ꝓlixa in effectu, tenet contra Barto. mouetur, q̄a secundū hoc sequeretur, ꝙ si decurio mandat plebeio, ꝙ committat homicidium, ꝙ ipse posset attenta ꝑsona homicidium cōmittentis puniri ad bestias, vel ad furcam, sicut plebeius: cùm tamen ipse si principaliter delinqueret, non puniretur ad istā pœnam. Sed hoc falsum secundùm eum per l. moris. §. iste. ff. de pœ. vbi simpliciter decurio prohibetur affici tali pœna: ergo istud dictum non procedit. Vnde infert ibi contra Bartol. quòd si popularis præstat opem magnati, non punietur maiori pœna ꝓpter magnatem simpliciter principaliter delinquentem. Ad l. vtrum. rñdet quòd est ibi speciale propter enormitatem criminis, vel quia ibi augetur pœna ꝓpter qualitatē quæ inest offenso: pro sua conclusione facit optime text. in l. j. in princ. ff. ad l.

2 Cor. de sica. iuncta l. iij. §. fi. eo. titu. ¶ † Dicitur enim in l. j. in princ. quòd ille tenetur l. Cornel. de sica. qui facit vel fieri facit homicidium: & postea in l. iij. in fin. simpliciter dicitur, quòd honestioribus infertur pœna deportationis, inferioribus autem pœna capitis: posset autem contingere quòd homo honestus mandaret fieri homicidium per vilem personam: & secundùm docto. Barto. mandans deberet puniri vt illa persona, cū tamen tex. in dicta l. iij. in fin. simpliciter dicat, quòd punitur alia pœna. Tu autem sequere opin. Barto. tanq̄ veram, & ad dicta iura rñde, quòd aliq̄ñ pœna imponitur maior principaliter delinquenti: non quia plus videatur delinquere, sed quia minor reuerētia & respectꝰ sibi debetur, & tūc pœna quæ imponitur sibi non augetur in mandante vel opem ferente, in quo est diuersa ratio, & cui debeꝰ maior reuerentia. Aliquando pœna augetur in principaliter delinquente, quia plus videtur delinquere quàm alius, qui non haberet illam qualitatem: & tunc eadem pœna debetur opem ferenti, & mandanti, licet in eo non sit ista qualitas. & per hoc habes expeditos istos articulos notabiliter. ¶ Extra glos. opponitur contra istum tex. de §. sed cùm factum. Insti. de stipula. seruo. vbi dicitur, quòd quādo seruus stipulatur factùm, ista stipulatio nō committitur, si dominus prohibeatur vti via, & illo facto, sed si ꝓhibeatur ipse seruus. Huius contrarij timore dixerunt Petr. & Rayn. hic, quòd est differentia stipulationis: nā si stipulatio interponitur negatiuè, vt in text. nostro, tūc habet locū l. ista, ita quòd in isto casu si dn̄s prohibereꝰ, cōmitteretur stipulatio. Si vero stipulatio concipiatur affirmatiuè, sicut in §. sed cùm factū. tunc non cōmittitur stipulatio, si ꝓhibeatur dn̄s, vel alius à stipulante. Sed Ang. & Ioan. de Imol. dicunt, ꝙ ista differentia est contra mentem & rationem huius literæ. Verba enim negatiuè hic posita æquipollent affirmatiuæ, & idem significant: vt patet in l. si sic stipulatus fuero. in te. & glo. s̄. eo. Vnde ista solutio imponit l. verbis, ꝓpter quod ipsi dicunt quòd aut quæritur vtrum in terminis l. nostræ, vel §. sed cùm factum. cōpetat actio ipsi stipulanti, si alius prohibetur: & tunc competit vt hic dicitur, aut quæritur vtrum competat actio ipsi prohibito, & non competit. Sed ista solutio videtur destruere tex. in §. sed cùm factum. vbi diciꝰ expresse, quòd ex ꝓhibitione facta domino non cōmittitur stipulatio, nec dicit quòd non committatur ipsi domino, sed simpliciter ꝙ non cōmittitur. Vnde si aliquid subaudias, videlicet non committitur ipsi domino: ista solutio diuinat ad tex. & non videtur vera. Potest tamē forte admitti ista subauditio propter ea quæ dicuntur in §. præcedenti, in quo agitur quomodo ex stipulatione serui acquiraꝰ actio dño. Vnde clausula quæ sequitur postea aduersatiue, vt proprie aduersetur præcedentibus, potest intelligi ꝙ stipulatio non committitur, scilicet dño. Potes etiam dicere, nihil diuinando, ꝙ cū seruus sit persona accessoria ad dominū, nō est conueniens ꝙ dominus tanq̄ accedens faciat committere stipulationem: quia principale non regulatur ab accessorio: vt l. ij. §. fina. ff. de iure codi. nisi forte ille qui stipulatur censeretur eadem persona cum illo principali, ita quòd caperetur ꝓ vno: sicut patet in viro & vxore, filio & patre, & similibus: vt patet in l. j. ff. de ritu nupt. & l. fin. C. de impub. & alijs substi. Vel dic secūdò, & forte istud est verius, ꝙ quāuis vxor & maritus qui stipulantur, comprehēdant se adinuicē, vel illos qui sunt de familia sua: non tamen sequitur, quòd seruus qui stipulatur factum, debeat comprehendere dominū: q̄a licet cōueniens sit, & decens, ꝙ vxor comitetur virū, & econtra, & ꝙ familia comitetur dominum, nō tamē ecōtra est conueniens, aut frequenter contingit, ꝙ dn̄s comitetur seruum.

SVMMARIVM.

1. Petitio & libellus certus post electionem secutam in alternatiua sequi debet, q̄ñ erat in potestate stipulatoris.
2. Electione secuta, id solū q̄d eligitur remanet in obligatione.
3. Ius prætendenti ex cōtractu, contractus verba sunt inspicienda.
4. Stipulatori cōpetit variandi facultas vsq; ad litem conte.
5. Stipulatio seu promissio de satisdando continet factum.
6. Idoneus quot modis quis dicatur.

Si quis stipulatus. Si electio conceditur stipulatori per futurū subiūctiui, post electionem non licet variare: si vero per futurū indicatiui, licet variare vsq; ad lit. contest. hoc dicit. Secūda est ibi: an autem. ¶ † Not. primò ibi: quem elegerit &c. ꝙ post electionem secutam in alternatiua debet sequi petitio, & libellus certus, q̄ñ electio erat in potestate stipulatoris: quia ex quo potest incertū certificari, libellus alternatiuus nō deberet admitti: secus si electio erit in potestate ꝓmissoris: tūc enim non deberet actor petere vnum ex alternatiuis, q̄a peteret plus cā: vt Instit. de actio. §. plus. sed vtrunq; alternatiuè, prout debetur: vt l. vl i autem. §. illud. s̄. eo. & ibi not. ¶ † Secūdò nota ibi: solus in obligatione. ꝙ electione secuta solum id quod eligitur remanet in obligatione: quod intelligit Barto. & communiter Moder. quando electio esset inuariabilis: secus si posset variare, quia tunc vtrunq; duraret in obligatione. Et idem dixit in lege, stipulatus sum Damam. s̄. eo. quod probat: quia si solū id quod est electum remaneret in obligatione, tunc esset facta executio post electionem, ergo non admitteretur variatio: vt lege, apud Aufidium. de option. legat. ex hoc datur intelligi, quòd adhuc vtrunque est in obligatione. Sed ista ratio nō videtur sufficiens: quia per hoc quòd est nata obligatio ad vnum præcisè, & in alio obligatio sit extincta, non dicitur ita facta executio, sicut quando translatum est dominium ipso iure: vt patet ex his quæ dicentur inferius ad intellectum legis, huiusmodi. §. si Stichum. ff. de legat. primo. Inde est, quòd licet prima obligatio sit nouata, & transfusa in aliam, nihilominus admittitur purgatio moræ: vt l. prima. in princip. ff. de lega. & l. j. §. item si ita. ff. ad legem falc. quæ non admitteretur, si diceretur facta executio ipso iure: vt patet in l. si is cui. ff. de lega. ij. & ibi per Bart. Vnde ego dixi in l. stipulatus sum Damam. ꝙ donec varietur electio respectu ꝓsentis statꝰ, verè est extincta obligatio, quo ad aliam rem, & ista sola est in obligatione. & hoc per istum tex. non cauillando literam, dum dicit simpliciter, quòd sola res electa est in obligatione. & postea in ver. an autem. quærit, vtrum possit variari electio: & sic videtur primum dictum referri ad vtrunq; casum. † Ex his infertur, quòd si facta electiōe, in qua potest stipulator variare, vel debitor re electa moriatur, etiam si moriatur ante moram creditoris, dummodo debitor ipse non sit in mora, res peribit periculo creditoris, & reus nihil tenebitur amplius præstare. Gloss. est singularis & vnica, quam tenebis menti in l. Stichum aut Pamphilum. in principio. ff. de solut. super verbo, æquè. quam glo. impugnant ibi Barto. & Ang. & saluant eam solum, quando creditor ipse esset in mora: per l. qui decem. in princ. ff. eod. titul. Sed Ioan. de Imol. sequitur ibi glo. quia l. pignus. C. de pigno. actio. per quam Barto. ibi reprehendit glo. loquitur in alio casu. Vnde Ioan. de Imo. inhæret regulæ, quæ dicit, quòd per interitum speciei, quæ est in obligatione, debitor liberatur: vt lege, si ex legati causa. s̄. eod. Sed ipē nō vidit difficultatem quæ mouetur hic: quia Bart. hic negat, quòd sola res electa sit in obligatione, quando potest variari in electione: ego tamen sequor illam glo. ex mente istius tex. & ex his quæ suprà dixi. ¶ † Tertiò not. ibi: respiciendus erit &c. quòd prætendenti ius ex contractu sunt inspicienda verba contractus: sicut cùm quæritur de virtute priuilegij. inspicienda sunt verba priuilegij: vt in capitul. porro, extrà, de priuile. facit tex. in lege, fideiussores magistratuum. §. finali. infrà, de fideiussoribus.

4 ¶ † Vltimò no. ibi: donec iudicium dictet &c. quòd facultas variandi stipulatori competit vsque ad litem contest. & non vltra, ne vlterius posset variari, auferretur defensio reo, quod esset inconueniens. ¶ Extra gl. opponitur

ponitur, secundùm Barto. contra istum text. inquantum hic permittitur variatio vsq; ad litem contesta. nã videtur, quòd postquàm libellus fuit oblatus parti, etiam ante lit. contesta. non admittatur variatio, per tex. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. vbi dicitur, quod libello oblato parti actor cogitur persistere, & finire litem super actione proposita. Sed Bar. respondet, quòd per illã authen. prohibetur suspensio & dilatio litis, sed nõ variatio & mutatio: qđ dictũ sine dubio ꝓcederet, qñ aliquis renunciaret actioni propositæ, & vellet intẽtare aliam actionem, licet ex eadem causa: vt patet in l. cùm fundus. §. fin. ff. de vi & vi arm. & in c. pastoralis. de cau. poss. & proprie. quam decretalẽ adducit etiam hic Io. de Imol. Ita concludit Bart. post Odof. in l. ædita. C. de eden. & sequitur ibi Saly. & Bald. in authen. qui semel. quomodo & quando iudex. & satis probatur in corpore in authen. de exhi. & introdu. reis. §. omnem. in versi. & si quidem. vbi patet, quòd dispositio illius authen. quæ cogit actorem ad prosequendam litem, loquitur in actore absente contumace: nam in præsente vult obseruari ll. veteres. Si ergo actor est præsens, & vult mutare actionem ante lit. contest. non loquitur ille tex. nec aut. q semel. quæ inde sumitur. Sed dubium facit in casu nostro, q̃a cùm vna & eadem actio competat pro ambabus rebus contentis in alternatiua: vt l. si duo. j. eod. & ibi diximus. non videtur ꝙ in eadem actiõe ista varietas admittatur, quia eadem renunciando primæ instantiæ, non potest actor proponere eandem actionem, secundùm Bart. in d. l. edita. Respõdẽdo dicas, quòd illud dictũ est verum, qñ eadem actio proponatur ad idẽ: secus si proponatur ad diuersam rem: arg. l. cùm quæritur. & l. cum de hoc. de excep. rei iudi. & hoc est quod sing. voluit hic Bar. cuius dictum adde ad ea quæ ipse posuit in dicta l. edita. Item inquantum Bart. hic dicit, ꝙ ille qui renunciat liti & actioni propositæ super vna re, videretur renunciare etiã actioni proponendæ pro alia re, si renũciatio & pactũ esset expressum: vt l. postq̃ liti. C. de pact. Vnde intelligit istum text. quòd pactum fuit interpositũ super vna, & hoc expresso quod intẽdebat agere pro alia: vel ꝙ ista l. loquitur in pacto tacito, qđ non extenditur ad aliã rẽ, vel personam. Dic quòd istæ solutiones non sunt necessariæ, †quoniam quãdo electio competit creditori, pactum interpositũ super vna ex rebus alternatiuis nõ extenditur ad aliã: secus si electio esset promissoris: ita distinguit gl. & sequitur ibi Bart. in l. si vnus. §. si stipulatus. & §. si hominẽ. ff. de pact. & tangit etiam hic Ioan. de Imol. & bene, & rationem differentiæ vide per Bart. in d. §. si hominem. ¶ Not. sing. doctri. Bart. dũ vult, ꝙ tacitum pactum non extendatur ad aliam rem, vel personam, per quam limitatur tex. in d. §. si stipulatus. quàmuis quo ad personam cõprehẽsam in pacto tacito fauorabilius sit tacitum pactum ad liberandum, quàm expressum: vt est casus not. & ibi per Bar. & alios. in l. ij. C. de pact. Et quia Bart. dicit, ꝙ ille qui recedit à re petita in libello, & eligit aliam, videtur facere pactum de non petendo respectu rei quæ prius erat electa. Et ex hoc infert, ꝙ si iste qui primò variauit, vellet secundo variare, & redire ad rẽ quã primo elegerat, nõ posset, quia obstaret sibi exceptio pacti. D. Ioan. de Imo. hic dicit primò, quòd istud nõ haberet locum, si nihil fuisset deductum in libello: sed prima electio fuisset extraiudicialis, quia recedendo ab ipsa, & eligendo secundò aliam rem, non videretur factũ pactum de non petẽdo. Et hoc non negaret Bar. quia tex. in l. postq̃ lit. nõ loquitur in renunciatione extraiudiciali: si verò res primò electa fuisset petita in libello, adhuc credit quòd si aliquis tertio loco eligendo vellet redire ad rem, quam primo elegerat, quòd hoc posset, per ea quæ no. Innocen. & Ioan. And. in c. pastoralis. de caus. posse. & proprie. Nõ ob. tex. in authen. qui semel. secundùm eum, quia illa loquitur, quando quis vellet variare tempore sibi non concesso à lege. Sed in casu nostro, & in c. pastoralis. ille qui variat, hoc facit ex l. permissiõe. ergo videtur, quòd quandocunq; possit variare vsq; ad tempus permissum à lege. Tu verò dic, vt superius declaraui, ꝙ cùm petitio consideretur vt noua actio, & alia actio, recedere ab vna actione, & transire ad aliam ante lit. contestat. non est prohibitum, per authen. qui semel. nec Barto. fundat se per illam authen. quo ad istam conclusionem, sed fundat se in hoc, vt dixi, quia si res primo loco electa fuit petita in libello, cum sit postea electio alterius rei, videtur renunciari actioni propositæ pro re primo electa, & sic fieri pactum de non petendo: vt l. postq̃ liti. præalle. Vnde opin. Bar. videtur vera: quoniam vt dixi, perinde est, ac si vni actioni propositę esset renunciatum, intentaretur altera, ex qua renunciatione resultat pactum de nõ petendo: nisi forte dicas, ꝙ l. postq̃ liti. non habet locum, quando expresse à iure permittit̃ variatio: vt patet ex not. in c. pastoralis. Sed hoc non bene probatur iure, q̃a in casu c. pastoralis. primum remedium intentatũ non tollitur, sed suspenditur: vt ibi dicitur expresse in tex. & non est mirum, si ad illud potest rediri. Sed hic facta electione secundo loco ius quę situm ad primam rem tollitur inspecto statu de præsenti: vt declaraui superius in ista l. in notabilibus. & in l. stipulat⁹ sum Damam. §. e. Vnde secundùm opi. quam tenui in dictis locis, istud dictum Ioan. de Imol. non ꝓcederet. Sed si teneremus opi. Bar. in d. l. stipulatus sum Damam. quòd per electionem factam de vna re alia non desinat esse in obligatione, qñ non potest variari, tunc magis probabiliter procederet opin. sua per d. c. pastoralis. Posset etiam dici, quòd etiam si per secundam electionem alia res desineret esse in obligatione, adhuc tamen admitteretur variatio, vt ipse dicit, quia desinit esse reuocabiliter, non irreuocabiliter. Et forte vt non restringamus ista iura, hæc opi. verior restringendo l. postquam liti vt dictum est, ad casus, ex quibus ex dispositione iuris non conceditur expresse facultas variandi.

Si quis ita stipulatus. ¶ Promissio de satisdando nõ committitur, nisi quatenus interest. Vel sic, & clarius: Qui promittit alicui satisdare, tenetur, si & quatenus reus principalis non est soluendo: quod consideratur ex facultatibus rei cõueniendi. hoc dicit. Secũda ibi: nisi. In tex. ibi: nisi &c. ista dictio non ponitur correctiuè secundùm Dyn. Bar. & Moder. sed modificatiuè. q. d. ꝙ ille intelligit̃ esse locuples, q habet idoneas facultates, & est 5 psona legalis & q̃ faciliter põt cõueniri. ¶ †Not. primò, ꝙ stipul̃o seu ꝓmissio de satisdãdo cõtinet factum, qđ patet, quia si non p̃statur, cõmittit̃ stipul̃o ad interesse: sicut dicitur in simili in l. illa stipul̃o. §. j. s. eod. & per istã l. potest sumi arg. inquantum dicitur in ea, ꝙ si non pręstatur satisdatio, stipulatio nõ cõmittitur, quando reus est locuples ad q. not. qđ si fideiussor debet præstari ex forma l. vel statuti, vtrum si principalis promissor est euidenter locuples, & soluendo, potest sibi remitti fideiussio: super quo Bar. dixit singular. quòd sic, in l. quicunq;. C. de sun. pa. li. xj. per illum tex. vbi cõcludit, ꝙ si ex forma statuti officialis non admittitur, nisi prius præstita satisdatione, non debet exigi ista satisdatio, quando officialis est euidenter soluendo. Contrarium tenet Ang. & forte melius in l. postq̃. §. Imperator. ff. vt le. no. caue. ista enim satisdatio debet præcedere administrationem officij pro forma: vnde non videtur, ꝙ possit omitti, etiam si cesset causa formę introductæ: vt l. si fundus. ff. de rebus eo. & Bar. in l. cùm hi. §. eam autem. ff. de transac. Posset tamen superior admittere fideiussorem minus idoneum in isto casu: per ea quæ habentur in l. j. ff. in ius voc. vt eant. secundũ vnam lectu. dũmodo nõ esset totaliter non soluendo. Quòd autem ista præstatio fideiussoris, quæ debet fieri anteq̃ officiali præstetur administratio, sit de forma, satis probatur in l. j. & ij. C. de tu. & cu. qui satis non ded. facit optime quod tradit Bald. in l. si tutor. C. in qui. cau. in integ. resti. nõn est neces. †Dixit tamen alibi Bal. quòd officialis qui debet recipere fideiussorẽ ab accusato, vel inquisito ex forma statuti, non tenetur in syndicatu, si omisit recipere fideiussorem, & tẽpore exactionis faciendæ principalis est soluẽdo: ita not. ipse eleganter p illũ tex. in l. j. §. si magistratus. in fin. ff. de magist. conue. Illud etiam scias, ꝙ qui ex promissione tenetur satisdare, intelligitur ꝙ debet cõuenire fideiussorẽ in loco vbi facta est obligatio principalis: vt l. si fideiussor. 6 §. si necessaria. & ibi per Bart. & alios. ff. qui satisda. cog. ¶ †Secundò no. ibi: nisi &c. ꝙ aliquis dicitur idoneus, non solum facultatibus, sed etiam ex legalitate & probitate morum. Concordat tex. in l. scire oportet. §. penul. ff. de tut. & cur. da. ab his. Et hoc infert hic Paul. de Cast. ꝙ si est publica vox, & fama, ꝙ aliquis sit bonus obseruator promissorum suorum, seu fidei datæ ipso facto dicatur esse idoneus, ita quòd non possit recusari pro nõ idoneo fideiussore, vel per approbatorem cõmunis, qui fuit in aliquibus locis deputatus ad approbandum fideiussores idoneos, intantum quòd si repelleretur posset agi cõtra eum actione iniuriarum: vt l. si vero. §. j. ff. qui satisda. cog. secundùm eum habeo quandã apostillam in lec. d. Paul. qui reprehendit istud dictũ. & dicit Mod. tenere cõtrarium in l. ij. ff. qui satisdare cog. qui vtuntur ista ratione: quoniam si iste admitteretur vt idoneus fideiussor, posset creditor incurrere damnũ, si fideiussor moreret̃, priusq̃ esset exactus, quia forte hæres suus non esset ita legalis, & tamen fideiussor principaliter assumitur: vt quod non potest debitor consequi ex bonis rei, consequatur ex bonis fideiussoris: vt Instit. de repli. §. fina. & hanc doctrinam credo esse verissimam per verba istius text. in fin. & d. l. ij. in princ. dicitur enim hic, ꝙ non tam patrimonio, q̃ fide quoq; quis idoneus æstimetur. Dictio autẽ, quoq;, quæ est implicatiua: & dictio, etiam, quæ ponitur in dict. l. ij. quæ similiter implicant, significant ꝙ vtrunque requiritur copulatiuè q. d. non solũ debet esse idoneus facultatibus, sed etiam legalitate & fide: & sic alterũ istorum nõ sufficit: vt l. si hæredi plures. cũ materia. ff. de condi. insti. Pro ista cõclusione facit optime tex. cũ gl. in l. j. & ij. ff. in ius vocat. vt eant. per locum à speciali, quia ibi recipitur fideiussor non idoneus de præsentando aliquẽ in iudicio ex eo, quia verisimile est quòd principalis omnino fidem implere debeat. Vnde dicit ibi Bart. & Bald. ꝙ ex hac similitudine, quando fideiussor debet dari ex conuentione, vel ex legis dispositiõe, in alio casu nõ admitteretur fideiussor non idoneus. Sicut ergo non admittitur fideiussor, q̃uis verisimile sit ex persona principalis id quod promittitur seruari: ita si sit verisimile ex persona fideiussoris fidem seruari, dummodo nõ absint facultates, per hoc non iudicabitur idoneus fideiussor. ¶ In glo: posita super verbo, pro centum. ibi: vel dic. in hac ij. lectu. gloss. præsupponit, quòd aliquis promisit pro centum dare reum & fideiussorem: & ꝙ si dedit reum, & non dedit fideiussorem, tenentur ad interesse: vt dicitur in tex. Sed hoc est diuinare ad literam, quæ solũ dicit, quòd aliquis promisit satisdare: vnde possumus dicere, tenendo hunc intellectum, quòd iste text. probat singulariter, †quòd ille qui promittit satisdare pro certa quantitate, videtur promittere, quòd etiam dabit reum principalem, quia obligatio fideiussoria, quæ continetur nomine satisdationis: vt l. j. ff. qui satisda. cog. non potest considerari sine principali: & ideo in stipulatione de satisdando subintelligitur persona, sine qua aliàs non posset consistere: vt l. si stipulatus fuero. s. eod. ¶ In ead. gloss. ibi: qui satisdare. in fi.

glo. ista secundùm Barto. in l. qui satisdare. præalleg. & Ang. in l. quoties. ff. qui satisda. cog. debet declarari hoc modo, quòd qui accepit ignoranter fideiussorem non idoneum, non possit petere iterum sibi caueri: sed tamen possit agere ad interesse, quanti sua interest, fideiussorē fuisse idoneum: æstimatur autem hoc interesse, si fideiussor est idoneus facultatibus, sed forte nimis potens, vel cauillosus, vel rixosus, quanto min⁹ vērederetur nomen debitoris, secundùm Bar. hic, per l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. Et licet iste sit bonus modus consequendi interesse de præsenti, posset tamen agi aliter, quia posset petere condemnari ꝓmissorem ad omnes sumptus, si quos facerem in lite mouenda, propter qualitatem personæ, cum qua verisimiliter sum litigaturus. Casus est not. quē ibi nota. ☞ Bald. in l. nouissime. §. pen. ff. quod fal. tu. autho. †Scias etiam pro complemento materiæ, quòd quando fideiussor debet præstari officio iudicis, sicut potest peti quòd præstetur de nouo fideiussor, si primus non erat idoneus: ita si primus efficiatur non idoneus ex eo quia creuit litis æstimatio ex postfacto, vel patrimonium, pro cuius æstimatione est dat⁹ fideiussor. casus est not. quem ibi ponderant Bald. & Ang. ad hoc in l. si quo tempore. in princ. ff. de pet. hæred. & ad materiam vide glo. & quod ibi ponunt Moder. in l. si stipulatus. §. possum. s. co. & quod ponit Bald. diffuse in l. quoties. ff. qui satisda. cog. Vtrum autem in dubio præsumatur scientia, vel ignorantia in eo qui recipit fideiussorem minus idoneū, hoc nō declarat Bart. in l. qui satisd. & esset cogitandū pro matura decisione. Sed prima facie videtur, ꝙ præsumatur scientia per duo iura, quæ hoc non probant, videlicet per tex. not. quem ibi not. Barto. ad hoc in l. si patronus. ff. de confir. tuto. & in c. innotuit. circa medium. & ibi bona glo. extrà, de elect.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si stipulans aliquid fieri certo tempore suo arbitratu, videtur sibi arbitrium reseruasse, non solum quo ad operis qualitatem, sed etiam quo ad qualitatem temporis.
2 Verbum, arbitratu meo, an faciat conditionem.
3 Stipulatio pœnalis in qua est adiecta dies, quādo cōmittatur.
4 Arbitrandi facultas etiam competens in persona stipulatoris, non transit ad hæredem.
5 Verbum, perpetuum, positum in l. diuersimode interpretatur secundū subiectam materiam.
6 Bannum dicitur esse stricti iuris, nec comprehendit, nisi id quod in eo exprimitur.
7 Verba executiua impersonaliter concepta non vitiant stipulationem.
8 Consultatio proponitur generaliter.
9 Promissio deliberando rem ab obligatione hypothecæ continet factū.

Cum stipulatus. Prorogatio termini impedit pœnam committi: sed cōmissam non tollit. hoc dicit. Secunda est ibi: Procul⁹. Tertia ibi: nec ad rem. Quarta ibi: & prope modum. Vel potes facere 1 tertiam ibi: aut si hoc falsum est. ¶ †Nota primò, quòd qui stipulatur aliquid fieri certo tempore suo arbitratu, videtur reseruasse sibi arbitriū non solum quo ad qualitatem operis, sed etiam quo ad qualitatem tēporis, id est nisi longius tempus postea præfigeret. Vel breuius, & isto modo coniunge expositionem glo. cum expositione Barto. Sed glo. & Bart. sentiunt, quòd arbitrium super tempore fuerit reseruatum expresse, qđ non dicitur in text. & ideo videtur, quòd ista l. non procedat: nam videt̄ contra tex. not. in lege, si in lege. in princ. ff. loc. vbi probatur clare, quòd si aliquis locat opus faciendum arbitratu suo infra biennium, arbitrium non refertur ad tempus, sed ad qualitatem operis: per quem text. dicit ibi Barto. notanter, quòd si datur potestati arbitrium in faciendo condemnationes, non videtur data potestas prorogandi instantiam statutam in causa criminali. Sed potest responderi, saluando literam nostram, quòd ideo hic arbitrium refert̄ ad tempus, sicut ad qualitatē operis, qa ista clausula, arbitratu meo, fuit posita in vno capitulo continēte qualitatem operis & tempus: & ideo videtur repetita in qualibet parte illius capituli: vt l. iij. §. si filius. & ibi per Barto. ff. de lib. & posthu. sed in l. si in lege. capitulum temporis fuit positum separatim, & de per se. & ad hoc semper not. istam literam. De materia autē dicam plenius in l. si ita stipulatus. §. 2 Chrysogonus. j. eo. ¶ †Secundò not. & semper tene menti, quòd ista verba hic, arbitratu meo &c. non faciunt conditionem, vt significent, ꝓmittis ædificare domum sub pœna, si fuero arbitratus: tunc enim vt pœna committeretur, esset opus vt præcederet declaratio arbitrij: vt l. si quis arbitratu. s. cod. & l. multa. in princ. ff. de condi. & demonstr. quod hic negatur, quia stipulatio pœnalis simpliciter committitur, etiam si nil aliud declaretur. Hoc autem contingit secundùm Barto. hic, quia forma certa fuit expressa à principio, & certū tempus adiectum: vnde ista verba, arbitratu meo &c. sonant potius in monitionem, ꝙ̄ in conditionem: sicut in l. si decem cùm petiero. s. cod. Vel dic secundū eum significare conditionem resolutiuam appositā stipulationi puræ præcedenti, ac si dixisset, ꝓmittis ædificare domum infra calendas Iunias, nisi de alio tempore fuero arbitrat⁹. Resolutiua autem conditio in cōtractibus non facit contractum, puta p̄cedentem cōditionalē, sed resoluit illū in euentū cōditionis: vt l. iij. ff. de contrahen. empt. & plene declarat Bart. post glo. in l. prima. in fi. ff. de dona. Ex his not. perpetuò, & tene menti, ꝙ verba apposita in contractu, quòd dispositio de se est certa & limitata, non faciunt conditionem, si apponitur in eis aliquid declarandum de futuro: vnde si non sequatur declaratio, remanebit dispositio pura: vt l. penul. & ibi per Bal. C. de instit. & substit. & per Ang. & ibi fuit dictum in lege, ita stipulat⁹.
3 infrà eo. ¶ †Tertiò not. quòd stipulatio pœnalis in qua est adiecta dies, committitur cū primum certum est intra diem id quod debebat fieri nō posse: exactio tamen differtur post diem: vt l. in illa stipulatione. suprà, eo. & l. stipulationes non diuiduntur. §. si quis ita. quem tex. ita communiter intelligunt docto. Pœna autem legalis, si committatur ex tacita voluntate cōtrahentium, nō committitur, nisi post lapsum terminum, secū dùm glo. hic, & probatur in l. insulam. j. eo. & clarius in ca. commissa. de elect. lib. vj. & per istam distinctionem infert hic Barto. quòd si ex forma statuti positus in damno qui non comparet infra certum terminum, potest impune occidi, non poterit occidi vel offendi ante terminum totaliter lapsum, etiam si certum sit, quòd iam non poterat comparere in termino. Quam doctrinam sequitur Bald. in l. j. in vlti. quæst. C. si pe. ap. mors interue. & vtitur inter alias optima ratione vltra Barto. quia quòd ante lapsum termini aliquis incidat in pœnam, hoc non est, quia non factum, et omissio sit perfecta, propter quam pœna erat imposita: sed quia habet̄ ꝓ perfecta, ex quo certum est quòd perfici non potest: sed quādo pœnę inferunt̄ ipso iure, nunquā vendicāt sibi locū in facto imperfecto, quòd in alijs pœnis solet haberi pro perfecto: vt not. Ioan. And. in c. perpetuæ. lib. vj. de elect. & plenius in regula, in pœnis. de regu. iur. in merc. & est optimus tex. quem ibi ponderat do. Abb. in ca. fina. extrà, de spon. ergo bannitus non afficiatur ipso iure hac pœna quòd possit offendi. & idem quod s. dixit Bal. tenet ipse idē post Cyn. in l. sed & partus. §. fin. ff. quod met. cau. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cle. & l. si quis seruo. C. de furt. Confirmatur ista conclusio: quia hoc tēpus comparendi concessum bannito, est concessum pro forma, tanquam tempus concessum à l. & ideo non videtur aliud tempus posse subrogari loco ipsius, secundùm glo. no. in clem. j. de vi. & hone. cler. & Bald. vbi bonus tex. in ca. j. de mili. vas. qui contu. est. in vsib. feu. super quo vide quod ipse not. in authē. iubemus. C. de iudi. Vtrum autem si bannitus infra terminum dixisset, nolo comparere: posset tunc impune offendi, dicam tibi ☞ in electione sequenti. ¶ †Quartò not. quòd per prorogationem temporis factam post pœnam commissam nō tollitur pœna: sed vtrum hoc sit verum absolute, scilicet quòd nō tollatur ope exceptionis, dicetur in de-
In insulam. Mortis appellatione in prouisione hominis non venit mors ciuilis,si non habet eundem effectum quẽ naturalis.hoc dicit.¶In glo.posita super verbo,moriente.ibi:sed arg.cõtra Dyn.Barto.& cõmuniter Mod.soluunt ista cõtraria cum breui distinctione:videlicet quòd aut mors ciuilis cooperaṫ eundem effctm̃ quẽ naturalis,secundũ Pet.& Cyn.C.de episco.& cler.l.deo nobis. ita & taliter,quòd ex naturali nihil possumus amplius consequi, q̃ ex morte ciuili:& tunc mors ciuilis ęquiparatur naturali[c], & venit appellatione mortis.& ita loquuntur iura allegata pro contrario,sicut declarat hic Ioan.de Imol. & hic dixi in voce.Aut mors naturalis potest nobis aliquid affere, plusquã mors ciuilis:& tunc mortis appellatione non venit mors ciuilis.exemplum in text.nostro,quia si expectamus mortem naturalem,& non attendimus ciuilẽ,debitor habebit plus tẽpore,& creditor minus.Et hæc opin.cõmuniter approbaṫ per legistas,de qua vide per Bald.in l.si decesserit.in fi.ff.qui satisd. cog.& in auṫ.si qua mulier.C.de sac.sanc.eccl.& in d.l.deo nobis.vbi fateṫ opin.Petr.& Dyn.in effectu esse eandẽ.†Ex hac distinctione videreṫ inferendũ,ꝙ si pater ingrediṫ monasteriũ, nõ teneaṫ cõsignare legitimã filio[d] incõtinenti:& hoc tenet Bar.in d.auṫ.si qua mulier.& Bald.ibi dicit hoc verũ.De æquitate autẽ canonica tenet, ꝙ põt agi ante mortem patris per tex.vnicũ in iure in c.cũ scimus.extrà,de re iu. De cui⁹ intellectu satis dubitant Mod.in c.cũ scimus.Et tñ dñs Abb.inclinat in hanc partẽ,qđ nõ determino pro nũc, vtrũ sit verũ. Fuit & alia opin.quã posuit glo.xvj.q.j.c.placuit.& c.susceptũ.de rescript.li.vj.quæ voluit, ꝙ mors ciuilis nunq̃ veniat appellatione mortis,nisi in casibus à iure expresis.Et hanc dicit hic Ioã.de Imo.posse teneri:sed prima est cõior, & verior: q̃a si stipulatio & dispositio hominis aliq̃n extendiṫ, vt comprehẽdat etiã mortẽ ciuilem,vt patet in l.deo nobis.de episc. & cler.& l.Gallus.§.& quid si tantũ.de lib.& posthu.cur non extendatur dispositio l.vbi est oĩno eadẽ ratio,non video,ex quo largo modo saltẽ sub vocabulo mortis põt comprehendi mors ciuilis:vt l.sicut venditionis verbo.ff. quib. mod.pign. vel hypo.& est vna regula,quæ poniṫ in materia exorbitanti per Bald.etiam in extensione personarũ,quod est fortius in l. quod vero.ff.de legi.Et plenissi.ponit idem Ioan.de.Imo.in l.si vero.§.de viro.solu.matri.Hanc tamẽ opin.glo.in ca.placuit.secutus est Ioã.And.in ca.cũ sis.extrà,de cõuer.coniu.D. Anto.de But.ibi in dispositione l.sequiṫ in effectu doctrinã Dy.& Bar.sed in dispositione hoĩs simpl̃r dicit,ꝙ appellatiõe mortis non venit ciuilis,per tex.in c.susceptum.in fi.s. allegã. Sed do.Abb.ibi dicit,& bene,quòd istud videṫ cõtra tex.in l. deo nobis.prælleg.qui loquiṫ in pact.dotalibus, & dispositione hominis:vnde ipse videṫ inhærere huic opin.in fi.commenti,qñ dispositio hominis esset restringenda:qđ dictũ potest esse verum,qñ dispositio esset restringẽda,quia odiosa vl̃ pœnalis.& ita loquiṫ tex.in c.susceptũ.rescripta em̃ sunt ambitiosa & ideo restringenda:vt diciṫ in c.quãuis. de præbẽ.li. vj.& in c.non põt.Sed qñ dispositio est stricti iuris,non rõne materiæ super qua fit,sed propter naturam ipsius dispositionis,sicut est stipulatio,tunc dictũ nõ procederet in se.d.l.deo nobis.†Tu potes dicere,ꝙ etiã qñ dispositio legalis esset odiosa,et restringenda,appellatiõe mortis nõ veniret mors,ciuilis: ita videtur decidere glo.not.in cle.ne Romani.in ver.moriente.extrà,de elect.Facit optime quod not.Barto.in l.seruũ quoq;.§.publicè.circa prin.ff.de procur.ad intellectũ l.j.in fi.an p alium causæ appel.Hoc tñ dictum foret tẽperandũ in dispositione l.quãdo esset tanta odiositas,ꝙ aliàs non deberet fieri extensio in illa materia de casu ad casum,licet vnũ posset cõprehendi sub alio ex larga significatione vocabuli:quod quãdo sit,vide per Modernos in dicto §.de viro.& per Antoniũ de But.plenissimè in cap.fin.in vlt.parte.extrà,de consuetud. Et ad materiam nostrã vide bonũ text.de iure cano.& qđ ibi notat Abbas Moder.in c.nisi essent.extrà,de præben.& de iure ciuili tex.no.in l.sed etsi quis.ĩ princ.cũ gl.sua.ff.si q̃s cau. vbi probaṫ singul̃r,ꝙ appellatione mortis venit mors ciuilis, etiã si post illud verbũ ponaṫ vna species mortis ciuilis,quę aliter nominatur,q̃ sub vno nomine mortis.nam per hoc non inducitur,quin verbũ mortis præcedens includat aliam spẽm mortis ciuilis.Et aduerte,quia tex.dicit de verbo,capitis, vel capitalis:sed hæc eadem ratio est in vtroq; verborũ istorum, quia aliquãdo capiunṫ strictè pro morte naturali:vt patet in l. transigere.in tex.& glo.C.de transact.aliquãdo largius: vt patet in l.ij.de pub.iu.Et per prædicta potest dubitari,nũquid occidens vel vulnerans aliquem mortifere,posit ante mortem vulnerati puniri tanq̃ de homine occiso, dato ꝙ certum est vulneratũ euadere non posse.Iste enim vulnerans habetur ꝓ ficte occidente:& ille habetur pro occiso ĩ actione legis Aql. vt l.ita vulneratus.in prin.ff.ad l.Aquil.& not.in l.huic scripturæ.in fin.eo.titu.Vnde dubitatio stat in hoc,vtrum pœna posit ĩponi ꝓ ficte occiso, sicut imponereṫ ꝓ vero occiso: & ꝓcedit dic.q.in terminis statuti puniẽtis aliquẽ de occiso,seu occidẽtẽ aliquẽ. scđm cui⁹ dispõnẽ requiriṫ, ꝙ hoc homicidiũ sit perfectũ:[e] vt declarat Bar.in l.j.§.diuus.ff.ad l.Cor.de sica. nam si essemus in dispõne iuris cõmunis,qõ non haberet dubitationem:sicut dicit Barto.in loco statim allegando, q̃a lex cõmunis punit animo occidendi,licet delictum non sit perfectum:vt l.is qui cum testõ.C.ad l.Corn.de sic.Et videreṫ dicẽdum per pręmissa,ꝙ q̃a ille fictus occisor fecit tale, ꝙ ex quo idẽ effectus oĩno resultat,qui resultaret ex vera occisione,qm̃ certũ est ꝙ vita percussi extingueṫ,cõmittaṫ pœna statuti:sicut etiã cõmittiṫ actio l. Aquiliæ.Cõtrariũ determinat solẽniter Bart.in l.dãni.§.Sabini.ff.de dam.infec.cuius dicta approbat Bal.in c.j.§.homicidiũ.de pa.iura.fir.& bene facit qđ ipse idẽ no.in c.j.circa prin.qui.mo. feu. amitt.dicũt em̃,ꝙ ex quo vere nõ sit occisus,nõ habet locũ pœna statuti.& credo ꝙ cõmittũt minorẽ tanq̃ notã,quæ est ꝙ statutũ nõ trahiṫ in dubio ad casum fictũ:vt plene declarat Bar.in l.oẽs populi.ff.de iu.& iur.Vnde dixit Bald.alibi solenniter in l.j.in princ.ff.de ori.iur.quòd si statutum concedit arbitrium potestati, super homicidio facto tempore sui officij:non habebit arbitrium, si aliquis fuerit vulneratus mortiferè in officio suo,& postea decessit incipiente officio alterius. & istud videtur esse tenendum, quicquid senserit Baldus super isto puncto in lege,bello amissi.in fin.de excu.tuto. Sequitur §.ex facto.

Ex facto. Quando dolus purgatur per actionem ex contractu, talis actio transit contra hæredẽ. hoc dicit.¶†Nota quòd actio competens ratione doli, transit contra hæredem, quando oritur ex contractu & obligatione præcedẽti:secus si oriatur ex delicto,vel quasi, præterq̃ in certis casibus specialibus,& præterquã ex æquitate canonica, ex qua hæres semper tenetur actione ex delicto, licet ad eum nihil peruenerit, quatenus patiuntur vires hæreditariæ: vt in capitul.super eo.& ibi nota.extrà, de rapt.Et de materia ista vide quod plene ponit Bartol.in l.j.j. de priua.delict. & Bald.in lege,vna.C.ne ex delict.defun.& per hæc habes expeditum text.& gloss.simul.

[a] ¶Illicitus. Vide Fely.in c.cũ sit.de fo. compe. in viij.col.

[b] ¶Cõcubinis clericorũ. Vide tu Fely. in c.ecclesi.sanctæ Mar.circa me.xliij.col.ibi xvj.de cõstit.

[c] ¶Naturali. Vide Felin.in c.in p̃sentia. de proba.& qđ ibi dixi in apostil.

[d] ¶Filio. Adde idem tenentẽ Alex.de Imol.in l.si cũ dotẽ, in prin.iij.char.so. matr.& vide Pe.đ Anch.in c.j.de delict.pue.

[e] ¶Perfectũ. Addẽ eũdem Franc.Are.in l.clã.§.q ad nundinas.s.de acq.pos.& qđ ibi dixi in apo. & Pari.de Puteo ĩ tract.syndi.in versi tu qui vadis.

SVMMARIVM.

1. Oblatio verbis nūquid ſufficiat ad cōſtituendū creditorē in mora.
2. Citandus an ſit iterum, qui dicit ſe nolle comparere.
3. Promiſsio iſta; promitto tibi in dies ducentos, vel in menſes ſex, æquipollet huic promiſsioni, promittto tibi intra ſex mēſes.
4. Cautela ſeruanda ab eo qui pecuniā alicui mutuat, ex qua merces ſunt emendæ.
5. Verbum, conuenit, & verbum, conuentio, important magis pactum quàm ſtipulationem.
6. Moræ purgatio regulariter nō admittitur vbi eſt appoſita dies & pœna.
7. Promittens de vna ciuitate in aliam proficiſci intra certū tempus, ſtipulationi ſatisfacit, ſi intra terminū incipiat proficiſci, licet iter non compleuerit.
8. Verba iſta, do tibi tale quid cauſa faciendi tale factum, important modum.
9. Pœna cùm eſt adiecta & non dies in obligatione, ſemper admittitur purgatio moræ ad euitationem pœnæ.
10. Interpellatio ad quem in mora conſtituendum non videtur ſufficere, ſi ſit vnica, ſed plures requiruntur.
11. Interpellatio facta tutori, conſtituit pupillum in mora, & ſibi præiudicat.
12. Obligatus alicui rem ſuam vendere, ſi eam vult vendere, prohibitus videtur eam alteri vendere.
13. Res cùm venditur ad haſtam, debet concedi plus offerenti.
14. Prohibitio alienationis impedit tranſlationem dominij in vltimis voluntatibus.
15. Præteritum pluſquam perfectum modi ſubiunctiui ſæpenumero in legibus refertur ad tempus futurum.
16. Cùm promittitur aliquid ſi conſtiterit tale quid, intelligitur quòd conſtare debeat & declarari per viam iudicij.
17. Appellatio iſta, appello ad iudicem cōpetentē de iure ciuili valet.
18. Appellatio alternatiua nunquid de iure canonico valeat.
19. Libellus alternatiuus tanquam obſcurus non procedit.
20. Iudex cùm vult declarare bene iudicatum, & male appellatū, ſatis eſt quòd pronunciet appellationem iſtam.
21. Veniens contra tranſactionem, poteſt, ſi ſuccubuit, agere ex tranſactione.
22. Interpellatio quæ debet fieri ſuperiori, debet eſſe trina ad conuincendam eius negligentiam.
23. Cauſa in ſententia videtur exprimenda.
24. Cauſa falſa expreſſa in ſententia non reddit ſententiam nullam.
25. Cauſa iuſta litigandi excuſat à pœna expenſarum.
26. Scientia qualiter probetur, & quotuplex ſit ſcientia.
27. Incompatibile vnum qui ſcienter eligit, videtur renunciare alteri.
28. Viſus nomine cæteri quoque ſenſus comprehenduntur.
29. Pactum non extenditur ad perſonas, ad quas paciſcentis non intereſt extendi.
30. Renunciatio facta à filia in manibus patris de hæreditate paterna, contemplatione filiorum maſculorum, non habet effectum, ſi poſt mortem non ſuperſunt filij maſculi.

a ¶ Verbalis. Vide d. Alex. de Imo. hic in j. col. in prin. & in l. ſeruus ſi hæred. de ſtatu libe. & Bald. in l. j. C. ne lic. in vna cā te. ꝓuo. & omnino d. Pe. Phil. Cor. in cōſ. lxxxv. incip. videt. in litera f. cū xj. literis ſequē. in iiij. parte. & in cōſi. xxxvij. in ij. parte.

b ¶ Cōtumax. Adde q̄ dixi in apoſ. mea ad Fel. in c. ꝙ ad cōſultationē. col. xii. ij. circa prin. in ver. ſcd's caſus. de re iu. vbi late.

QVi Romæ. Quando terminus apponitur fauore creditoris, vel fauore vtriuſq;, nō pōt debitor ſoluere ante terminū: & oblatio facta incongruo loco & tempore, non conſtituit creditorem in mora. hoc dicit. In prima ponitur obligatio. In ſecunda reſponſio. ibi: reſpondi &c. ¶ † [1] Not. primò ibi: teſtato creditori &c. ad conſtituendum creditorem in mora videtur ſufficere oblatio verbalis [a]: quod non videtur verum prima facie, imo requiritur oblatio realis: vt l. prætor. §. ſi quis paratus. & ibi per Bartol. ſ. de no. oper. nun. & l. obſignatione. & ibi per glo. C. de ſolu. Vnde aliqui Moder. ſupplent ad tex. ꝙ obtulit ſe paratū verbaliter & realiter, offerendo pecuniam. Sed d. Rapha. vt euitet iſtam diuinationē, quia in tex. nihil de oblatione reali dicitur, vult ꝙ ideo hic ſuffecit oblatio verbalis, quia creditor dixit ſe nolle accipere: quod eſſet ſingulare verbum, vt dicunt hic aliqui Moder. ſi eſſet verū: † [2] qui enim dixit ſe nolle comparere vlterius, non eſt citandus, quia eſt manifeſtus contumax [b]: vt traditur per gloſſ. & doct. in l. fin. ff. de in integ. reſti. probatur in c. venerabilibus. circa med. de ſenten. excom. in vj. Ita ille qui dixit ſe nō recepturum pecuniam, videtur eſſe in mora, licet obligatio realis non fuiſſet facta. Sed iſta non ſunt ſimilia, vt ſtatim dicā. Præterea diuinat ad tex. hic, vbi non exprimitur, vtrum tacuerit, vel expreſſe dixerit ſe nolle recipere: nam quando citatus legitimè dicit ſe nolle comparere, eſt aliqua cā rationabilis, propter quā nō ſit vlterius expectādus, quia citatio legitimè facta affecit eum, & potuit eū facere contumacē: ſed interpellatio facta nulliter, ſicut fuit hic, quia ſola oblatio verbalis non ſufficit, non potuit inducere effectum moræ: & tamen illa opin. non eſt expedita, ꝙ ille qui dixit nolle comparere, niſi ſit amplius citādus. Et contrarium tenet Ang. in l. peremptoriū. ff. de iudi. referēs ita tenere Cyn. & alios in authen. qui ſemel. C. quō & quādo iu. ſed dato, ꝙ illa eſſet verior, nos nō ſumus in illis terminis: vbi autem ſufficeret oblatio ſola verbalis, dixit Bart. ſing. in l. creditor. in princip. ff. de diſtract. pig. quod facile eſt creditori annullare illam oblationem, ſi dicat ſe paratum recipere. Nā tūc ſi realiter nō offert, oblatio verbalis nil operatur. Et ad ea quæ diximus, adde quòd iſtud dictū ſingulare poſuit Bal. originaliter in l. vnica. C. ne lice. in vna ea. cauſa ter. prouo. ſed non allegat bonas ll. quia l. ſi reſiduum. C. de diſtract. pig. & l. fundus qui Lucij Titij. ff. ad Treb. intelliguntur in alijs caſibus, & alio modo, vt declarat Bar. in l. creditor. in prin. ſ. alleg. & Bal. in l. acceptā. in j. char. C. de vſur. Iſte etiam intellectus ad iſtū tex. diuinat, quia non apparet hic de expreſſa conditione creditoris. Præterea cū interpellatio verbalis ſeu oblatio non ſit legitima regulariter, vt ſ. eſt dictum: ergo habetur pro non facta: vt l. ſi ſoluturus. in fin. ff. de ſol. & l. Titiæ textores. §. pen. ff. de lega. j. Sed ſi creditor nulla facta oblatiōe verbali vel reali expreſſe proteſtaretur ꝙ nollet pecuniam recipere, per hoc non conſtitueretur in mora: ergo idem ſi pcedat oblatio nō legitima. Quòd autem nō conſtitueret in mora, probatur ex his quæ tradit not. Bald. in l. deberi. C. de fideicom. lib. & l. fin. ff. de in integ. reſti. vbi dicit, ꝙ ſi reus ante citationem de ſe factā proteſtatur ſe nō venturū ad iudiciū, nō dicitur verus cōtumax, quādo ꝓteſtatio iſta fit extraiudicialiter: alleg. bonum tex. in ſimili in l. j. §. quod ait. ff. quo. leg. ¶ Secundò not. ibi: detracta ei ſumma &c. & valde ſolenniter, ꝙ ſicut exceptio compenſationis oppoſita in iudicio tollit obligationē ipſo iure, & habet vim ſolutionis: vt l. amplius non peti. & ibi per Bar. ff. rē ra. habe. & l. Iulianus. la picola. ff. de condi. & demon. ita ſi debitor extra iudicium petit à creditore, vt compēſet in obligatiōe ſua id quod ſibi dare vel reddere teneretur, perinde eſt ac ſi obtuliſſet realiter ad conſtituendū creditorē in mora. Hic em̄ reprobatur iſta compenſatio, quia non debebat de iure fieri, q̄a vſuræ non erant reſtituendæ per creditorē, ex quo debitor non poterat renunciare domino, & impedire lucrum vſurarū. Et ſic datur intelligi, ꝙ ſi pecunia fuiſſet debita legitimè, fuiſſet facta quando fuiſſet ſolēnis reſpectu alterius quantitatis, q̄ erat ſoluenda. ¶ † Tertiò not. ꝙ in contractu non apponitur terminus ſolutionis, ſi eſt vſurarius. Terminus iſte videtur appoſitus fauore vtriuſq; debitoris & creditoris, & ita non pōt debitor huic termino renunciare ad impediendum curſum vſurarum: de quo dicetur plenius in glo. magn. poſt Bar. & alios. ¶ In gl. poſita ſuper verbo, integra. iſta litera, vt dicit hic glo. reperitur affirmatiua & negatiua: ſed affirmatiua videtur eſſe melior. nam ſi eſſet ibi litera negatiua, videretur fundari dubitatio ſuper hoc, quia oblatio non eſſet facta totius ſummæ: & ſic tacite daretur intelligi, ꝙ oblatio ſi fuiſſet integra, fuiſſet legitima: quod non eſt verum, q̄a etiā tunc non potuiſſet fieri Romæ propter interuſuriū tpis, & diuerſitatē loci, vt ſtatim videbis in gl. magna. Præterea iſta litera ſupponeret falſum in cōſultatione, q̄a vſuræ debeant reſtitui, & poterat opponi cōpēſatio de ipſis: vt ſ. dixi in no. primo. integra ſūma partim vere, partim ficte erat oblata. vnde magis placet litera affirmatiua. ¶ In glo. poſita ſuper verbo, obtulerit. ibi: ſi ab initio ſoluerit vſuras duorū mēſiū &c. Iſtud dictū videtur cōtradicere ꝓxime pcedēti, vbi cōcluditur, ꝙ ante terminū elapſum nō pōt fieri ſolutio, niſi ſoluatur totale intereſſe, etiam pro tpe futuro. Vnde debes intelligere ſcd'm Mod. vel ꝙ vſurę nō debeant currere niſi vſq; ad duos menſes, & ſic totum intereſſe erat ſolutum pro tēpore futuro. Tu autē potes intelligere aliter glo. noſtrā: videlicet ꝙ quāuis ſors & intereſſe pteritum non poſsit offerri, ſi nō offertur etiā intereſſe futurū, quo ad euitationē vſurarū, q̄ debēt currere: ſi tñ ſolæ vſurę pteritæ ſoluantur, ſeu offerātur reſpectu eius qđ offertur, cōſtituetur in mora, nō recipiendo illā pecuniā. Vnde forte ſi illa pecunia oblata perderetur poſt talem oblationem, obſtaret exceptio creditori: vt l. qui decem. in principio. ff. de ſolu. Sors autem principalis ideo non poſſet offerri, quia impoſsibile eſſet ſoluta ſorte, vel habita ſorte pro ſoluta vſuras in futurum currere: argumen. l. lecta. verſic. ſed cum ſortis. ff. ſi cer. pet. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ creditor non tenetur recipere particularē ſolutionē: vt l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur. q̄a hic ex volūtate ptiū ſolutio vſurarū erat diuiſa in plures terminos

nos. Vnde transacto termino bene poterat solui vsuræ decursæ. Et etiam si non esset transactus, poterat solui pro tempore futuro, ex quo præstationes erant diuisæ: vt s. dixi. ¶In eadem glo. ibi: item quid si dedit pignus &c. in fine illius q. concludit glossator, q nõ valet pactum appositum in datione pignoris, vt nunq̃ liceat pignus reluere: quia scdm glo. est quædam alienatio magis, quàm obligatio: vt in aut. de non alie. & emphy. §. locationis. Io. de Imo. hic impugnat istam ratione, quia dato q esset quædam alienatio, per hoc nullum sequitur inconueniẽs, cũ debitor possit alienare rẽ suã: vt in l. in re mandata. C. man. Et ideo ipse dicit q pactũ nõ valet, quia videtur appositum in fraudẽ l. comissoriæ, quæ reprobatur in pignoribus: vt l. fi. C. de pact. pig. & ita clare sentit ibi gloss. ita sentit hic Bart. dum refert se ad illam l. Tu autem aduerte, & primo adde ad gl. optimũ tex. quem ibi not. Bar. in l. qui habebat. ff. de leg. iij. vbi probat q res pignorata dicitur esse in dñio creditoris, qñ nõ est spes luitionis ex eo, quia maior est summa crediti, q̃ æstimatio rei. Secundò aduerte, quia intentio glos. fuit alia, q̃ dicat d. Io. nã glo. dixit, q istud pactũ nõ valebat, quia videbat contra substantiã cõtract⁹ pignoris & hypothecæ, ex quo per illud pactũ vr res alienata: nam res sua reuocabiliter non potest esse alicui obligata, nisi sit de iure speciali: vt in l. ex sextante. §. Latinus. & ibi per Bart. ff. de excep. rei iudic. Et plene declarat idẽ Bar. in l. j. ad fi. ff. de leg. j. Cùm igitur istud pactũ sit contra substantiã contractus, aut non valet aut vitiabitur totus contractus pignoris. Et sic multominus valeret, p ea q̃ distinguit Bar. in aut. ingressi. de sa. san. ecc. & ea q̃ habẽtur in l. cùm precario. ff. de preca. † Et hoc modo declarando glos. not. sing. q sicut res quæ verè est in dominio alicuius, nõ potest esse sibi pignorata, vel obligata: ita res quę censetur in dominio ipsius, ex eo quia debet perpetuo apud eum manere. Et si intelligimus hic, q debitor velit soluere vsuras pro futuro tpe, quem intellectũ possunt capere verba glo. tunc Pau. de Cast. dicit, q quãuis doct. transeant cũ glo. hoc tñ dictũ nõ vr posse pcedere, quia interest creditoris non recipere vsuras futuras ante terminũ: ergo debitor nõ põt renunciare termino, vt est casus hic. Quòd autẽ intersit creditoris, pbatur: quia si reciperet vsuras pro tẽpore futuro, videretur facere pactũ de non petendo sorte p toto illo tpe: vt l. q in futurũ. ff. de pac. Et sic interim nõ poterit petere sortẽ, quã si non recipiat vsuras, põt petere, nõ ob. q debitor sit parat⁹ soluere vsuras: vt l. fi. in fin. C. de iure do. Sed ista sua ratio nullo modo concludit in terminis q. nostrę: quia prẽsupponitur in ea sicut in tex. nostro, q terminus fuit adiectus non solũ solutioni vsurarũ, sed solutioni sortis, vt j. declarat Bar. in sua distin. Licet ergo creditor nõ reciperet vsuras futuras, nihilominus posset agere, quia dies fuit adiecta sorti, etiam sine isto pacto. Item aduerte, inquantũ s. dicit gl. in j. & ij. q. prin. q põt solui alio loco, & ante tẽpus, si debitor offerat creditori totũ suũ interesse: nã d. Rapha.[a] hic dubitat, vtrũ hoc sit verũ ex eo, quia si solueretur in loco destinato, creditor nullũ subiret onus probationis. Sed si cogatur recipere interesse, qđ offert sibi in alio loco: tunc grauabit onere pbandi quãti sua intersit. Ergo pter hoc onus videt interesse sua non recipere interesse oblatũ. D. Paul. hic saluãdo cõem opi. dicit q oblatio interesse admitteretur, vel qñ ptes sunt cõcordes ĩ quãtitate interesse, vl si nõ sint cõcordes, ita demũ si reus velit dare iuramẽto creditoris, sup quãtitate interesse. Sed hoc nõ reperit iure cautũ: imo tex. simpliciter dicit: q qui promisit soluere certo loco, potest alibi soluere, intellige offerẽdo interesse loci: ita probat tex. in l. cõtinuus. §. cũ ita. j. eo. quę sic intelligit Bar. & rectè in l. pe. ff. e. qđ cer. lo. Tu ergo dicas soluendo hoc contrarium, q sicut debitor non soluẽdo in loco destinato solutioni ex facto suo potest grauare creditorẽ ad subeundũ probationẽ quantitatis interesse: vt l. ij. & l. iij. in fin. cũ l. seq. ff. de eo qđ cer. lo. ita poterit grauare creditorẽ in pbatiõe interesse, si nõ sit contumax, sed spõte velit soluere & sortem interesse extra locũ. † Et adde ad materiã istã, q qñ solutio est facienda in certo loco, sicut debitor põt soluere extra locũ, offerendo interesse, vt est dictũ: ita econtra creditor potest petere: vt res differatur ad locum iudicij super periculo, & expensis, diminuendo de sorte, quãti interest rei alibi fuisse solutũ. Primũ probat in l. si res mobilis. & ibi per Barto. ff. de rei ven. & l. prætor. §. fin. ff. de eden. per quę tex. ita dicit gl. no. & sequitur ibi Bar. in l. qđ legat. in prin. de iud. Secundũ est manifestũ, quia reus cõdẽnat, detracto eo qđ sua interest, vt dicitur in d. l. qđ si Ephesi, pręterq̃ in vno casu ibi posito, de quo dic vt in d. l. ij. Et quia suprà diximus declarãdo tertiã q. principalẽ positã in gl. q pactũ de non soluẽdo pign⁹ in perpetuum non valet, quia vr esse in fraudẽ l. comissoriæ, secundũ cõem opi. docto. hic aduerte, quia Rapha. hic videtur impugnare istam gl. & dicta docto. quoniam pactũ legis cõmissoriæ habet locũ, qñ à principio verè fuit celebratus contract⁹ pignoris: sed dñiũ debet trãsferri in creditorẽ, si nõ soluit certo tpe: vt patet in d. l. fi. C. de pac. pig. Sed in casu nostro à principio fuit celebratus contractus pignoris, sed fuit simulatus contractus pignoris, & verè celebrata venditio, qđ indicat pactũ de non redimendo pignus, qđ contrariũ pignori, & pprium vẽditioni. Sed est prohibitũ, q vnus contract⁹ simuletur, & alius verè agat, dũmodo cõtractus qui verè agitur sit in se permissus: vt l. iiij. §. si ignoto. ff. de manu. Et plene declarat Bar. in l. Lucius Titius. ff. depo. & in consi. suo qđ incipit, Petrus Nicolę &c. ergo iste contractus valebit sub nomine venditionis. Sed cũ reuerentia istud dictum non videt possit stare: quia si aliter probaret simulatio, fatẽdũ esset qđ dicit præfatus doct. Sed q ista simulatio probet ex solo pacto, non videtur verũ, quia nomine pignoris nullo modo continet venditio propriè sumpta, put ex ea trãsfertur dominiũ: vnde pactũ qđ apponitur contra substantiam contractus, tũc non facit transire cõtractũ in aliam speciem contract⁹, sed reijcitur tanq̃ nullum: secus si ad illam aliam speciẽ contractus possent adaptari verba contractus expressi aliquo modo: ita distinguit in tex. & ibi per Bart. in l. vbi ita donatur. ff. de do. causa mor. iuncta l. cum precario. ff. de prec. Dicendum est ergo, vt s. dixi, q reuera principaliter pactũ non valet, quia est contra substantiam contractus. Et tamen posito q hoc respectu pactũ non esset nullũ, concedenda esset opi. communis, quòd videretur factũ in l. commissorię fraudẽ: quia si durum videretur & asperum legi, q debitor amittat dominium pignoris, quia cessat soluere aliquo tempore: vt dicitur in d. l. fina. sæpe alle. ergo multo durius debet videri, q pignus in effectu amittat ab ipso principio. Et hoc debes intelligere, qñ non obstante isto pacto adhuc remanet pignus. Nam si videretur celebrata vẽditio, vt dixit Rapha. ista ratio non haberet locum. Dicit autem Pau. de Cast. defendendo gloss. & opini. communem à dictis d. Rapha. q glo. debet intelligi, quando[a] pactum fuit appositum, de quo in ipsa. Et vltra hoc fuit expressum, q creditor si vellet posset quandocunq̃ oblato pignore consequi sortẽ, & vsuras: tunc enim apparet secundũ eum quòd partes noluerũt verè agere venditionem. Sed hoc non est necessarium dicere, q potuerunt partes verè celebrare vẽditionem sub conditione resolutiua, nisi emptio emptori displiceat: vt patet in l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædi. edi. & l. si prædium. & ibi per gl. C. de ædi. act. Dic ergo vt s. dixi. ¶In ead. gloss. ibi: item quid si nihil actum est. Bar. hic ad declarationem glo. post Dyn. perfecte distinguit. Et inter cætera dũ dicit, quòd quando terminus apponitur gratia creditoris, vel vtriusq̃: tunc debitor non potest soluere ante terminum. Adde q ex his deciditur illa quæstio notabilis, quã posuit Barto. in l. eum qui. ff. de an. leg. videlicet quòd si emphyteota vult soluere canonem pro pluribus annis futuris, simul creditor non tenetur recipere, quia interest q fiat solutio annuatim: vt sic ex receptione præstationum quæ fit diuersis temporibus, præsumatur facilius causa debiti pręcessisse, iuxta ea quæ traduntur in l. cùm de in rem verso. s. de vsuris. quæ præsumptio non oriretur, si semel fieret solutio pro pluribus annis: ita determinat Cyn. in l. ij. C. de do. promis. & Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. xxij. & se. Et hæc est communis sententia, licet d. m. in l. stipulatio ista. §. inter certam. s. eo. vbi etiã Ang. posuit istam opini. videtur impugnare hanc opi. communem per glo. in l. ij. C. de do. promiss. Sed illa loquitur in alio casu cũ reuerentia sua: quia q ille qui promittit vsuras pro pluribus annis futuris videatur fateri se debitorem in sorte: istud procedit ex regula communi, quę ponitur in l. istud. de acqui. hæ. quia qui vult cõsequẽs, videtur velle antecedens, sine quo illud esse nõ potest: qui vult obligari in vsuris, per consequens videtur velle esse obligatus in sorte. Sed ille qui soluit, magis soluit tanq̃ obligatus, q̃ qui velit obligari de nouo: & ideo non oritur tanta præsumptio ex solutione sicut ex promissione. Repetitio autem solutionis facta ex interuallo, operatur fortiorem præsumptionem quàm si sępius esset facta incontinenti: sicut dicit tex. in simili in l. si mulier. C. ad Vell. Vnde denũciatio repetita eodem tempore habetur pro vna: vt no. in l. si conuenerit. ff. de pig. act. ¶Posset etiam alius considerari casus, in quo interest creditoris alio respectu sibi non solui pro omnibus vel pluribus annis. Intellige, quando solutio esset facienda in specie, quæ de facili corrumperetur, & diu seruari non posset, sicut in vino, frumento, & similibus: ita tradit no. Guil. de Cu. & sequit ibi Bal. iuxta fi. in l. plures apochis. de fide instru. quę allegat do. m. in l. stipulatio ista. §. inter certam. s. eo. Et habet istud di

[a] ¶Nã d. Raph. Quę Rapha. idem Aret. refert ad hoc in l. si seruus communis. s. de vul. & pu. quæ ibi dicam per eum, adde hoc vbi se remittit.

ctū euidentē rationē in se. Secundò adde inquantum hic concluditur in vltima gl. & etiam in ista iuxta fi. †ꝙ terminus vr appositus gratia vtriusq;, qñ interponit pactū vel stipulatio vsurarū: nā Ang. hic singulariter videtur hoc limitare, & sequūtur Moder. nisi debitor fuisset inuitatus ad accipiendū pecuniā mutuo ab ipso creditore, aliàs nō accepturus. Tunc enī terminus appositus gratia creditoris videtur duntaxat: & ecōtra si creditor aliàs non erat fœneratur⁹, sed debitor eū induxit ad fœnerandū, terminus & contractus videť factus gratia debitoris duntaxat. Et ex hoc sequitur, ꝙ licet terminus sit cum vsura, nihilominus debitor potest soluere ante terminū. Pro ista cōclusione adducit tex. in l. si quis nec causam. in princi. & l. rogasti. in prin. ff. si cer. pet. q̄ sunt optima iura ad hoc, vnde sic debet limitari glo. hic posita & dicta doct. Et ad prędicta di. adde text. not. in l. si vt certo. §. interdū. ff. cōmo. vbi probatur singulariter, ꝙ qui inducit aliū ad contrahendū secum, vbi ille aliàs non erat contracturus, etiam si nihil lucreť ex illo contractu, nihilominus contract⁹ fieri videtur gratia illius tantū: & ideo cōmodatarius tunc non teneť, nisi de dolo, & lata culpa, quę tex. multū no. ibi Bart. ad hoc. Aduerte etiā, quia contractus fœneratitius non diceretur per hoc gratia debitoris tātū quia si debitor interpellaret pri⁹ creditorē, ꝙ mutuaret, hoc esset cōtra tex. in l. ij. in verbo, gratia tua & mea. ff. man. Sed requiritur, ꝙ creditor aliàs non esset mutuaturus cū fœnore, nisi ad cōplacentiā eum requirentis. Tertiò adde inquantū Bart. hic dicit, ꝙ si terminus apponitur fauore debitoris, debitor potest soluere ante terminū: vt l. qđ in diē. j. de sol. Nam idem est, si apponitur locus fauore debitoris, vt alio loco debitor possit soluere. Ita declarat notanter Bar. in l. is qui. ff. de eo qđ cer. lo. & alle. tex. secūdū vnum intellectū in l. cōtinu⁹. §. cū ita. j. eo. Ad hanc materiā vide q̄ ponit Bar. in simili in l. si post mortē. ff. de cōtrata. & Bal. in l. si. de pac. & l. amicissimos. §. Lucius. de exc. tu. Quid autē econtra, cùm termin⁹ est appositus fauore creditoris, possit creditor agere vel petere ante diē? Hāc qōnē mouet do. me. in d. §. inter certā. Et primò videtur decidere, ꝙ possit, quia reus & actor regulariter procedunt à pari: vt in l. fina. C. de fru. & lit. expen. In contrarium alleg. text. in l. filiusfa. §. diuus. de leg. j. Idem videť ꝑbari in l. eum qui. de annu. leg. vbi dř ꝙ si relinquitur fideicōmissum alicui sub conditione, quæ respicit eius fauorē, nō potest recipere ante impletā cōditionē legatū, etiā si velit. Sed illud est ideo in dicto text. quia legatū perueniret contra voluntatē testatoris ad cū cui testator noluit acquiri. Ne igitur fiat cōtra voluntatē legantis, inducitur illud in d. §. qa dispositio vltimæ voluntatis regulatur principaliter à voluntate testatoris: vt in l. in conditionibus primū locum. ff. de cō di. & demon. Idē esset si conditio vel dies esset apposita in fauorē creditoris propter fragilitatem consilij, sicut loquitur in l. eū q. ff. de annu. leg. & l. fideicōmis. §. cū Pollidi⁹. ff. de vsu. quia si permitteretť illo casu, ꝙ posset renunciare creditor fauori suo, per indirectū posset circumueniri, qđ non est concedendū: vt in l. doli. §. diuersum. j. de noua. & not. in l. si iudex circumuento. ff. de minor. In alijs etiam casibus per regulam supradictā hoc videreť concedendū. †Qñ autē aliquid debeť sub conditiōe, vel die incerta, qđ iuris sit, vtrū creditor teneať recipere ante euentū conditionis, & si voluntarie recipit, qđ opereť ista solutio. dic vt plene declarat Bar. & Moder. in d. §. inter certā. quib⁹ adde qđ solēniter ponit Bart. in l. itē liberare. §. ꝙ paratus. in vl. q. quib. mo. pig. vel hypo. sol. ¶ In ea. gl. in fi. Bart. in l. qui pecuniā. ff. si cer. pe. non sequitur simpliciter istam gl. sed cū distinctione, quā hic sequiť Ioā. de Imo. declarando dicta sua, & alij Moder. in d. l. qui pecuniam. Dicit ergo ipse, ꝙ aut vsuræ sunt promissæ per stipulationem: sicut requiriť cum mutuať pecunia numerata: vt l. quāuis. C. de vsu. Aut sunt promissæ per pactū incontinenti appositū, sicut possunt, cū aliud venit in mutuo ꝙ pecunia: vt l. frumēti. C. eo. Primo casu non potest offerri alius æquè idoneus: vt hic dicit glo. quia hoc esset soluere in obligatione rem dari aliud pro alio, qđ regulariter nō licet: vt l. ij. §. j. §. si cer. pe. Scđo casu oriť actio ad dādas vsuras ex cōtractu innoīato, q resultat habita relatiōe pacti ad cōtractū. Et est hic do vt des. In cōtractibus aūt innoīatis in obligatione ad rē dari succedit obligatio ad interesse: vt l. naturalis. §. j. ff. de ꝑscrip. ver. & p Bart. ī l. stipulationes[a]. §. eo. Vnde si stipulatoris nil interest, seu mutuantis qa offerť re⁹ æque idoneus, videť ꝙ teneať eū recipere: nec possit aliter agere ad ꝑstationē vsurarū. Nec pōt dicere secundùm Io. de Imo. hic, & Moder. in d. l. qui pecuniā. ꝙ hic ad ꝑstationē vsurarū competat certi conditio ꝑalis, tāq; informata à pacto, vel ꝙ noua actio oriať ex pacto vestito cohærentia cōtract⁹, quæ habeat eādē naturam, quā habet ipsa actio cōpetēs ex cōtractu: iuxta no. in l. legem. & l. bonæ fidei. C. de pa. qa hic cōtract⁹ mutui fuit factus gratia vnius. s. debitoris, & pactū apponiť in fauore alteri⁹: ergo nō vestiť, nec informat veterē actionē, scđm gl. in l. petēs. C. de pa. & l. iuris gē. §. qnimo. ff. de pa. quas gl. cōiter approbāt Moder. in d. l. petēs. Pro qbus videtur casus in l. rogasti. in prin. ff. de ꝑscri. verb. Et bn̄ facit tex. in rōne sui i l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiu. de quo vide q̄ scripsi plenissime, multa addendo vltra doct. in l. petens. C. de pact. Sed etiam supposita ista cōi opi. ꝑ vera in exemplo nostro dictū doctorū non vr procedere: quia quando mutuū fit sine fœnore contractus, diciť tūc fieri gratia vtriusq;. Ita probat tex. clare in l. ij. in versi. gratia. ff. man. Vnde non video, quare hoc pactū non vestiať à contractu, neq; informat veterē actionē, præsertim quia nō pōt negari, ꝙ etiā si principaliter contractus videreť fact⁹ gratia debitoris, adhuc tn̄ secundario pōt dici factus gratia creditoris, quo casu pactū vestireť: vt dicit text. in l. lecta. secundū intellectū Bar. ff. si cer. pe. Ibi enī oriť actio ex pacto, qđ fuit appositum principaliter in fauorem debitoris, & oriť ipsi debitori, cūtamen stipulatio cui pactū fuit appositū incontinēti, fuisset interposita fauore creditoris: quia tn̄ pactū in consequētiam continebat etiam fauorē creditoris, prodest sibi. Ita ergo dicamus in proposito, ꝙ qñ contractus principaliter fit fauore vnius, dūmodo in consequentiam respiciat fauorem alterius, possit vestire pactum etiam in fauorem illius. Sed quia ille tex. habet varios intellectus, & ego non sum secut⁹ ibi intellectū Barto. non facio multā vim in eo. Et ꝙ aliquis non possit liberari, dando æquè idoneum promissorē, ex quo est in potestate sua permanere in obligatione, seu obligationē priorē continuari: facit text. in l. Labeo. §. fi. cū l. seq. ff. de arbi. vbi ita demū liberatur dando quis æquè idoneū promissorē, si nihil possit sibi imputari, cur prior obligatus non persistat in obligatione.

Callimachus. Procurator constitutus ad recipiēdū solutionē nō pōt prorogare terminū, neq; mutare locū, nisi habeat arbitrium, vt faciat solui quocūq; tpe & quocūq; loco. h. d. Et sunt tres ptes principales. In prima poniť tota forma cōuentiōis. Scđa ibi: sed cū ante idus. narratur factū cōtingens post obligationem, & proponitur cōsultatio. Tertia ibi: responderi. ponitur respōsio breuis, q in ver. itē qro. repetiť, vt addatur ratio, & limiteť responsum pcedens. ¶ †No. primò, iūcta glossella sua, ibi: in omnes nauigij dies &c. ꝙ ista promissio, ꝑmitto tibi in dies ducentos, vel in menses sex, æquipollet huic promissioni, ꝑmitto tibi intra sex menses: ita ꝙ debitor potest soluere intra terminum, qñcunq; vult: vt l. si ita fuerit. §. fi. de manu. test. Et etiam potest expectare vsq; ad terminū, vt dicit tex. in l. j. §. si intra. & §. se. ff. de suc. edict. qđ facit ad ea q̄ scripsit Barto. in prin. huius legis circa fi. ¶ †Secundò no. ibi: sub pignorib⁹ & hypothecis &c. iuncta gl. posita super verbo, mercibus. bonā cautelā, quā debet adhibere ille qui mutuat pecuniā alicui, ex qua merces sunt emēdæ. Debet enim pro solutione pecuniæ apponere hypothecā in ipsis mercibus, quę habet notabilem effectum, quia præfertur creditor virtute huius hypothecæ alijs creditoribus habentibus hypothecam anteriorē, quātuncunq; expressam: vt est casus nota. in l. licet. C. qui po. in pig. habe. Ex hoc autem solo ꝙ merces essent emptæ de pecunia mea, non constitueretur creditori mutuanti hypotheca, nisi esset minor: vt probať in l. interdū. & ibi plene per Barto. ff. qui po. in pig. habe. & l. idēq;. eo. tit. & l. quāuis. C. in qui. cau. pig. taci. con. ¶ †Tertiò no. ibi: cōuenitq; &c. iuncta glo. super illo verbo, posita. ꝙ verbū, cōuenit, & verbum, conuentio, important magis pactū, ꝙ stipulationē. Et hoc non haberet dubitationem, si contractus nō fuisset redactus in scriptura. Ad huc in casu nostro idem esset dicēdū ex quo super omnibus appositis in contractu in fine declarat mētē cōtrahētiū in pcedētibus. Vbi aūt nō esset ista coiectura, est pulchra dubitatio, vtrū verbum, cōuentio, vel cōuenit, positū in scriptura significet stipulationem: de quo vide per Bar. in l. sciendum. §. co. tit. & l. lecta. vbi est bonus text. ff. si cer. petatur. per Bald. in l. j. C. de vsur. ¶ †No. quartò secundū Angelum singulariter hic, ꝙ vbi est apposita dies & pœna regulariter, nō admititur purgatio moræ. Si enim potuisset purgare moram, tunc merces perissent periculo debitoris: qđ hic negať. Io. de Imo. dicit, ꝙ hic non fuit adiecta pœna, sed fuit deductū interesse in stipulatione. Sed tunc fortius obstat iste tex. quia ad euitandū interesse debet admitti purgatio moræ post diem: vt l. insulam. §. eodem. Paul. de Castro dicit, ꝙ hoc est ideo, quia non purgauit moram post paucos dies: quia potest purgari breui tempore, etiam vbi est adiecta dies & pœna secundum quosdam

3 4 5 6

a ¶ In l. stipulationes. Et ibi vide do. Alex. de Imo. & limita vt per eum in suo cō. xlvj. iij. parte, sed ī obligatiōe, rē restitui post morā: dic secus, qa non succedit ad interesse, nisi re perēpta: & qñ ex tpe moræ veniant fructus vel interesse, vide do. Bart. Soci. in consi. cclij. inci. in cā do. Io. ver. ij. principaliter. cū seque. in ij. parte.

quosdam:vt l.& si post tres.ff.si quis cau.Sed ista est diuinatio,quia hic non constat vtrum recessit incontinenti post id⁹, vł ex lōgo interuallo.Pręterea tex.in l. & si post tres.loquił in stipulatione pretoria,& iudiciali,scd̄m cōem intellectum: vnde in alijs nō fit ista distinctio.& aduerte no.qa secūdū intellectū Ang.ampliał multū l.traiectitię.§.de illo.ff. de act.& obli.videlicet † ꝙ nō solū qn̄ est adiecta dies & pœna mora nō pōt purgari: [a] sed etiā qn̄ est aiecta dies expresse ī stipulatione,& deductū interesse sub rōne interesse,& non sub ratione pœnæ.Sed contra hoc facit,quia ex quo ꝑstatio interesse tacite inerat:ergo si exprimitur per eum modū, per quē tacite inest,ista expressio nihil debet operari:vt est casus no. in l.stipulationes non diuidunł.§.fi.s.eo.scd̄m intellectū quē ponit Pau.de Ca.in l.cū stipulat⁹ sim mihi à Proculo.s.e.Probał em̄ ibi scd̄m eū,& recte,iudicio meo, ꝙ sicut qn̄ īteresse venit taciteī stip\[l]one,nō cōmittił stip\[l]o ad interesse nisi elapso toto termino posito in stipulatione:vt l.insula.s.eod.ita qn̄ interesse deducił expresse ī stip\[l]one. Sed forte pōt respōderi,ꝙ hic non fuit deductū interesse per eū modū,per quē tacite inerat,sed alio modo:fuerat em̄ specifice deducta vna species interesse in stipulatione.s.expensæ faciendæ in pecuniā Romā deportādā.Et forte etiā istæ expensæ sub ratione taciti interesse non venissent:qđ non ꝓsequor pro nūc,& tamē licet ista opi.ab impugnāte posset defendi,dicendū est, ꝙ ista conclusio nō probał hic:quia in casu nostro etiā si non fuisset adiecta dies,vel pœna,vel interesse expressum ī stipulone,nihilominus mora post lapsum diei nō posset purgari:quia qn̄ pręstatio operæ venit facienda certo tempore,tunc si præstatio non fit in tpe,succedit obligatio ad interesse irreparabiliter,nec potest amplius purgari mora:quia cū mora purgetur pręstando id quod principaliter erat promissum in hoc casu, hoc nō potest fieri,quoniam aliud est factum, qđ debet fieri in hoc tempore,& aliud qđ fieret in alio tempore. Casus est expressus,& ibi per Bar.in l.si vsusfruct⁹ mihi in biennium. ff.de vsufru.le.& declarat eleganter Bar.in l.si stipulatus fuerim abs te.& l.stipulationes non diui.s.eo.quę conclusio optime probatur in isto tex.& bene facit tex.in l.si non forte.§.libertus.ff.de condi.inde. ¶ † Quintò no.ꝙ ille q promittit ꝓficisci de vna ciuitate in aliā,infra certū tempus,satisfacit stipulationi,si incipiat proficisci intra terminū,licet iter nō compleuerit in termino:verbū enim positū,in Syriā p nauigiū ꝓficiscał:& exponił per gl.positā sup isto verbo,ꝙ sufficit arripuisse iter,vt satisfaciat stipulationi:qđ multū no.hic Pau.de Cast.Ipse tamen dicit,ꝙ in huiusmodi locutione,& similiter est attendenda qualitas termini expresi:quia si in illo tēpore posset quis perficere totū iter,tūc debet intelligi, ꝙ debeat perfecisse,& nō initiasse duntaxat.Si verò impossibile esset illo tpe perficere iter , tunc intelligamus ꝙ debeat proficisci de vno loco ad aliū intra illū terminū, incipiendo facere iter, vt sic stipulatio accipiał in eo sensu,quo valere pōt:vt l.semp in stipulationibus.de reg.iur.Sed ista distinctio do. Paul.nimis restringit istum tex.Non enim apparet hic,vtrū in tempore posito in stipulatione potuerit iste peruenire in Syriam, vel non:vnde intelligā tex.simpliciter prout iacet in vnū casum,videlicet ꝙ semp sufficiat arripuisse iter, licet nondū sit perfectum.Ista em̄ verba,ꝓficiscar,respiciunt futurū temp⁹: proficiscał,possunt intelligi duplici sensu,ꝙ ꝓficiscał,& iter finiat,vel ꝙ incipiat proficisci.Ergo in dubio debet interpretari,vt facilius possit euadi stipulatio pœnalis vel q̄ committerel ad interesse.Præterea istud tēpus futurū de sui significatu significat tēpus imperfectū:sicut tempus præsens, qđ apponitur in dispositione.Vnde debet comprehendere actū initiatū,& non perfectū:vt l.arboribus.§.j.cū gl.sua.ff.de vsufru. & l.si quis id qđ.§.j.ff.de iurisd.om.iu.iuxta ea q̄ subtiliter declarat Bald.in l.si fugitiui.C.de ser.fug.Et ad hoc reputo no. istū tex.& ꝓbał in effectu,ꝙ qn̄ actus conferł in tēpus futurū,dūmodo nō sit futurū cōiūctū cū pterito,qđ significet actū pfectū,ī dubio videał significari act⁹, ꝓut est ī fieri,& nō prout est in facto esse.i.ꝓut est inceptus,licet nō sit perfect⁹. ¶ In gl.posita sup verbo,cōuenit.ibi:quo restringił prima cōuētio.Hanc gl.cōiter approbant hic doct.& volunt ꝙ primò fuerit statutus maior terminus.secūdò fuerit restrict⁹ ad breuiorē terminū.& in hoc cōcordāt oēs Mod.Sed Paul.de Ca. solū discordat à gl.in hoc,quia vult ꝙ istud pactū fuerit appositum ex interuallo:quia non est verissimile secundū eum,ꝙ partes se correxerint incōtinēti:vt l.qđ traditū.ff.de cond.& demon.Ista tamen ratio non vrget:quia licet non sit verisimile,potest tamen fieri & contingere, vt partes mutent ꝓpositū incontinenti:vt l.si inequalibus.& l.si ita scriptum.ff.de hære.insti.& verissimili⁹ vł ex serie literæ,ꝙ pactū fuerit appositū incontinēti propter clausulam in fi.positam,quæ deducēdo cōueta in stipulatione retulit se simpliciter ad ea quę suprà cōueta erāt.In hoc nō facio multā vim: & tñ vł posse dici vltra doc.ꝙ cōuentio sequēs non restrinxerit totaliter cōuētionē pcedētē absolutè,& in oī casu:sed limitauerit & restrinxerit in vno casu in ea cōtento: & erit sensus literæ iste, quia primò fuit actū vt debitor haberet terminū ad soluendum in Berithēsio vsq ad cc.dies:nisi eligeret intra ante idus Septembris,vel emere merces quas reportaret Berithum. In hoc em̄ casu bene restringił prior terminus: quia si emat merces,& nauiget à Berithēsio infra idus Septēbris,post id⁹ tenebił soluere pecuniā incontinenti,nec expectabitur dilatio cc. dierū:nec mireris ꝙ dilatio fuerit restricta in fauorē creditoris:quia aliud fuit appositū ī fauorē debitoris,licet nō teneał pcise in Berithēsio soluere pecuniam,sed posset emere merces trāsuehēdas in Beritho , & ibi postea soluere pecuniam: vnde in fauorē debitoris fuit mutatus locus si nauigaret infra idus Septēbris.Itē translatū periculū in creditorē de mercib⁹ quæ erāt soluēdæ propria pecunia in Beritho:quia si debitor nauigasset intra diē,periculū pertinebat ad creditorē . vt patet in l.ij.& per totū tit.ff.de nauti.fœno.Præterea fuit data facultas debitori lucrandi ex emptione merciū,qcqd vltra esset solutū de debito creditori.Et iste intellectus vł probabilior. ¶ Extra gl.opponił dupliciter cōtra istum tex.Nā vł,ꝙ procurator præpositus solutioni recipiēdæ possit prorogare terminū:vt l.fi.§.vl.ff.de pub.Bar.hic remittit ad ibi not . & ibi ponit duas solutiones.Prima est ꝙ ibi publicanus emerat vectigal à fisco,vnde erat procurator in rē suā,& ꝓrogando terminū piudicabat sibi,& non alteri.Et ista solutio est indubitanter vera in se:sed tñ hoc non apparet ex litera. Vnde ipse dat aliā solutionē no.dicens ꝙ ibi publicanus erat generaliter præpositus ad solutiones recipiēdas.Hic autem erat ppositus particulariter ad solutionē recipiendā . Sed ista solutio,vt dicunt ibi Mod.vł cōfundi per l.quā Bar.allegat,videlicet per l. mandato generali.ff.de procu.per ea quæ no.in l.nā & nocere. & l.seq.de pact.vbi volūt ꝙ in mādato generali nō videał cōcessa libera, nisi aliud dicał. Vnde aut est intelligēd⁹ ille ꝙ libera fuit cōcessa:aut est speciale,vt dicit Ioā.de Imo. in istis qui preponunł actioni pecuniæ publicæ.Vnde si ppōnuntur vniuersaliter,habere videnł mādatum cū libera.Et hoc sentit Bart.in §.fi.dū alle.l.j.§.magistrum.ff.de exercito.quasi sentiat argumēto illius literæ, ꝙ ꝓpter publicā vtilitatē videał concessa libera administratio.Pro ista cōclusione adduco tibi tex.vltra ipsos in l.j.in princ.ff.de of.ꝓcu.Cæ.vbi ꝓbał,& ita tenet Bald.expresse.& tenet Barto.quòd ꝓcurator Cæsaris videtur in dubio habere liberam,hoc ipso quòd est concessa administratio.Pro ista conclusione facit, quia videmus quòd isti præponunł negocijs vniuersitatis, & corporū, censentur habere mandatum cū libera:vt l.ꝓses.& ibi per Bart. C.de transa.Pro qua cōclusione adduco tibi tex.quē ibi not. Bar.in l.fi.C.de apo.pu.li.x.vbi patet,ꝙ officialis deputatus ad recipiendū pecunias fisci pōt ad fisci piudiciū recipere solutionē particularē,cōtra l.tutor.§.Lucius.ff.de vsur.Et sic pōt facere aliquā gratiā in modo soluēdi:ergo vł ꝙ possit ꝓrogare terminū.Et credo ꝙ ista cōclusio sit valde ꝓbabilis.Aduerte tñ,qa Bal. valde no.ad intellectū hui⁹ §.in d.l.ꝓses.ī ij.col. vł velle,ꝙ iō hic termin⁹ nō potuerit prorogari,qa fuerat apposit⁹ à dño.Vñ licet ꝓcurator hic habuisset mādatū cū libera,nisi esset sibi data spālis potestas prorogandi terminū,nō posset venire cōtra factū nō supueniētē iusta cā, p l.si hoīem. ff.mā.Sed tu aduerte,qa termin⁹ hic nō fuit appositus à dño, sed à ꝓcuratore suo.i.Sticho seruo eius.Preterea etiā si fuisset apposit⁹ à dño,& fuisset adiecta cl'a in mādato ꝓcuratoris cōstituti ad recipiēdū solutionē ī fi.termini,ꝙ in pdictis & circa pdicta dabat sibi liberā &c.adhuc credo,ꝙ possit termin⁹ ꝓrogari,& mutari loc⁹,al's parū posset operari dictū arbitriū, & forte nihil.Si aūt ꝓcurator generalis nō habēs mādatū cū libera vellet ꝓrogare hūc terminū statutū à dño,forte posset pcedere doctrina Bal.p d.l.si hoīem.licet Bar.hic sentiat oppo.& clari⁹ d.Pau.de Cast.Et de intellectu d.l.si hoīem.vide qđ plene scripsit Bar.in l.ambitiosa.de decre.ab or.fac.Et ad materiā vide qđ no.idē Bal.in l.nā & nocere.in fi.ff.de pac.& l.cū stipulat⁹ sim mihi à Proculo.s.eo.& tene mēti sing. doctrinā Io. An.in ista materia in ti.de ꝓcu.§.rōne formæ.ver. qđ si sit cōstitut⁹.vbi dicit,ꝙ si procurator est cōstitutus ad recipiēdā solutionē faciēdā certa die,& postea dñs proroget terminū debitori,in termino prorogato nō poterit ꝓcurator recipere solutionē,qa est diuersus act⁹ à primo. Qđ vtrū sit verū,nō determino nūc.Sed vide qđ not.in fi.qō.in l.si cū dies in prin.ff.de arbi.p Bal.Et aduerte,qa ideo potuit hic ꝓroga

[a] ¶ Purgari . Adde d.Ale.de Imo.ple. q̄ hic in l.si insulā. s.eo.ī xj. col.ī viij. fall.& no.p d.Bar. Soc.ī cō.cxcix.in ci.in cā tacta.versi. nec obst.cū ver.se. in ij.parte.& d.Pe. Phil.Cor.in consi. xxv.inci.in hac.in litera v.in ij.parte.

ri terminus, quoniam fuerat datum arbitrium ſuper tempore. Secus ſi fuiſſet datum arbitrium ſuper qualitate eius, quod erat implendum, videlicet in qua re deberet fieri ſolutio: vt l. in lege. in principio. ff. locati. per quam ibi decidit Bartol. & hic refert Paulus de Caſtro, quòd ſi datur arbitrium poteſtati in puniendis maleficijs, virtute huius arbitrij non poterit poteſtas prorogare inſtantiam præfixam ſtatuto. Secus ſi daretur ſibi arbitrium in puniendo & procedendo, quam doctrinam in primo dicto approbat Bald. in lege. obſeruare. §. proficiſci. verſicu. xj. quæro. ff. de officio proconſulis. & legati. l. j. §. niſi. ff. de iure deliberandi. Et vide quod dixi in notabilibus in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ſ. eodem. † Quæſiuit etiam hic Bartolus & notabiliter, per quæ verba videatur datum mandatum cum libera ſuper cauſa, quæ eſt ius deducibile in iudicio, vel ſuper inſtantia duntaxat: quæ verba domini Pau. de Caſtro hic dicit eſſe obſcura: ipſe autem dat eis hunc intellectum in effectu, quòd aut aliquis conſtituit procuratorem cum libera in cauſa quam habet cum Titio ante litis conteſtationem. Et tunc libera videtur conceſſa ſuper ipſo iure, quod deducitur in iudicio: & tamen valebit quo ad illam cauſam, quantum generale mandatum cum libera in omni cauſa: per textum in capitu. qui ad agendum. in fine. de procu. libro vj. Aut aliquis conſtituit procuratorē ante litē cōte. in cauſa quā eſt habiturus cum Titio: & tunc poteſtas liberę videtur referri ad ius inſtantiæ, & non ad ius cauſæ, ꝙ habet conſtituens procuratorem de præſenti: ſed eſt habiturus de futuro. Sed ius inſtātiæ non habet de pſenti, ſed eſt habiturus in futurū poſt lit. con. vnde verba magis conueniunt inſtantiæ, ꝗ̃ cauſæ. Sed ſalua reuerentia ſua, iſta non fuit aliquo modo intentio do. Bart. qđ ego oſtēdo manifeſte ex duobus. Et primò Bar. in ſecūdo mēbro, cū cōſtituitur procurator per verba futuri temporis, requirit ad hoc vt ſecundū membrū habeat locū, ꝙ cauſa non ſit expreſſa, in qua procurator conſtituit̃. Sed ſi eſſet ſolum differentia in tempore futuro & præſenti, & tunc expreſsio vel non expreſsio non eſſet attēdēda, ex quo vniformiter cauſa expreſſa & non expreſſa eſt differentia inter tēpus futurū, & preſens. Scđò hoc colligitur ex mente Barto. in primo membro, dumdicit quòd procurator fuit conſtitutus in tali cauſa, ipſa cauſa expreſſa. Ex quo dat̃ intelligi, ꝙ differentia eſt in expreſsione, & non expreſsione cauſæ. Vnde in illo primo exēplo ipſe etiam ponit verba futuri temporis, cū dicit, in cauſa quā habeo, vel habere intendo. Tu dic ergo in iſta materia tres concluſiones. † Prima concluſio, ſi procurator conſtituit̃ in aliqua cauſa, ipſa cauſa expreſſa; verbi gratia, in qua ſum habiturus cum Titio. tūc eſt differentia inter verba præſentis temporis, & futuri. Sed ſemper videtur datum mandatum cum libera in ipſo iure, qđ eſt deducēdū in iudicio. Et eſt ratio, quia ad ipſum ius expreſſè conſtituens ſe retulit. Nec ob. ꝙ verba futuri temporis nō videntur poſſe adaptari ad ius, quod competit de præſenti, quia adaptantur reſpectu exercitij: licet enim de preſenti mihi cōpetat actio & obligatio, exercitium tamen huius actionis erit, cū ius deducetur in iudicio: vt Inſti. de act. in princ. Et ſunt quaſi iſta duo ſicut potentia & act⁹, vel ſicut habitus & actus. † Secunda concluſio, ſi conſtituitur procurator, non expreſſa cauſa ad quam conſtituitur, tunc eſt bene differentia inter tempus præſens, & futurum: quia per tempus præſens datur libera poteſtas ſuper iure deducendo in iudicio: per tempus futurum, ſuper ipſa inſtantia iudicij. † Tertia concluſio eſt talis, quæ elicitur ex doctrina Bartol. ſi poſt litem conteſt. conſtituitur aliquis procurator à dño in cauſa quā habet cum Titio, & ſic per verbū preſentis temporis: & tunc ſuper vtroq; videtur habere mandatum cum libera. id eſt ſuper inſtantia, & ſuper iure deducto in iudicio: quia vtrunq; ius habet dominus de præſenti. Et ideo ad vtrunq; debet fieri relatio, ex quo poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis: vt l. ſi ex pluribus. ff. de accep. & plene per Bart. in l. Aurelius. §. Caio. ff. de lib. leg. Et aduerte ſecūdū Pau. de Caſt. hic, quia ille qui habet mādatū cum libera ſuper inſtantia, ſi vult per compromiſſum ſuſpendere inſtantiā, dūmodo etiam ad compromittendum habeat mandatum, debet facere cōpromiſſum ſuper iure deducto in iudicio: ſicut dicitur in aut. ſi tamen. C. de tēpor. app. & in clement. ꝗ̃diu. de ap. non ſuper ipſa inſtantia: quia de ipſa inſtātia non eſt lis, ſed de iure deducto in ipſa inſtantia. Hoc tamen poteſt fieri ſecundū cum in cauſa appellationis. Nam inſtantia cauſæ principalis non ſuſpenditur per cōpromiſſum: vt traditur in l. properādum. in prin. de iud. Et hæc eſt vera & communis opi. quā ſequuntur Specu. & Ioā. And. in titu. de iud. dele. §. reſtat. verſi. item quod inſtantia, & Anto. de But. & Moder. in c. pe. extrà, de iudi. licet aliter ſenſerit Bal. d. l. properandum.

Flauius. Stipulatio pœnalis non nouat præcedentē conuentionē, quæ emanauit ex cauſa oneroſa: & vbi eſt adiecta pœna, & nō dies, admittitur purgatio moræ: & ex pœna appoſita per donatorem acquirit̃ actio ſeruo ad libertatē cōſequendam. hoc dicit. Secunda ibi: quæro. Tertia ibi: itē quæro. Quarta ibi: item quæro. ¶ † Not. primò ibi: manumiſsionis cauſa &c. ꝙ iſta verba, do tibi tale qđ cauſa faciendi tale factum. important modum, ex quo oritur actio illi qui impleuit ex parte ſua ad faciendum modum impleri. & ita intelligit iſtum tex. Bal. & recte ī l. & ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau. Et erit iſta præſcriptis verbis,[a] ſecundùm gl. poſitam ſuper verbo, conuenire. † Per quę autem verba inducat̃ modus in contractibus in vltimis voluntatibus, no. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demōſt. Et ꝙ cōpetat actio implenti ex parte ſua in contractibus ad faciendum modū impleri: vide glo. & quod ibi ponit Bar. in l. ſi ſtipulat⁹. §. ſi ex duobus. j. de fideiuſ. Et ideo non eſt opus hic ſupplere ad tex. ꝙ præceſſerit pactū, & cōuentio de manumittendo: ſicut videtur velle Bar. niſi forte intellexerit ꝙ præceſſit per appoſitionem modi, de quo in litera. ¶ † Secundò not. ſecundùm intellectum communem, quòd ſtipulatio pœnalis præcedentem conuentionem quę præceſsit ex cauſa oneroſa, nō nouat. ¶ Qualiter autem pręceſſerit cauſa oneroſa, declarat hic optime Barto. quem ego ſum ſecutus in lege, ita ſtipulatus. ſ. eodem. Et occaſione hu⁹ dicti hic Ange. repetit quandam opinionem ſuam, de qua dixit in dicta lege, ita ſtipulatus. quę non placet hic Moder. Et plene dic, vt diximus in loco pręalle. et colligitur ex iſto textu. in primo reſpon. vnus caſus ſecundùm Paulum de Caſtro, in quo agitur pręciſe ad factum, videlicet ad faciendum ſeruum manumitti. Tu autē pro vtroq; notabili aduerte: quia ex iſto textu nullo modo apparet, quòd debitor principalis fuerit ī mora, & quòd aduerſus eum pœna fuerit commiſſa: ſed de hærede eius bene apparet, vt videbis in gloſſa poſita ſuper verbo, liberetur. Vnde hoc primum reſponſum inductum, vt inducit Barto. non bene videtur pbare concluſionem ſuam: quia poſſumus intelligere, ꝙ hic ageretur ad manumittendum ante aliquā morā comiſſam, & maxime quia ſicut declaraui ſolēniter in l. ita ſtipulatus. in j. glo. ſ. eo. ille qui habet implere modū, non conſtituit̃ in mora, niſi per interpellationē. Sed tunc relinquit̃ dubitatio, quæritur ſi pœna & mora non erat commiſſa, dubitat̃ vtrū poſſet agi ad id qđ deuenerat in principali, ex quo nulla adhuc erat facta tranſlatio ſeu nouatio. Et eſt reſpondēdum: quia iſta conuentio cōtinebat factū, in quo cōmittit̃ obligatio, niſi quatenus intereſt: vt l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. & l. illa ſtipulatio. §. j. ſ. e. Nec pōt dicere: ꝙ hic intererat volentis agere ex conuentione ppter intereſſe affectionis: quia licet poſſet apponi pœna in contractu, vt l. ſi venditor. in fi. & l. ſi ſeruus. ea. l. ff. de ſer. expor. nō tñ vr̃, ꝙ ſi nō apponitur pœna, poſsit agi ad factum, quia de natura obligationis facti eſt, ꝙ reus non cogatur præciſe ad factū, ſed poſſit ſoluere intereſſe. Quod quidē intereſſe ſi eſt in ſolutione debet eſſe æſtimabile, qđ non contingit in intereſſe affectionis ex natura ſui: vnde ppter hoc non videbatur cōmitti cōuentio & obligatio ad factū, quia factū non poterat pręſtari ſecundū naturam ſuam, & prout regulariter ſolet eſſe in obligatione. Iſta ergo faciebant probabilem dubitationē. Sed tamen iuriſconſultus determinat contrariū: quia minus eſt inconueniens, ꝙ quis cogatur præciſe ad factum præter naturā obligationis facti, quàm quòd non ſeruetur fides, ex quo agens habet intereſſe honeſtum. Ex quibus in effectu elicitur talis concluſio ſingularis, & pulchra, ꝙ vbicunq; in obligatione facti vertitur ſolum intereſſe affectiōis, ſemper poteſt agi præciſe ad factum: ſicut & agitur in alijs caſibus, de quibus in l. ſtipulatus. §. Celſus. ſ. eo. Et tamen ſecundū hūc intellectū dico etiam hic non cauillando literam, probari concluſionē ſupradictam per Bar. hoc modo, videlicet qa text. hic dicit, ꝙ pōt agi nulla præcedente mora ad faciendum ſeruū manumitti: q̃ verba ſi intelligātur prout iacent, ſignificāt ꝙ ſup hoc poterit ferri ſententia. Sed hoc eſſet impoſsibile, ſi ſtipulatio pœnalis nouaret præcedentem: quia per litem conteſtatam committeretur mora & pœna, & transfunderetur obligatio principalis in pœnam, ſic non poſſet ſequi condēnatio ſuper principali: vt plene declarat Barto. in l. j. in prin. ff. de pe. leg. & l. ita ſtipulatus. in vl. col. ſ. eo. ¶ † Tertiò not. in verbo, itē quære. el j. ꝙ quando eſt adiecta pœna, & non dies in obligatiōe, ſemper admittitur purgatio morę ad euitationem pœnæ, ex parte actoris non admitteret̃ purgatio de iure communi: vt l. Thais

a ¶ Præſcriptis verbis. Adde Saly. in l. ex pacito, C. de re. permuta. & ibi glo. & doct.

Thais. §.si intra. ff. de fideicomis. liber. quæ hic allegatur pro contraria in glossa. Sed de iure speciali minor bene admitteretur per beneficium restitutionis in integrum: vt l. iij. §. & si hæres. de minori. licet Baldus in l. si plures. in fine. ff. de conditioni. inserti. videatur velle quòd etiam ad consequendum actionem conditio de facto, post moram posset impleri. Hæc tamen non est communis opinio, vt poteris videre in l. si insulam. s. eod. ¶† Quartò not. & tene menti ex vltimo casu, seu responso in fi. ꝙ quando aliquis donat rem suam alicui, non solum acquiritur ex pacto donantis actio tertio ad consequendum dominium illius rei, qđ erat penes donantem tempore donationis: vt l. quoties. C. de do. quæ sub modo. sed etiam aliud ius quod non erat penes donantem tunc, sed causatur in re donata loco dominij donatoris. Et propter hoc dixi aliàs cōsulendo in ciuitate ista, ꝙ si ille qui donat rem suam alicui, post mortē donatorij, apponit pactū quòd vsusfructus acquiratur cuidam tertio, ex isto pacto acquiritur ius vsusfruct⁹, licet nō esset penes donantem eo modo quo acquiratur tertio: quia penes donantem erat causalis, penes tertium erat formalis. Ex eodem etiam verbo no. singul. secundùm Ange. & Io. de Imo. hic, ꝙ quando id quod venit in principali obligatione est prę̄standum tertio, & pœna quæ apponitur in cōtractu est applicanda stipulatori, admittitur purgatio morę. Et istud melius colligitur ex primo ver. item quæro. Secus est econtra, quando id quod venit in obligatione, principaliter est applicandum stipulatori, & pœna tertio. Exēplū in l. j. §. fi. j. de stipu. ser. & ita decidit Bartol. cuius dicta limitantur per istam doctrinam in l. si insulam. in viij quæst. s. eod. ¶ In glossa posita super verbo, liberetur. ibi: vel secundùm Ioan. nota istam gloss. relatam ad tex. quia probat, ꝙ quãuis priuatio si profertur à iurisconsulto, seu legislatore, in dubio intelligatur propriè, & præsupponat habitum: vt in l. decem. s. eod. Hoc tamen fallit, nisi materia super qua loquitur legis dispositio repugnet: & ita debes limitare dicta Barto. in l. decem. s. eo. Hęc tamen solutio Io. & præcedens posita in glo. nō tenetur communiter. Sed vera solutio est, ꝙ ideo hic admittitur purgatio moræ, quia erat adiecta pœna, & non dies: vt nota. in l. si insulam. s. eod. ¶ In ead. gl. ibi: sed hic ante duos menses. communiter non tenetur ista solutio ad illam l. fi. nec ad alias leges s. in alijs gl. alle. sed ponitur vna solutio in gloss. præcedentibus, quæ approbatur communiter, videlicet ꝙ ideo hic seruus non efficitur liber post moram, & negligentia debitoris, elapsis duobus mensibus, quia erat actum ꝙ seruus manumitteret vindicta, id est cum certa forma & solennitate seruanda. Vnde quia & forma debet seruari etiam in actu fauorabili, non potest suppleri per æquipollens: & ideo lex non repræsentat hic libertatem. Et hoc not. singulariter ad ea quæ scripsi post Ang. & Bal. in l. j. ff. de lib. & posthu. † Tene tamen menti solutio. istius glo. quia singulariter vult, ꝙ quamuis ex negligentia hæredis vel debitoris post duos menses seruus efficiatur liber ipso iure, & sic pœna non possit exigi: vt l. fina. C. si man. ita fuerit alie. si tamen agatur ad pœnam ante duos mēses, committitur mora, & pœna potest exigi. Et est solennis limitatio ad illam l. fi. ¶ Extra gl. quęrit hic Bart. de tali quæstione, quidam donauit alicui certam rem cum pacto, ꝙ illa res post mortem donatarij perueniret ad ecclesiam, quæritur vtrum actio quæ fuit quæsita ecclesiæ ex isto pacto per l. quoties. C. de dona. q̄ sub modo possit auferri ecclesiæ ex sola reuocatione, & mutatione volūtatis, donatoris, vel eius hæredis: in qua ipse concludit, quòd voluntate donatoris tale ius potest extingui per l. iij. ff. de ser. expor. sed ex volūtate hæredis eius, non vt ibi dicitur. Et satis probatur in fi. istius §. & in l. ij. vel iij. ff. de his qui sine ma. ad liber. perueniunt. & l. mancipia. eod. ti. in quibus legibus vtrunq; membrum videtur probari & hanc conclusionem in effectu sequitur Ioã. de Imo. In qua tñ est aduertendum: quia si sequeris glo. in d. l. iij. de ser. export. quam videtur hic sequi Io. de Imo. habeas primum mēbrum declarare, & limitare ꝙ sit verum, quando pactum fuit appositum gratia donantis, vel sumus in dubio, quo casu præsumitur ipsius gratia appositum: vt dicit hic Io. de Imo. & rectè, nam ex quo non apparet alia causa extrinseca, cur videatur appositum gratia alterius, dicemus quòd videatur appositum gratia donatoris, vel venditoris, ex quo ipse istud pactum apposuit. Et ista ratio sufficit in q. Barto. in legibus autem s. alle. est adhuc alia ratio, quia pōt præsumi quòd libertas fuerit data propter bene merita, & bona seruitia: sicut dicimus in l. nec adiecit. ff. pro soc. Si autem ex alia coniectura possit apparere, quòd pactum fuerit appositum gratia emptoris, vel donatarij, tunc sine consensu eius tale pactum non poterit reuocari: & ita intelligitur tex. secūdū illam glo. in l. quæsitum. ff. de ser. expor. & in l. j. ff. qui sine manu. ad liber. perue. Et hanc distinctionem glo. approbat Bar. in l. fin. circa medium. & in vltimis verbis commenti. ff. de condi. ob cau. dum declàrat illum subtilem articulum, quomodo sit locus pœnitentiæ in contractu innominato, qui resultat habita relatione pacti ad contractum nominatum. Sed ipse idem Barto. multo subtilius attingit intellectum istarum legum in l. Aristo. in prin. ff. de do. vult enim ibi, quòd sine distinctione, cuius gratia pactum fuerit appositum, distinguamus aliter: videlicet ꝙ aut q̄ritur vtrum sufficiat sola voluntas apponentis pactum ad extinguendum ius quæsitum tertio, & sufficit per iura pro ista parte allegata. Aut quæritur vtrum sola voluntas pactum apponentis possit præiudicare illi qui contraxit cum eo, vt auferatur sibi facultas faciendi, si vult id quod deuenit in pacto: & tunc sola voluntas apponentis pactum non sufficit: & ita intelligit l. quæsitum. quæ proprie videtur loqui hoc casu: quam etiam sic intelligit glossa in prima solutione. in lege j. C. si man. ita fuer. aliena. Dixit tamen ibi Bartolus quòd hoc fallit in donatore propter fauorem exercentis liberalitatem: ipse tamen potest reuocare pactum appositum, etiam in præiudicium contrahentis secum: per dictam legem, Aristo, quæ iudicio meo hoc non probat: quia licet ille textus dicat, quòd ex pacto apposito in donatione resultat contractus innominatus: non tamen dicit quòd id quod deuenit in pacto ad præiudicium contrahentis, secum possit reuocari. Vnde ego sequor distinctionem ibi positam, tam in donatione, quàm in alijs contractibus. Primò, quia illa distinctio glossæ in dicta l. iij. diuinat ad leges ibi allegatas, & maxime ad legem, quæsitum. Secundò, quia illa distinctio, cuius gratia apponatur pactum, posset habere locum aliquo modo, si pactum istud principaliter videretur appositum gratia paciscentium: sed in terminis non est ita, quia commodum & emolumentum huius pacti principaliter pertineat ad tertium, id est, ad seruum manumittendùm, illius gratia præsumitur appositum principaliter: vt l. fideicommissa. §. interdum. & ibi per Bartolum, de legatis ij. & lege, Titio centum. §. Titio genero. de conditionibus & demonstrationi. & ibi per Bartolum. Contractus autem illius gratia dicitur factus, cuius gratia principaliter fit, licet in consequentiam acquiratur etiam vtilitas alteri: vt l. si quis nec causam. & l. rogasti. in principio. ff. si certum petat. † Vnde in proposito nostro propriè contractus, non dicitur factus gratia paciscentium, sed gratia serui, licet in consequentiam eorum gratia posset dici factus. Sed hoc non attenditur, vt vidisti declartum in simili q. in princi. istius legis. Si ergo potest præiudicari illi, cuius gratia principaliter pactum istud apponitur: ergo non est mirum, si in consequentiam poterit præiudicari donatori vel emptori. Ex his infertur addecisionem quæstionis nostræ, quòd in auferendo ius quæsitum ecclesię sufficit sola voluntas donatoris: sed si donatarius ipse vellet sua sponte, inuito donatore, post mortē suam dare rem ecclesiæ, audiretur non obstante contradictione donantis. Ex his patet non rectè dixisse Bald. in l. cum à socero. C. de iure dotium. dum voluit, quòd debet interuenire voluntas vtriusq;, scilicet donantis, & donatarij. De voluntate autem hæredis ipsius donantis, vtrum debeat interuenire, ipse reuocat ibi in dubium, vtrum dicta Bartoli sint vera hic per textum in l. ego. §. j. ff. de iure dotium. vbi probatur, quòd speciale est in dote fauore matrimonij, quòd hæres non potest pœnitere in contractu innominato: ergo in contrarium est ius commune. Sed salua reuerentia sua illa lex non loquitur in casu proposito: quia nos loquimur, quando contractus innominatus resultat ex relatione habita ad contractum innominatum: quo casu difficilius admittitur pœnitentia propter cohęrentiam contractus nominati: vt s. dixi, secundùm Bartolum in l. fina. de conditionibus ob caus. Sed text. in l. si ego. loquitur in contractu simpliciter innominato: erat enim data pecunia pro dote futura, vt recipiens contraheret matrimonium, quo casu regulariter admittitur pœnitentia ex parte eius qui impleuit, in præiudicium eius qui non impleuit. fallit in dicto casu fauore matrimonij: ita declarat Barto. in l. si pecuniam. in princi. & l. quod seruus. ff. de condit. ob causam. Et tetigit etiam in l. si cùm fundum. ff. de pact. quæ lex facit pro distinctione glo. in dicta l. iiij. de ser. exportan. sed respondebitur ei statim. In contractibus autem innominatis, qui resultant ex relatione pacti ad contractum nominatum, solet dici quòd licet aliquando admittatur pœnitentia principalis, quia posuit pactum, non tamen admittitur mutatio voluntatis hæredis ipsius: vt probant iura s. allegata & tenet Bart. hic ad legem, si cùm fundum. Tenendo opinionem quā suprà posui dicas, quòd ibi pactū per quod aliquid debeat præstari tertio, principaliter erat factum gratia vnius ex contrahentibus, id est, illius qui debebat dare tertio. Vnde non poterat ibi resultare proprie contractus innominatus: sed erat quædam tacita donatio facta contrahenti, quia cōcedebatur sibi, quòd solueret tertio pro interesse suo: verbi gratia, quia promiserat illi dare hunc fundum sub pœna: quod exemplificat ibi glo. ad l. j. ff. qui sine manu. quę videtur velle, quòd voluntas non possit mutari in præiudicium serui. Potest responderi duobus modis, vel quòd ibi mutata erat voluntas post moram debentis manumittere, & postq; seruus iam erat effectus liber. Vel dic secundùm Ange. hic: quòd ideo mutatio voluntatis non nocuit seruo, quia venditor qui mutauerat voluntatem decesserat sine hęrede: vnde non erat aliquis, cujus interesset hāc mutationem voluntatis obseruare ex parte ipsius, qui mutauit voluntatem: & per hoc dicit ipse singulariter posse dici, quòd donatio causa mor. non reuocatur ex pœnitentia donatoris, quando donator decessit sine hęrede: & potest consistere donatio, quia donatio causa mortis non requirit aditionem hęreditatis: ad sui confirmationem alleg. gloss. singula. in lege, filię cuius. C. fami. erci. & hoc tenet Bald. in lege, eam quã, C. de fideicommis. & probat per textum in l. tam is. §. j. de donatio. causa mortis. potest enim filiusfamilias donare causa mortis patre consentiente: quod esset falsum, si talis donatio requireret aditionem hęreditatis, cùm filiusfami. de iure Digesto. præterquàm in castrensibus, non

a ¶Hæredē. Adde tū q̄ vt refert d. Bart. Soci. in con. clxxij. inci. multum abunde. ver. confirmat̄. nā circa fi. in ij. par. q̄ filiusfa. de iu. Digest. in xv. casib⁹ habebat bona ꝓpria p̄ter castrēsia, & patri nihil acqrebat̄: & tū indistinctè ei ꝓhibitū erat donare cā mor. sine cōsensu patris: sed ꝗd si filiusfa. legauit, & legatū nō possit deberi, neq̄ ex testō, neq̄ ex codicillis, an tunc debeat salTē in vim donatiōis a cā mor. accedēte ta li testō vel legato consensu p̄ris: vide ibidē ī d. cō. in ver. succedit nunc. cum ver. se. Sed q̄ro ab extra, qd si donauit rē patris cōsentien te p̄re, an pater nō ob. cōsensu poterit talē donationē reuocare, vide ꝑ p̄fa. d. Bar. So. in cōsi. c. lxxxix. incip. viso. ver. vñ cùm testrñ, & versi. cùm ergo.

b ¶Aliēatio. Nec aliēnatio valet aliquo tp̄e sc̄dm do. Bart. Soc. in cō. cxxvij. in ci. p̄ns. ver. iiij. cōfirmat̄. ī ij. p̄te. Sed nū quid possit fieri in quoscūq̄ de familia existētes ī quolibet gradu, vide ibidē ī d. cō. ī ver. sed multipliciter. ibi: qñ stāte. Sed nūqd ista bona ꝓhibita alienari peruenire possint in successores ab ītē. ipsorū filiorū ꝓhibitorū alienare nō ī descendentes ipsorū: vide p̄fa. d. Bar. ī cō. cclj. inci. qm. versi. sed a principalis difficultas. cū ver. seq. ea. p̄te. Et an extēdatur ad descendētes ex filijs ꝓhibitis, vide ꝑ d. Pet. Phi. Cor. ī cō. xxxviij. ici. placet. ī līa c. & s. ī j. p.

c ¶Ad fideicōmissum. Sed nūqd si testator ꝓhibeat alienationem, vt deueniat ī posteros, an ex hoc fideicōmissum īducat̄: vide d. Pe. Cor. ī cō. xxij. ī ci. ī hac. ī līa p. & in cō. lix. ici. diu post, per totū. ī ij. parte.

d ¶Inualida. Sed qd si illi de familia requisiti noliīt emere, an extra familiā & in extrāeo aliēari possit: vide d. Bar. So. ī cō. ccxxvij. ici. p̄ns. ver. ij. fortiꝰ ī n̄ōte. & vide d. Phi. Cor. ī cō. cclxviij. icipi. ī hac. ꝑ to. & ī cō. cclxxvj. ici. qm. ꝑ to. ī j. p. vbi an familia ab emptore dictorum bonorum vendicare possit.

haberet hęredē: vt plene declaratur in l. post do tē. solu. mat. & vide eundē Bal. in l. cū viro. C. de fideicōmis. Licet autē p̄dicta procedant, qñ fuit appositum simplex pactū de restituendo rē ecclesiæ, secus sc̄dm Bald. in d. l. cū à socero. de iu. dot. si notarius recepisset, & fuisset stipulatus vice & nomine ecclesiæ, seu alterius, cui donator voluisset qꝫ post mortē donatarij: tunc em̄ sc̄dm eum ius quæsitū illi tertio ex stipulatione sua, vel facta nomine ipsi⁹ à notario, nō posset auferri, etiā ex volūtate vtriusq̄. s. donātis & donatarij: quia licet ex facto tuo acqratur mihi ius, quia tū volui sti me stipulari, nō minus tū acquirit̄ mihi ex ꝓuisione mea quàm tua: & ideo ius quęsitum mihi ex promissione mea, licet ꝓpter tuū factū tu nō potes auferre: vt est casus quē ibi ponderat Bald. in ista q. l. si constante. C. de dona. ante nup. Et licet ad illū tex. posset responderi aliquo modo, cōclusio tamen est vera, pro qua videtur casus in l. cū marit⁹. §. fi. ff. de pac. dot. vbi qñ mulier dabat dotē, fecerat pactū q̄ illa dos post mortē suam ex cā donationis inter viuos restitueret̄ fratri: deinde frater stipulatus est in eū casum illam dotē sibi reddi, & ibi dicitur q̄ in præiudiciū fratris & iuris sibi quæsiti mulier nō potest mutare volūtatē, etiā cōsentiēte debitore. i. marito. Et aduerte: quia ex quo stipulatio hęc interponitur à tertio, nos nō sumus nūc in illa dubitatiōe, quā heri teti gi in voce, nunqd stipulatio q̄ interponit̄ sup cōtractu innominato, sortiatur naturā ipsius contractus, & sic habeat locū pœnitentia. nā ista dubitatio ꝓcederet quando stipulatio interponeret̄ ab vno, vel ab ambobus cōtrahentibus hincinde super ipso contractu innominato implendo: sed qñ stipulatio interponit̄ à tertio, licet propter ipsum contractū, qa tunc ipse non est pars contractus innominati, licet ei ex cōtractu innominato q̄ratur cōmodū, stipulatio nō dicet̄ immediatè interposita super contractu innominato: & tamen posito, q̄ videret̄ interposita, videretur dicēdum idē quo ad tertiū stipulantē: per dictū tex. in l. si maritus. §. fi. Quid aūt iuris sit, quo ad cōtrahētes, vide ꝑ Bar. in l. si vt proponis. de cond. ob cām. in fi. & ꝑ Bal. in l. sicut in initio. C. de act. & ob. & l. ex placito. ī ver. xj. q̄ro. C. de re. permu. Et vide qd ipse idem no. in c. j. in fi. de vasallo q̄ cōtra constitutionē Lotharij. in vsi. feu. Scias etiā ad intellectū huius artic. q̄ Bald. in d. l. sicut in initio. in vltimis verbis. dixit q̄ sicut in cōtractib⁹ innominatis nō est locus pœnitētiæ fauore dotis & matrimonij: vt l. si ego. pal. ita & vbiq̄ cōtract⁹ innominatus fieret ad pias cās. Et ex hoc r̄nderet̄ decisio Barto. falsa hic in suo exēplo, de eo q̄ fecit pactū, q̄ post mortē donatarij res traderet̄ ecclesiæ: qa hic essem⁹ in piā cām: nec haberet locū pœnitētia sc̄dm Bal. allē tex. ꝓ ista cōclusione in l. si qs ꝓ redem ptiōe. C. de do. Sed ille tex. si bene inspiciant̄ verba ipsius, loquit̄ ī donatiōe, q̄ est cōtract⁹ nominatus, vt cōiter cōcludūt doct. in l. iuris gē. in prin. ff. de pac. nec valet, si dicas q̄ est donatio ob cām: vt tāgit̄ in l. j. ff. de do. nā hoc pōt cōcedi, sicut declarat ibi Bal. & melius iudicio meo: q̄ licet vere sit contractus nominatus, est similis cōtractui innominato, quo ad q̄dā, videlicet vt det̄ condictio ob causam, si pars aduersa nō adipleat q̄ debeat, sed vt admittat̄ p̄nīa ī reuocādo eo, q̄d est donatū ꝑ cōditionē ob cām, nō cēset̄ cōtractus īnominat⁹: imo ex quo ps aduersa est parata īplere id q̄d venit ī modo, iudicaret̄ tāq̄ cōtractus nominat⁹: & ita intelligo tex. in l. si qs ꝓ redēptione. statuitur ibi vnū speciale in fauorē captiuorū: quia valet donatio, etiā si nō sit īsinuata. Et pro ista differentia vide q̄d plene not. Bar. in l. fi. ff. de con. ob cām. vbi declarat, qñ cōpetat cōdictio ob cām in cōtractibus nominatis, & innominatis, ex defectu implemēti, & qñ competat. Et inter cætera dicit ibi in fi. q̄ per pœnitētiā nō reuocatur illud cuius dn̄ium fuit translatū ex titulo cōtractus nominati: licet id q̄d fuit appositū in pacto, aliqñ possit reuocari: vt s. est declaratū. Cū ergo nō in ueniā hoc priuilegiū concessum piæ causæ, tutius est tenere opi. Bar. hic, maxime quia video q̄ in libertate q̄ est quę fauorabilis, sicut matrimoniū, & forte plus, vt patet ex no. in c. fi. extrà. de re iudi. & l. si pars iudicātū. in prin. ff. de inof. testa. cōtrariū seruetur: videlicet q̄ admittit̄ reuocatio & pœnitētia, vt patet ex supradictis legibus. Et ad intellectū huius literæ in fi. dic q̄ seruus qui est manumittendus ex pacto hic apposito, nō potest agere cōtra heredē debitoris aliqua actione: quia actio est de iure ciuili, secūdùm q̄d seru⁹ ꝓ nihilo reputat̄: ita dicit gl. in l. ij. C. de his quæ sub modo. Cōpetit ergo sibi officiū iudicis, secundū Pau. de Ca. hic per l. quidā. C. de nec. ser. hære. insti. Tu vide Bart. qui allegat gloss. prędictā, & ita concluditur in l. quibus diebus. §. Termilius. in vl. col. ff. de con. & demon. allegat legem, libertas. & l. Meuia. ff. de ma. testa.

Cohæredes.

Obligatus sub pœna vendere alicui, non tenetur ad pœnam, si denunciauit debenti emere, & per eum stetit quominus emeret: & tali casu potest vendere rem alteri impune, h. d. Secunda est ibi: q̄ō. Tertia ibi: responderi. ¶†No. ibi: sepius testato &c, q̄ interpellatio ad constituendū quem in mora, non videtur sufficere, si sit vnica, sed requiruntur plures. Doct. tamen hic communiter intelligunt hoc fuisse factum ad cautelam, qa regulariter sufficit vnica interpellatio: de quo dicitur j. eo. §. Seia. vbi tangitur per Bart. & docto. & est elegans articulus & quotidianus. ¶†Sc̄do not. quòd interpellatio facta tutori constituit pupillū in mora, & sibi preiudicat: de quo in l. si ex legati causa. in fi. s. cod. & per aliquos Moder. in l. cùm filius in hac. s. eo. ad idem bonus tex. in l. Aemilius. ff. de mino. ¶†Tertiò not. quòd quando aliquid consistens in facto venit in obligatione alternatiuè, electio pertinet ad debitorem, sicut quando duo alternatiuè ueniunt danda in obligatione, si in vno capite alternatiuè sit factū, & in alio datio, idem est: vt probatur in c. j. §. persoluendo. & ibi hoc no. Bald. de allodijs. in vsib. feu. ¶†Quartò no. & semper tene menti, quòd sicut qñ electio in alternatiua est debitoris, creditor debet agere in iudicio alternatiuè, quia non est in potestate sua quid habeat petere: vt l. vbi autem. §. qui illud. s. codem. ita debet seruare in interpellatione extraiudiciali: debet enim petere, vt soluat hoc vel illud, vt hic eleganter probatur. ¶†Quintò & vltimò no. quòd obligatus vendere alicui rem suam, si eam vult vendere, videtur prohibitus eam vendere alteri. Hæc tamē prohibitio tollitur, si ille qui debebat emere sit negligēs, & in mora emēdi post interpellationem sibi factam. Intra autem quantum tempus debebat respondere, vt non dicatur negligens, Bar. hic & cōmuniter Moder. dicunt, quod infra duos menses: argu. l. finali. C. de iure emphyteo. Addit etiam Pau. de Castro, quòd si ille qui fuit negligens anteq̄ res vēdatur alteri, velit purgare moram, audietur per legem, sicut §. si voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypo. solui. vbi creditor qui consentit alienationi pignoris, non perdit ius suum, nisi alienatio sit secuta, vide textum in lege, si ita quis. §. Seia. j. cod. per quem Bartolus dicit in lege, si in sulam. s. eod. in penultima colū. quod ad actionem quæsitam conseruandam admittitur purgatio moræ ex parte actoris, quæ doctrina decidit casum nostrum: quia creditor hic, qui vult purgare moram, tractat de cōseruando actionem, & ius prius sibi quæsitum. Et per istum text. determinat hic Dy. notabilē q. dicit em̄ q̄ si aliquis est prohibit⁹ alienare rem extra familiam à testatore, poterit eam alienare sine pœna, si prius interpellet eos de familia, vtrum velint emere: & ipsi infra duos menses, vt dictum est, non emant. Sed Bar. credit hoc dictum esse verum, si simpliciter sit facta prohibitio: secus si fiat cum adiectione causæ: quia testator dixit, nolo rem alienari extra familiam, quia volo remanere in familia, vel similia verba: tunc enim secundùm Barto. nō valeret alienatio, quia familia videtur vocari ad rem istam iure fideicōmissi, in cui⁹ præiudiciū nō pōt fieri alienatio[b]: vt l. fi. §. sin autē. C. cōia de leg. D. Rapha. quē refert Pau. de Ca. dicit, q̄ etiā in primo casu illi de familia vident̄ inuitari ad fideicommissum[c]: & hoc concedit d. Pau. hic, ex quo eorum respectu fuit facta prohibitio alienationis: alleg. text. in l. filius. §. diui. ff. de leg. j. Non tū concordat cū Rapha. in hoc, q̄ in vtroq̄ casu alienatio statim sit inualida:[d] sed distinguit, q̄ aut q̄rit̄ vtrū alienatio sit statim nulla, & illi de familia incōtinenti post alienationē admittant̄ ad fideicōmissum: iuxta l. peto. §. fratre. de leg. ij. Et dicendum est q̄ non, quia prohibitio alienationis surgens ex expressa dispositione testatoris, videtur soluta ꝑ denunciationē factā illis de familia. Aut quærit̄ vtrū post mortē alienantis possit fieri reuocatio rei alienatæ: & tunc ipse subdistinguit, q̄ aut est institutus vnus de familia, & valebit alienatio: aut est institutus extraneus, & reuocabitur alienatio, per l. fina. §. sed quia. C. communia de legat. Pro vtroq̄ dicto alleg. text. in l. vnum ex familia. §. si duos. & §. si vno. ff. de leg. ij. & l. peto. §. fratre. eo. ti. q̄ iura non loquunt̄, qñ alienatio reuocat̄ post mortē vigore fideicōmissi, sed quia fuit facta alienatio contra voluntatē testatoris. Præterea aduerte, rogo te, ipse dicit q̄ in isto casu si est institutus vnus de familia, alienatio remanebit firma: hoc est intelligendū respectu portionis, q̄ pertineret ad hæredē institutū, qa portio sua videtur sibi cōpensata in hæreditate: sed respectu portionis aliorum

rum admitteretur reuocatio: vt dicitur in d. §. si vno. Tu autē aduerte ad primam conclusionem, quā s. posui, sequendo Rapha. dum vult contra Dyn. & Bart. ꝙ hoc ipso ꝙ est facta prohibitio alienationis extra familiam, videatur relictū fideicommissum familiæ, etiam si non fiat alienatio, vel fiat in casu permisso: vt in tex. nostro. Nam hoc non videtur verum manifesta ratione: qa si per talem prohibitionē videref relictū fideicōmissum familiæ, etiam si non fieret alienatio, tunc oēs qui essent ꝓximiores defuncto tēpore mortis, admitterentur æqualiter ad istud fidei cōmissum familiæ: vt l. cū ita legat. §. fi. ff. de lega. ij. nisi aliqui essent simpliciter noīati, vt ibi dicit. Ergo ille qui est ꝓhibitus alienare, non posset alienare in vnum de familia, & quia alienatio non irritaretur incontinē- ti, irritaref post mortē alienantis adueniente conditione fideicommissi: vt in iuribus s. allega. Sed hoc est falsum: quia text. simpliciter dicit, quòd ista alienatio valet in l. pater. §. xv. ff. de leg. iij. & l. voluntas. ibi ꝑ doct. C. de fideicōmissis. ergo apparet, ꝙ fideicōmissum non videt datū, nisi in casu quo fiat alienatio nō ꝑmisso. Nec valet ista cōsequētia: testator voluit remanere rē in familia tacite prohibendo eā alienari extra familiā, ergo videt eā reliquisse illis de familia. Nā ista consequētia est cōtra tex. cū glo. & qđ ibi ꝑ Bart. & Moder. in l. Lucius. s. de hære. insti. & quod not. in l. j. C. de conditio. insert. † Nec potes dicere, ꝙ quando fidei cōmissum deberetur familiæ, posset fieri alienatio in vnum de familia in præiudicium aliorum, quibus fideicomissum debetur post mortē, nā nō posset præiudicare alienās alijs, ad quos pertinet fideicommissum ꝓ sua rata: vt in c. j. in j. responso. de suc. feu. Et bene faciunt nota. per Bartol. in l. iurisiurandi. §. si liberi. de oper. liber. in illa qō. vtrum pater qui recepit emphyteosim pro se, & filijs suis, possit vni ex filijs assignare rem emphyteoticam. Vbi autem testator qui prohibuit alienari, adiecisset causam expresse, quia vult eam remanere in familia, tunc ista verba enūciatiua ꝓlata ꝑ modū causæ inducerent dispositionem, quo ad concedēdā actionem personalem ad fideicomissum, & quo ad ius exceptionis, licet non quo ad transferendum dñium ipso iure: vt ipse idē Bartol. declarat in l. qui volebat. ff. de hære. instit. & l. si socer. §. Lucius. so. mat.

¶ In glo. posita super verbo, exceptionē. ibi: de arbitris. l. Celsus. illa lex in fi. cū l. seq. fortiter videtur obstare tex. nostro: dicit em̄ quòd quando stat per creditorē, quominus debitor soluat, pœna promissa nō committitur ipso iure, hic autē vr̄ dici, ꝙ cōmittitur ope exceptio. ergo videt ꝙ ista lex non procedat. Ang. dicit hic, quòd aut cōsideras primū caput stipulationis, videlicet ex quo tenetur ꝓmissor vēdere sub pœna: & tunc pœna nō est cōmissa ipso iure, ex quo stetit per creditorē. Aut cōsideras caput sc̄dm stipl̄onis, ꝑ qđ ꝓmissor tenetur nō vendere alteri: & tunc pœna est commissa ipso iure, sed ope exceptionis. & ita intelligitur iste tex. Qđ dictū secūdū Io. de Imo. nō videtur ꝓcedere: quia obligatio de nō vēdendo alteri est limitata, si & quatenus tenetur vendere stipulatori: ergo si est liberatus à prima obligatione, non erit obligatus ad secundam, & multo fortius videretur quòd ista secunda obligatio, quæ tacitè resultat ex prima, tolleretur quo ad effectum pœnæ impediendæ, quàm prima, quę est expressa: ar. l. fi. in prin. ff. de leg. ij. & qđ ibi not. vel ad minus debet tolli pariformiter sublato suo principali: vt l. ij. in prin. & qđ ibi not. ff. si quis cau. & l. fin. ff. de eo qđ cer. lo. Vnde ipse dicit, & sequitur hic Pau. de Cast. ꝙ hic verbum, exceptio, ponitur pro exceptione intentionis & facti, quæ præsupponit obligationem non esse commissam ipso iure: sicut alibi in multis locis verbum, exceptio, istis modis exponitur: vt patet in l. qui se debere. ff. de condic. ob causam. & l. in personā. §. qui pecuniam. ff. de pact. & ista solutio est tutior. Sed tamen quia impropriat tex. dicamus quòd forte posset dari alia solutio satis elegans quæ redderet istum tex. valde singularem, intelligendo quòd ideo hic pœna committitur ipso iure, quia interpellatio non fit principali, sed tutori ipsius. Vnde non potest negligentia tutoris auferre ius quæsitum ad rē immobilem ipsi pupillo, quod iudicatur quo ad potestatem alienandi, ac si esset res immobilis pupilli, secundū glossam not. in l. ad rem soluēdam. C. de prædijs mino. de cuius intellectu ponit Bart. in l. pupillus. ff. de autor. tuto. & idem crederem, si interpellatio fuisset facta ipsi pupillo cum autoritate tutoris, vt præiudicetur sibi in iure competenti ad rem immobilem ex facto suo, & tutoris. Sicut enim ipsi non possent alienare hoc ius sine causa, & sine decreto iudicis: ita non videtur posse per eorum negligentiam inducere, quòd dicti iuris fiat extinctio: per ea quæ habentur in gloss. & ibi videbis in lege, si ita quis. §. ea lege. j. eod. Quia tamen æquum est, quòd ille qui non fuit in mora, vel in culpa, non incurrat pœnam, licet ipso iure sit commissa stipulatio, obstat exceptio. Et licet ista solutio videatur multum elegans, volo cogitare super ipsam quia ex quo promissor contra faciens non erat obligatus præcisè ad vendendum, in sed solū ad pœnam, respectu pœnę quæ cōtinet ius ad pecuniam, & rem immobilē, videtur quòd negligentia tutoris potuerit operari, sicut transfert periculū in pupillū in l. si ex legati causa. s. eo. j. data est alia solutio. Quærit etiam hic Ange. quid si in terminis legis nostræ non esset appositum pactum de non vendendo rem pro certo pretio, sed pretium non esset specificatum: vtrum emptor offerens pretium iniustum. i. quantum res communiter æstimaretur, possit cogere venditorē ad vendendum? In qua quæstione ipse dicit, ꝙ satis est offerre iustum pretium, ad quod partes videntur habuisse respectum: vt dicit gloss. in simili quæstione in l. ij. C. de rescinden. vendi. facit tex. in l. ad officium. C. cōi diui. vbi animosus litigator non admittitur ad impediendam prę- iudicationem fieri iusto pretio. Confirmatur ista opinio ratione: quia vt dicit hic Pau. de Cast. & rectè: si tantum deberet offerri, quantum venditor inueniret ab alio, de facili posset fieri fraus in præiudicium emptoris, quia posset venditor submittere alium, qui offerret longè plus, cum detrimento emptoris: & tamen reuera non esset empturus illam rem. Et per hanc rationem potissimè inclinat in hanc sententiā, licet non satis clare constet de mente sua. Ioan. de Imo. multa verba effundit hic, circa istam quæstionē, quę non est opus omnia transcribere: sed quantum pertinet ad articulum nostrum, sequitur opi. Io. An. in tit. de empti. & ven. §. nūc dicendum. ver. quid si statutum. qui voluit, quòd si vēditio debet fieri proximiori consorti vel vicino, ex forma statuti, tātum debet offerre iste consors, quantum debitor inuenit à quolibet alio. Et hanc opini. sequitur etiam Bal. in l. ij. C. de rescinde. ven. in vl. col. allegans Io. And. tenentem istam partem in loco allegato, licet Ang. hic alleget ipsum ꝓ oppositum ad id quod dicit, vt dicunt omnes Moder. Fundamentū Bal. videtur esse per id quod habetur in auc. hoc ius porrectum. de sac. eccle. 13 & l. fi. C. si propter pub. pen. In quibus iuribus dicitur †, ꝙ quando res venditur ad hastam, debet concedi plus offerenti: ergo patet, quòd aliqs non obligatur vendere rem alicui, qui minus offert, ꝙ aliꝰ offerat, sed in dictis legibus non erat obligatio, vel ex pacto, vel ex forma statuti, prę- pter quam ille qui vult vendere rem suam prius debeat vendere vni ꝙ alteri. Vnde non est mirum, si plus offerētem potest anteponere: quinimo officialis, qui vendit rem ad hastam, debet hoc facere, aliàs non versaretur in bona fide respectu debitoris fiscalis, vel ecclesiæ. Sed quando ex aliqua particulari causa lex vult vnum præferri alijs, vel aliquis debet præferri virtute pacti: hæc est alia ratio. Ioā. autem de Imo. hic videtur in hærede prædictæ sentētiæ ex ista ratione: videlicet quia hic agit de offerendo pretium propter consequēdum ius de nouo: vnde non debemus procedere ita strictè, sicut si ageretur de offerendo pretium ad cōseruationem iuris iam quæsiti, vel ad euitationem pœnę. Et primo casu loquitur glo. in d. l. ij. de rescin. vend. Pro ista conclusione videtur casus notabilis cum gl. sua, & ibi sentit Bal. expressè in c. j. §. sed res. per quos fiat inuesti. in vlib. feudo. vbi dicitur, quòd si vasallus vult alienare feudum, debet prius offerre illud proximiori agnato, qui debet offerre pretium, quod vasallus potest habere ab alio. In contrarium videtur casus nota. in l. j. in fine. C. de metal. & metallis. lib. xj. vbi tex. probat no. duo dicta. Primum quòd si colonus vult vendere suam partem fructuum, dominus in emptione debet pręferri alijs, dummodo offerat iustum pretium: super quo vide quod ibi not. Bartol. Pro opinione Ioan. And. cui magis adhęreo, facit optime text. in l. pe. & fi. C. de loca. fundorū ciuiliū. li. xj. vbi probatur multū clare, quòd colonus antiquior fisci debet pręferri alijs in noua conductione, dum tamen offerat pretium, quod aliquis alius offert. Et illum text. adducit Bart. ad hoc in l. vectigalia. §. ij. s. de publi. Nec obst. quòd potest de facili committi fraus: quia vt dicit Ang. in simili q. in l. imperatores. ff. de pact. la ij. hoc non debet attendi, quia dolus & fraus regulariter non præsumitur: vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. l. dolum. C. de dolo. quia tamen fraus probatur ex coniecturis: vt ibi, & l. apud Celsum. in princi. in gl. nota. ff. de do. exce. multum debet esse discretus iudex, vt videat si potest perpendere fraudem, in qua deprehendenda multum faciet enormis excessio iusti pretij, cum alijs coniecturis. Et ad intellectum primæ ꝑtis glossæ super qua scripsi heri, aduerte: illa solutio quam dederam ad legē Celsus. §. finali. non placet ratione præalle. Sed tamen consideraui, non impropriādo text. posse aliter solui contrarium, videlicet quòd aut oblatio eius quod debetur fit principali, qui est persona legitima, cui potest offerri: & tunc pœna impediatur committi ipso iure: & ita loquitur l. contraria. Aut oblatio fit non ipsi principali, sed eius procuratori, vel tutori, qui possunt interpellari nomine domini: & tunc quia principalis non est in mora vera, sed ficta ex persona procuratoris, dicamus quòd minorem effectum operetur tunc ista ficta, quàm si esset vera, vt non impediat pœnam cōmitti ipso iure: sed tamē ex æquitate obstet exceptio: nam & aliàs videmus, quòd actus fictus non operatur eundem effectum, quem operatur verus: vt patet in l. eius qui delatorem. & ibi per Bart. ff. de iure fisci. Et bene facit quod ipse idem not. in l. cū filius. in prin. s. eod. sicut videmus in similibus, quòd contumacia ficta non tātū operatur, sicut vera: vt no. in l. fina. s. de in integ. restitutio. & l. ex consensu. in fi. de appellat. Et pro prædicta solutione vide quod not. Barto. in l. j. in fine. ff. quando appel. sit. & l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtem. vbi tenet, quòd per veram contumaciam procuratoris dominus non dicitur in vera contumacia: & ideo potest appellare, quòd non posset, si esset verus contumax: vt not Inno. in c. j. extrà, vt lite non contestata. nisi forte dominus sciuisset procuratorem esse citatū, & fuisset ipse negligens: vt dicit Bar. in d. §. si procurator. & sic posset limitari conclusio pcedēs. In casum tñ nostrum nō cadit ista limitatio ꝓpter pupillum qui nō potest esse in dolo, & in vera contumacia. ¶ In ea. gl. ibi: cōtra. s. de pact. solutio hæc posita per gl. est vera: quia pactum de non alienando positum in contractu, nō impedit alienationē: vt dicit text. in d. l. nemo. sed agitur ad pœnam si est apposita, vt hic: vel ad interesse, si nō est apposita pœna: vt no. in d.

l. nemo. & plene dicet in l. si ita quis. §. ea lege. j.

14 co. †In vltimis autē volūtatibus prohibitio alie
a nationis impedit trāslationem dominijª: vt l. filius. §. diui. & ibi materia. ff. de leg. j. Si tñ in vltima voluntate testator alienanti apposuisset pœnā, sicut fuit factum hic, Bal. dicit singulariter, ꝙ per appositionem pœnæ videretur actum ꝙ alienatio teneret: ita ponit ipse notabiliter ī lege vna. in vl. char. C. de his q̄ pœnę nomīe. qđ vtrū sit verū satis declarabitur in d. §. si ea. l. ¶ Not. etiā quādā doctrinam Bar. hic, quā pon t in fi. cōmēti, ex qua relata ad tex. elicitur duplex notabilis conclusio. Prima est, ꝙ sicut in vltima voluntate testator potest dare licentiam tutoribus alienandi prædium, nec requirit tunc solennitas quæ requireretur: vt probat in l. j. in prin. s. de reb. co. & l. j. & ij. C. quando decre. opus non est. ita in cōtractu & actu inter viuos potest concedi ista licētia: & sic dispositio cōstitutiōis, q̄ fit de actu facto in vltima voluntate, trahitur ad actū factum inter viuos, vbi est eadem ratio. Simile dicitur in l. chirographū. cū multis alijs. de leg. j. Et hanc conclusionē bene probat tex. hic alle. per Bar. in l. fi. ff. de re. co. Secunda conclusio nota. est ista. Si aliqs in genere dat licentiā hæredibus suis, vt possint alienare prædium, sub ista generali licentia comprehenduntur pupilli hæredes: & hoc non esset mirū, si pupillis iam institutis in testamento daretur hæc licētia, quia necessario refert ad eos. Sed hoc est no. quando ista datur licentia ex verbis positis in contractu inter viuos, quo tempore non præsumitur cogitasse contrahentes, quales hæredes esset habiturus. & ideo tenebis hanc doctrinam menti.

Augerius. Si conditio debet impleri in persona certi, non potest impleri in pſona hæredis sui. hoc dicit. Secūda est

15 ibi: respōdeo. ¶ †No. primo ex isto tex. ibi: cōstituisset &c. ꝙ præteritum plusquāperfectū modi subiunctiui, licet prima facie videatur significare tempus præteritum, sæpe tamen in ll. refertur ad tempus futurum, & in dispositionibus hominū: concor. tex. in l. si debitor. §. verisimile. ff. de con trahen. emptio. & l. cūm certus. ff. de vi. tri. & ole. le. Et hæc faciūt ad q. clausulæ codicillaris, vtrū quando esset apposita per istum præteritum subiunctiui, significaret vel posset complecti etiam tempus futurum, si testamentum ex post facto annullaretur: de quo plene per Bar. in l. j. ff. de iu. codi. Quantum autem pertinet ad intellectum literæ nostræ, dicit Io. de Imo. & bene, ꝙ ideo accipitur hic in sensu futuri temporis magis quàm præteriti, si assumeretur pro tempore præterito, stipulatio esset nulla: vt l. conditiones in præteritū. s. co. Vt ergo magis valeat quàm sit irrita, assumitur ista interpretatio: iuxta l. quoties. j. de reg. iu. & l. quoties. ff. de reb. du. & ad materiam vide ☞ gl. in l. ij. s. si lib. ingenuus esse dicatur. ¶ †Not. secundò, ꝙ sicut implementū conditionis potestatiuæ quæ est implenda in persona stipulatoris, vel promissoris, non transit ad hæredem: vt l. si decē cùm petiero. & ibi plene probatur. s. eo. ita quando conditio debet impleri in persona tertij, non transit implementum ad heredem eius. Dicit tamen hic Io. de Imo. & credo ꝙ bene, quòd si debitor principalis viueret, cuius debitum erat promissum. postq̄ esset declaratum, liquidatio facta cum ipso debitore noceret non solùm Augerio, sed etiam hæredi, licet suo tempore liquidationis Augerius esset mortuus, quia satis est quòd extaret ille in cuius persona debet impleri conditio, licet decesserit ille qui promisit hanc pecuniam pēdēte conditiōe, quoniam obligatio conditionalis ex cōtractu actiuè & passiuè transit ad hæredes: vt l. j. C. vt actiones ab hæred. & contra hæred.

16 ¶ †Not. tertiò ibi: actum fuisset &c. quòd quando promittitur aliquid, si cōstiterit tale quid: intelligitur ꝙ debeat constare & declarari per viā iudicij, nec intelligeretur declaratum, nisi sit lata sententia, secundùm Iaco. de Aret. hic, & Io. de Imo. pro quibus vide text. & qđ ibi ponit Barto. in l. stipulatio. §. hoc autem. s. de no. oper nuncia. & bene facit quod traditur in glo. & ibi per Bal. in l. ij. C. quando fis. vel priua. & l. etiam. C. de execut. rei iudi. Si tamen ista clausula apponeretur in rescripto gratioso, & dirigeretur executori ad exequendam gratiam dato, tunc satis esset quòd sibi constaret de eo quod mandatur, licet non in forma iudicij: vt notabiliter declarat Bal. in l. neq; natales. C. de probatio. & ponitur de materia in c. fi. extrà, ☞ de præsumptio. ¶ †Not. quartò singulariter, & tenebis menti, quòd debitor post mortem suam non potest dici debitor, licet reliquerit hæredem, qui repræsentat personam suam: & non est alibi istud dictum, secūdùm Dynum hic, vt refert Io. de Imo. Et ex isto tex. sic declarato habes not. ꝙ appellatiōe debitoris nominati in instrumento, vel in cōtractu in materia stricti iuris, & quæ est intelligenda propriè, non venit hæres eius, licet repræsentet personam debitoris, & fictè dicatur ipse debitor: quod semper tenebis menti ad ea quæ not. Bar. in l. postulante. in prin. ff. ad Trebel. & l. si decesserit. s. qui satisda. cog.

Seia hæres. Vsuræ promissæ non currunt, quādo mora fuit commissa per creditorem. h. d. Secunda est ibi: re

17 spondit. ¶ †No. primò ex isto tex. ibi: prouocante &c. quòd valet ista appellatio de iure ciuili: appello ad iudicem competētem. & hoc tenet glossa, licet istum textum non alle. in l. cùm proponas. C. de bo. auto. iu. pos. & ibi per Baldum. valet etiam si simpliciter dicat aliquis, appello: quia ad competentem iudicem appellare videtur, secundùm Bartolum in l. j. §. si qs in ap. j. de ap. vbi allegat istū tex. & hoc ꝓcedit indubitàter de iure ciui. vbi non potest appellari, nisi gradatim: vt l. imperatores. j. de app. & maxime si appellatum est ad iudicem competentē: quia cùm ista clausula vniuersalis non possit referri, nisi ad vnum: ille habetur pro specificè nominato, vt l. nominatim. cum materia. ff. de libe. & posth. & plene declarat Bar. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de legatis tertio. Et hac ratione vtitur dominus Abb. Moder. in c. inter cætera. extrà, de app. Sed reuocatur in dubiū in prædictis duobus casibus, quibus de iure canonico potest appellari ad papam, omisso medio. ij. quæstione vj. c. ad Romanam. Item & legatum prouinciæ, secundùm communem opinionem. de qua in c. j. de officio legati. Et similiter secundùm quosdam ad sedem patriarchalem, de quo ponit Io. And. in c. antiquæ. de priui. vtrum ista appellatio valeat vel dicatur nulla, tanq̄ incerta: ex quo non apparet, ad quem ex iudicibus pluribus competētibus sit appellatum. Quam quæstionem in secundo dicto, videlicet cùm quis dixit simpliciter, appello: mouet Speculat. in titu. de app. §. nunc tractemus. versicu. quid si quis. & ibi videtur tenere, quòd appellatio valeat, quia videtur habuisse respectum appellans ad id quod debet fieri attento iure communi, non ad priuilegium sedis apostolicæ, vel aliorum supradictorum, licet referat quosdam tenuisse contrariū. Et hanc conclusionē videtur sequi ibi Ioā. And. in additi. Spe. referens quosdam antiquos ita tenuisse. Dixit tamē Vin. ꝙ statur declarationi appellantis, de quo iudice sensit, per l. si qs intentione ambigua. s. de iud. & per tex. in c. literæ. extrà, de dilat. Sed Io. An. concedit hoc verum, si declaratio fiat intra tēpus appellandi: secus si fiat post, quia tūc videbit appellatū ad primū iudicē cōpetentē. i. mediū; non obstāte declaratione, quæ non debet admitti, nisi intra tēpus appellandi: ar. l. si quis libellos. C. de ap. & l. accusatorꝰ, & quod ibi per Bar. C. de adult. Pau. de Cast. hic simpliciter videtur tenere, quòd quando quis appellat ad iudicem cōpetentem de iure canonico, ista appellatio sit incerta, & non valeat: sicut dicemus j. in appellatione alternatiua. Et hanc cōclusionem sequitur domi. Ab. mouens hanc quæstionem in terminis in d. c. inter cætera. de ap. pro quo facit ille tex. quia sicut appellatio incerta respectu causæ non tenet, ita non debet tenere respectu personæ. Do. Ioan. de Imo. prolixius discutiens istum articulum in l. j. §. si quis in appellatione. de app. primò videtur tenere opinionem præmissam, ꝙ appellatio non valeat in vtroq; casuum prædictorum, quia vr̄ esse eadem ratio, quæ in appellatione alternatiua: ex quo non apparet, ad quem ex pluribus iudicibus sit appellatum. Sed postea considerando melius versus finem commenti, corrigit seipsum, & vtitur optima ratione: quia ille qui potest vti iure speciali, & iure communi, in dubio videtur vti iure cōmuni secundùm gloss. in l. quamuis. C. de testamen. milit. & l. precibus. C. de impu. & no. in l. iij. de test. mili. Ille ergo, qui appellat simpliciter, vel ad iudicem competentem, videtur intelligere de iudice immediato, ad quem est appellandum de iure communi, non de iudice mediato, ad quem appellatur ex priuilegio. Facit optime tex. in l. iiij. §. j. ff. de fidei commis. liber. & quod ibi no. Bar. in l. j. in fi. ff. de contratab. tunc dum vult quòd ius procedens de iure speciali non veniat in dubio in consideratione legis: & etiam facit text. & quod ibi not. Anto. de Butri. in c. dudum. extrà, de decimis. Et ista opinio est verior ratione præmissa. Non obstat quod j. dicetur de appellatione alternatiua, quia in illa apparet expresse, quòd appellans voluit appellare ad vtrunq;: vnde ratione incertitudinis non tenet appellatio: sed hic non præsumitur voluisse appellare, nisi ad vnum: vt dicit Ioan. de Imola in loco allegato s. & be-

18 ne. †Sed quæritur hic per Moder. vtrum appellatio alternatiua de
b iure canonico valeatᵇ: nam de iure ciuili omnes concordant quòd sic, in locis statim allegandis. Super quo dixit Ioan. And. quòd nisi appellans habeat probabilē causam dubitandi, ad quem iudicem debeat appellare

a ¶Dominij. Adde do. Pe. Phi. Cor. in consi. ccxliij. incip. circa. in litera a. in iij. parte.

b ¶Valeat. Et an & q̄n valeat, vide Fel. in c. ij. colū. ij. circa prin. in ver. de ap. aūt alternatiua. de appellatio.

19 appellare: appellatio non valet†, quia libellus alternatiuus tanquã obscurus regulariter non procedit: vt l. prętor edixit. §. j. ff. de iniur. & no. in l. vbi autem. §. qui illud. s. eod. Et hãc sententiam tenuit ipse in c. si is cui. de offi. deleg. lib. vj. in glo. & in nouella. & plenius in regula, in alternatiuis. de regulis iuris. in sua mercuriali. quem sequuntur hic Moder. & Ioannes de Imol. plenius in d. §. si quis in appellatione. s. allegato. sequitur etiam d. Abb. in c. inter cætera. de app. licet in contrarium adducat decisionem, quã statim allegabunt domini de Rota decisione sua, secundùm eum ccviij. secundùm alios ccccccviij. vbi videtur reprehendere ista dicta Ioannis Andreæ per textum c. constitutus. extrà. de restit. in integrum. Si enim admittitur ibi libellus alternatiuus, fortiꝰ videtur admittendus hic secundùm eos. Tu potes dicere, respondendo ad illum textum, quòd licet forma libelli videat̃ prima facie alternatiua, nihilominus vt potest apparere ex fi. tex. ĩ mãdato apostolico, illa remedia nõ videntur deducta alternatiuè, sed ordinatè. i. dico contractum nullũ, etsi aliquis petit eũ rescindi: sicut em̃ exponitur alternatiua aliquãdo, vt significet ordinem inter duo, quorum naturaliter non potest esse concursus, vel ex aliqua alia causa: vt patet in l. hæredes. §. peto. & ibi per Bar. ff. ad Treb. & l. cùm pater. §. fi. ff. de leg. j. Præterea dato quòd in casu illo iste libellus admitteretur, & esset alternatiuus, regula est in oppositum, vt dixi, & patet in locis allegatis: vnde potius videretur inhærendum regulæ quæ non admittit libellum alternatiuum. Secundò dicunt ipsi, quòd licet à principio libellus sit incertus, certificabitur tamen per prosecutionem appellationis, & per citationem faciendam de ipso appellato, in qua continebitur quis sit iudex citans, & alia quæ habentur in cle. causa. de elec. Vnde ꝙ erat prius obscurũ, postea certificabitur: & ita dicunt tenere Ioann. de Ligna. pro quorum opi. facit, quia non videtur verum quod dixit Ioannes Andreas in locis alleg. quòd ista electio non possit fieri, nisi intra certum tempus appellandi: quia cùm sit declaratio incertitudinis pręteritę, videtur posse fieri post terminum appellãdi, & traheretur retro ad tempus appel. interpositæ: vt l. hæredes palam. §. sed notan. de test. §. & c. literæ. de dila. Vnde dicit no. Ioan. An. in titu. de testamen. §. nunc videndum. ver. & nota. quòd licet post terminum datum ad articulandum & ponendum non possit mutare articulum, potest tamen declarari. & hoc probat per optimas leges, & rationes. Et idem tenet Bartolus in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. l. tres denunciationes. C. quomodo. & qñ iudex. Sed hoc nõ obstãte, sequenda est sententia Io. Andreæ. & ad arg. respondeo, quòd aliud est eligere, vt fatent̃ doctores in l. quicquid astringẽdæ. s. eo. quãuis em̃ declarans nihil addat, eligens tñ non facit actũ declaratiuũ, sed dispositiuum, quia ex electione de duobus dispositis vnum resoluitur, & aliud remanet in dispositione: vt l. si quis stipulatus sit Stichum. s. e. & ibi no. Perinde est ergo, acsi ille qui eligit post tempus datum ad appellandum de nouo, simpliciter appellaret ad vnum iudicem, quod nunc fieri non potest trahi retro ista appellatio, ex quo est facta extra terminum: vt l. bonorum. & quod ibi per Bar. ff. rem ratã habere. Et aduerte, quia Ioã. And. in addi. in d. §. ver. sed pone. aliquis vult, quòd appellatio alternatiua nõ valeat, etiam si appellans reseruat sibi facultatem, coram quo iudice velit appellationem prosequi: & quia s. dixi, & verum est, declaratio potest fieri post terminum: ideo videtur, quòd in prima quęstione suprà posita, quando quis dixit simpliciter, appello: verior sit opini. Vincentij, quàm Ioan. And, quòd etiã post tempus datũ ad appellandũ appellans possit declarare de quo iudice sensit. Hoc tamẽ non affirmo pro
20 pter autoritatem Ioan. And. sed ratio vrget in contrarium. ¶ †Not. secundò ibi: & iusta quoqꝫ eius & c. quòd quando iudex vult declarare bene iudicatum, & malè appellatum, satis est quòd ꝓnunciet appellationem iustam: quia per illa verba videtur confirmare priorem sententiã. Sed si econtra velit pronunciare malè iudicatum, & bene appellatum, vtrum sufficiat simpliciter pronũciare sententiam iniustam, est longa quæstio: de qua dic vt ponit Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de sen. §. vt autem. in addi. magna. & Specu. & ibi etiam Io. An. in tit. de ap. §. nunc tractemus. ver. sed quid si quis. & Bar. in l. eos. in prin. s. de re iudi. & d. Ab.
21 Moder. in c. cùm causam. eo. titu. ¶ †Not. tertiò ex fine huius tex. quòd ille qui venit contra transactionem, potest si succubuit agere ex transactione: de quo miratur hic Ang. quia ex eo quod quis impugnat, non potest consequi commodum: vt l. post legatum. in prin. de his qui. vt indig. & l. Papinia. §. meminisse. de inoffic. testa. & in regula, ex eo quod. de reg. iur. & in auten. cõtra qui propriam. C. de nõ nu. pe. nec tamen aliter respondet ad ista contraria. Io. de Imo. dicit, ꝙ lex, post legatum. & similia iura loquunt̃, qñ ex dispositiõe impugnata aliqs vult cõsequi lucrũ: secꝰ si vult consequi ꝙ est cùm ptinet, nõ ex causa lucratiua: & ita dicit Bar. in d. l. post legatũ. in vltima col. Pau. de Ca. hic dicit, ꝙ ista responsio sufficit ad duas leges s. alle. sed nõ videt̃ sufficere ad regulã, ex eo ꝙ quæ loquitur magis generaliter. Vnde ipse dicit, respondendo secundùm Dy. in d. regula, quòd illa regula intelligit̃, quando quis impugnat aliquid tanquã falsum: secus si tanquam non solenne vel non validum. quæ opi. Dyn. videtur approbari in d. l. post legatũ. iũcta l. alia. C. de his qui. vt indig. vbi etiam agitur de lucro. & quãtum ad l. nostrã, ista solutio est satis bona: quia hic allegabatur, quòd transactio non obligabat transigentem: licet hoc non appareat expresse in tex. sed potest

intelligi probabiliter. †Dictum tamen do. Pau. in se non est verum, inquantum vult quòd semper qui impugnat actum tanquam falsum, nõ possit consequi cõmodum ex eo: quia imo distinguitur, vtrũ agatur de lucro consequendo, vel non: vt optime declarat Barto. & probat in d. l. post legatum. Aut ergo dicas, quòd illa regula restringitur ad distinctionem prædictam: vt sentit hic Ioannes de Imola. Aut dicas, & melius, ꝙ in illa instantia, in qua qs impugnat actũ, nõ potest se fundare in illo actu, nisi desistat ab impugnatione, sed in diuersa instantia, sicut in casu nostro, bene potest. gl. est no. quã ibi approbat Bart. in auten. item possessor. C. qui po. in pig. ha. & in corpore, de tri. & semis. §. illud. Sed hic maior dubitatio est: quia ex quo iste non seruauit transactionem ex pte sua, videtur quòd pars aduersa virtute transactionis etiam in sorte non sit sibi obligata, nõ vult seruare transactionẽ: vt l. iij. in prin. de cõdi. ob causam. etiam si esset apposita clausula rato manente contractu, secundùm Bar. & glo. ff. de transac. l. qui fidem. & l. cùm pater. §. libertis. ff. de le. ij. Sed potest responderi, quòd hoc est ideo in text. nostro, quia pars in primo iudicio exceperat de transac. & virtute huius exceptiõis, actor erat victus: vnde quia iam noluerat stari transactioni, non potest amplius variare in pręiudicium aduersarij, nec poterit recedere à trãsactione: vt colligitur ex no. in d. l. qui fidem. Et ita debes intelligere istũ tex. nam si ex alia causa succubuisset agens, quàm ex ista, ita quòd pars non videretur voluisse stare transactioni, non posset cogi ad implendã transactionem si non vellet: vt patet ex prædictis. ¶ In glos. posita super verbo, mora. glo. intelligit, quòd hic creditor fuerit constitutus in mora: qa hæres tutoris obtulerat à principio pecuniam: sed quia hoc non dicitur in tex. Bar. enim dicit, quòd hic contrahitur quædam mora irregularis per actionem motam à creditore in iudicio: agendo enim prima actione videtur protestari quòd non vult stare transactioni, & consequenter quòd non vult pecuniam debitam ex transactione recipere: vnde nõ requiritur alia oblatio, sicut non requiritur citatio appellantis ab interlocutoria: quia videtur manifeste protestari, quòd nõ vult amplius corã iudice comparere: vt in c. eum qui. de do. & contu. li. vj. & no. Inno. in c. ad petitionem. de accu. Sed contra hanc suam lecturam opponit ipse de fine tex. inducendo sic: dicitur enim in fine, quòd vt actor constituatur in mora, requiritur oblatio: ergo non videtur prius in mora constitutꝰ, si de nouo interpellatio per oblationem requireretur: vt l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. ij. Ipse respondet, quòd ista mora quę fuit cõtracta per motionem iudicij, desinit & extinguitur incontinenti finito iudicio: & ideo requiritur moræ oblatio: secus esset secũdùm eũ, si mora esset cõtracta ex parte debitoris per li. cõte. à creditore: quia cùm debitor fuerit semel interpellatus per litis conte. durabit mora etiam finita lite, ex quo semel interpellatio præcessit: vt d. §. vsuras. †. Et ex prædictis infert, quòd appellans ab interlocutoria est citandus, postquam succubuit ab interlocutoria, & lis est finita: quia mora quæ contrahitur per litem finitam, lite finitur: vt in tex. nostro. Dominus Ioan. de Imol. hic videtur sequi ista dicta, & etiam Paulus de Cast. limitat tamen dicta Bar. d. Io. quòd sunt vera, quando lis fuit finita: quia agens vel appellans succubuit: secus si lis fuisset finita, quia appellatio fuisset deserta: per ea quæ not. Io. And. in c. directæ. extrà. de app. Tu circa primum dictũ adde, quòd posset esse verum, & procederet quando agens & veniens cõtra transactionem esset in manifesta calũnia, & ita loquitur tex. in d. c. eũ qui. Sed qñ hoc non esset, dictum Bartol. non videtur esse verum, per text. in cle. si autẽ. de do. & contu. vbi dicitur, quòd dispositio c. eum qui. non habet locum, nisi quãdo appellatio fuit manifeste friuola. & reuera ista lectu. Bar. ad istũ tex. non bene congruit, propter verba posita in fi. vbi Seia non cessasset & c. quæ verba ex proprietate sui ident̃ significare, quòd Seia semel obtulerit: diceretur autem cessare in oblatione, si postea creditore petente nõ offerret pecuniã: & hoc important verba tex. nec vnqꝫ petierit, quæ verba non sunt posita sine ministerio, sed ad significandũ hoc quòd prima oblatio debitoris non fuerat sublata per interpellationem creditoris postea secutam. Non ob. tex. in l. nemo rẽ suam. §. j. s. e. per quem Bar. se fundat hic: quia ideo debitor litigãdo semper dicitur fuisse in mora, nisi forte habeat iustam causam litigandi: quia per li. cõte. interpellatur creditori. Vnde mora procedit secundùm regulas iuris: de quibus in l. si ex legati causa. s. eo. & l. mora. in prin. ff. de vsur. Et est casus clarus in l. j. in ij. responso. ff. de pe. le. ¶ Secundò adde dictis eius, inquantum vult, ꝙ finita lite finiatur mora: quod gl. or. & no. quæ ꝓbat̃ per illũ tex. in c. cũ causa. extrà. de re iudi. quã ibi approbat An. de But. & do. Ab. tenuit expresse, ꝙ sicut ante desertionẽ appellatiõis. appellãs frustratoriè nõ est amplius citandus, ita etiam finita lite per desertionẽ: & ita tenet expresse Ioan. An. in nouel. in c. eum qui. præallegato. mouetur per illum tex. qui dicit, quòd ad hoc vt appellans debeat citari, debet sponte renũciari appellationi: ergo datur intelligi, quòd si lis sit aliter finita ꝙ̃ per spontaneam renũciationem, non cessat contumacia semel contracta. Nec potest fieri differentia iudicio meo, vtrum appellatio sit finita per desertionem, vel quia actor succubuit: aut em̃ persistit appellãs in sua appellatiõe, quousqꝫ potuit, qa ꝓuocauit scdo, & fuit victus, vt ĩ tex. nr̃o: & tũc maior est cõtumacia sua sine dubio, ꝙ̃ si añ finẽ litis destitisset à lite: vt l. Pap. §. meminisse. ff. de ĩof. te. cũ cõcordãtijs ibi positis. Si verò nõ appellauit scdo, & cõsequẽter passus est sñiam trãsire

in rẽ iudicatã, tunc eadẽ eſt ratio in eo, quæ in illo, q paſſus eſt deſeri appellationẽ: vterq̃ eñi ficte cenſetur cõſenſiſſe ſñiæ, non verè: vt not. declarat Bar. in l. ab eo. in fi. quomodo & qñ iud. & Mod. in c. quod ad cõſul. de re iu. vnde eadem ratio videtur in vtroq; caſu. Tertiò adde, inquantum dicit, quòd mora contracta per iudiciũ motũ contra eũ ſemp durat, licet ſit finita lis, quòd iſtud eſt verum, quo ad periculum interitus, & alios effectus moræ, non quo ad curſum vſurarũ. ¶ Gloſ. eſt no. quã ibi approbat Bart. in l. ſi cùm exceptionem. §. ſed quaten⁹. ver. quod ſi habeo. ff. quod me. cauſa. & probatur de curſu vſurarũ in l. fi. ver. ſi. nõ. C. de vſu. rei. iud. Et vtrũ ſicut ille qui recedit appellãdo friuolè in iudicio, nõ eſt amplius citandus: ita non debet citari amplius ille qui captus vel retẽtus aufugit: vide quod ſing. ponit Io. An. in addi. Spe. in tit. de præſum. §. j. in magna addi. ¶ In glo. poſita ſuper verbo, iure. ibi. ſ. exceptionis. hæc glo. reprehenditur per Io. de Imo. hic, & merito: vnde conclude breuiter, ſecundùm eum, quando vſuræ dicuntur ex ſtipulatione, aut fit oblatio anteq̃ incipiat curſus vſurarum, & tunc impediatur curſus ipſo iure: & ita poteſt intelligi tex. noſter hic, & l. ſi pro te. C. de vſur. Et ex hoc patet, ex iſto text. gloſ. non bene dicere: quia ſi intelligimus tex. in caſu præmiſſo, vſuræ non currunt ipſo iure: ſi autem intelligimus quòd vſuræ cœpiſſent currere ex ſtipulatione, tunc ſola oblatio non ſufficeret, etiam ad inducẽdam exceptionem, ſed requireretur conſignatio & depoſitio: vt l. acceptam. C. de vſu. Si autem vſuræ deberentur ex mora, tunc procedit quod dicit gloſ. in fi. quia ex ſola oblatione ipſo iure impediret̃ curſus vſurarũ: bene facit tex. ĩ l. cùm qdam. §. pupillo, & quod ibi no. ff. de vſur. & d. l. ſi pro te. ¶ † Extra gl. quærit hic Bar. vtrũ regulariter ſufficiat vnica interpellatio, & concludit quòd ſic. Cuius dictis adde, quòd quando interpellatio fit, ſeu requiſitio, ad hoc vt poſſit fieri actus in præiudiciũ requiſiti, Bal. dixit, q̃ requirit̃ triplex interpellatio. & ita intelligit tex. in §. cohæredes. ſ. eo. hoc ponit ipſe not. in l. fin. ver. quartò quæro. C. de edi. di. Adri. tol. Sed iſta non eſt cõmunis ſententia: quia iura quæ requirunt multiplicem interpellationem in vẽditione pignoris, ſicut traditur in l. ſi conuenerit. de pig. ac. loquũtur in caſibus ſuis, ſicut & quædam iura quæ allegat gloſ. in corpore, de hære. & fal. in loco ſtatim allegando, vnde periculoſum eſſet ſeq iſtam doctrinam in practica. Secũdò adde, quòd quando requiſitio eſt mere extraiudicialis, doctrina Bar. communiter approbatur, & pro ea eſt glo. no. in c. ſi epiſcopus. xviij. di. Et tenet Inno. in c. cùm nobis olim. extrà de elec. ſed in requiſitione quaſi iudiciali. i. quam facit vnus iudex ad collegam ſuum, vel quã iudex facit ex decreto ſuo debitori, vt ſoluat, & in ſimilibus fuerũt opiniones: nam gl. in c. cũ cauſa. de offi. deleg. tenuit quòd debeat eſſe triplex. Et idem tenuit d. An. ibi, & in c. ex literis. de conſti. & in c. tua nos. vbi omnino vide. extrà, de teſt. Sed iſta ſua doctrina eſt contra glo. or. in ver. requiſierit. in cle. j. de hære. quæ dicit quòd etiam iſtis caſibus ſufficit vnica. & hãc opi. ſequitur Archi. & Io. An. in c. ſi cõtra vnum. in prin. de offi. dele. libro. vj. idem ſequitur Bal. in l. qui crimen. C. qui accu. non poſ. in ver. octauò quæro. vbi omnino vide, & l. ad peremptorium. ff. de iudi. vbi etiam ponit Ang. Sed Bal. in di. l. qui crimen. alle. gl. not. ad hoc de iure ciuili. in aut. de hære. & fal. §. ſi quis autem. in ver. admonitus. & vt refert Dominicus in dic. c. ſi contra vnum. d. Ant. per. glo. in d. cle. j. de hære. mutauit ſententiam: cui adde aliam glo. not. in cle. j. de decimis. in verbo, facta. quæ vult, quòd etiam ſi poſt requiſitionem extraiudicialem requiſitus incurreret ſenttentiam excommunicationis ipſo facto, adhuc ſufficeret vnica requiſitio. [22] † Tertiò adde ſecũdùm Ant. de But. in d. c. ex literis. de conſti. quòd interpellatio quæ debet fieri ſuperiori, debet eſſe trina, ad conuincendam eius negligentiam, per tex. in c. j. de ſupp. neglig. prælа. pro qua cõcluſione do tibi caſum no. ij. q. vij. §. ſi quis. Sed contra hoc tenet Bar. expreſſe in d. §. vſuras. vbi ponit, q̃ proteſtatio quæ fit iudici appellationis, vt expedita cauſa ſatis eſt quòd ſit vnica. & tamen ibi proteſtatio fit ſuperiori. & hoc videtur tenendum inhærendo regulæ. Poteſt tamen ſaluari dictum d. Ant. quando per negligentiam ſuperioris ſaltem in illa cauſa ſuperior perderet iuriſdictionem, & transferretur ad alium: ita loquitur tex. allegatus in contrariũ in d. c. j. ita probat̃ no. & ita ibi hoc determinat Bal. in c. j. ver. trina monitione. de mili. vaſ. qui contu. eſt. in vſi. feu. & bene facit tex. in aut. ſtatuimus. C. de epiſ. & cle. Et ad materiam vide quod not. Bar. in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in tertia oppo. ſ. de oper. no. nũ. & Io. An. in c. non minus. de immu. ec. & Bal. eleganter in c. j. in verſi. legitime. extrà, de allodijs. in vſi. feu. & ad tex. in §. ſi quis. ſ. allegatum. dic quod eſt ſpeciale propter reuerentiam religionis, quæ à ſubdito, epiſcopo, & maioribus debetur: non tamen extendas illum text. vltra caſum ſuum, cùm ſit diſpoſitio exorbitans à regulis iuris.

Duo fratres. Sententia iniuſta, per quam declaratur aliquẽ veniſſe contra contractum, præiudicat in petitione pœnæ, ita quòd virtute ſentẽtiæ neceſſario pœna exigitur. hoc d. ſecundùm Barto. Secunda eſt ibi: reſpondeo. & in prima parte ponit̃ thema, & elicitur quæſtio. in ſecunda ponitur breuis reſponſio. ¶ † No. primò ſecundùm intellectum vnum, quòd in diuiſione hæreditatis, quãdo eſt appoſita clauſula: de quo hic in tex. videtur remiſſum fideicommiſſum conditionale, quod debetur poſt mortem: & ſecundùm hoc dicimus hic benè fuiſſe iudicatum, & eſt opinio Roge. quam approbat hic Dy. & etiam Ange. cùm certa modificatione, de qua dicetur in gl. ¶ † Secundò nota quòd ſentẽtia lata ſuper aliquo iure deducto per viam exceptionis in principali iudicio, parit præiudiciũ ſi excipiens vincit in exceptione, etiam in iudicio pœnali acceſſorio, ad ipſum ius principale deductum in primo iudicio. Concor. tex. in l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei vendicatio. & etiam tenet gloſſa hic in pe. parte, vt infrà videbis. Et quia iſte articulus eſt difficilimus, dic vt ſtatim dicetur de eo in prima parte gloſ. ¶ Tertiò nota, quòd quando per pactum de non petendo ſubijcitur pœna, non ſolum fit nouatio per commiſſionem pœnæ: vt probatur hic, & l. reſcripto. §. ſi pactum. ſ. de pact. ſed etiam vtrunq̃ poteſt exigi: quod [23] qualiter procedat, dicetur in ſecunda parte gloſſ. ¶ † Quartò not. argu. ex iſto tex. quòd cauſa videtur eſſe exprimenda in ſententia. de qua hic tangitur in vltima parte gloſ. & plenè in l. properandum. §. illo. C. de iu [24] di. & c. ſicut nobis. extrà, de re iudi. ¶ † Vltimò not. quòd falſa cauſa ex[a]preſſa in ſententia nõ reddit ſententiã nullam:[a] quod videtur contra. l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſ. & contra l. j. §. j. quæ ſen. ſine ap. reſc. in quibus dicitur, quòd error iuris expreſſus in ſententia reddit eam nullam. Sed Bartol. hic reſpondit notabiliter, quòd ſententia hic valet, quia erat probabile dubium iuris: ex quo ſicut iudex excuſatur in ſyndicatu, ſecundùm Bartol. in l. fina. & authen. ibi poſita. C. de pœna iudi. qui male iudi. ita inducitur quòd ſententia valet. Idem tenet in l. cũ prolatis. ſ. de re iudic. & bene facit ſecundùm eum quod habetur in l. cum de nouo. C. de legi. & in prima cõſti. in §. qbus. Tu vide tex. pro iſta concluſione, quem ibi not. Antonius de Butri. ad hoc in c. cùm cauſam. extrà, de elec. & alium textum not. in c. cùm dilectus. de conſuetudi. per quem dicit ibi d. Abba. Moder. quòd ſicut probabilis error facti cauſat iſtum titulum ad præſcribendum: vt l. Celſus. cum materia. ff. de vſuca. ita probabilis error iuris. ¶ In gloſſ. poſita ſuper verbo, proponuntur. ibi: hic fuit malè iudicatum. vtrum fuerit bene vel male iudicatum, declarabitur tibi in lectura ſequenti, in qua iungemus oppoſitiones Bart. duabus quæſtionibus ſuis, in quibus de hoc articulo tractat. Sed tamen præſuppoſita iſta opinione pro vera elicitur, ſicut dixi in notabilibus, ex iſto textu, quòd ſentẽtia lata ſuper iure principali deducto per viam exceptionis in fauorem excipientis, parat plenum præiudicium in iudicio pœnali: ita quòd quando petitur pœna, non poteſt amplius reuocari in dubium, vtrum ſit contra factum, vel non. Et hoc infert Bartolus ad deciſionem notabilis quæſtionis: videlicet quòd ſi arbitrator tulit laudum, & vna partium recurrit ad arbitrium boni viri, & iudex recurſus pronunciat laudum eſſe æquum vel iuſtum, ſi poſtea petitur pœna ex compromiſſo aduerſus eum qui venit contra laudum, non poteſt in iudicio pœnæ allegare reus conuentus, quòd laudum fuerit iniquum. Si autem iudex confirmauit laudum, quia non erat probatum de iniquitate, vel ſimpliciter nulla cauſa expreſſa, tunc in iudicio pœnæ poterit allegari de iniquitate laudi, ex quo in iudicio principali recurſus non eſt pronunciatum ſuper æquitate, vel iniquitate: ita diſtinguit ipſe declarãdo dicta ſua hic in l. Iulianus verum debitorem. in ſecunda charta. ff. de condic. inde. & l. ex diuerſo. §. j. vbi eſt optimus textus ſ. de rei ven. Sed contra hanc opinionem inſurgit Angelus hic, & in l. tres fratres. ff. de pactis. Primò, quare recurrens ſi habuit iuſtam cauſam litigandi, non debet incurrere pœnam: vt l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de lega. ſecundo. [25] & l. properandum. §. ſin autem. & quod ibi notatur. C. de iu. † in quibus patet, quod iuſta cauſa litigandi excuſat à pœna expenſarum. & hoc tenet Ioannes Andreas, ſecundùm eum in titulo, de arbitris. §. ſequit̃. ver. quid ſi eſt dictum. in addi. quæ incipit, Dy. in regula ſcienti. de reg. iur. alle

[a] ¶ Nullã, Et an & quando vitiet eã, vide tu oĩno Fely. in c. ſicut. de re iu. col. x. in ver. falſa cauſa expreſſã, & quod ibi dixi in apoſtil.

iur.allegat.l.si debitor.de peti.hæredi.& l.si quis forte.ff.de pœnis.quę
iura dicit Ange.non videre,quomodo faciant. Io.de Imol.dicit,quòd
possunt induci in argumentum:sed tamen dictum in se videtur esse ve
rum,quia pœna non imponitur nisi pro delicto, aut pro mora, vel ne-
gligentia,si est cõuentionalis,& stipulatio incipit à præcedenti conuen
tione:vt l.si penu.ff.quãdo dies le.ce.& plene declaraui in l.ita stipula-
tus,s̃.eo.& probatur de pœna legali in l.absentem.in fin.ff.de pœnis.&
satis declarat Bartol.in l.respiciendum.§.delinquunt.eod.titu. & est bo
nus text.in l.si qua pœna.ff.de verborum significatione. Si ergo iusta
causa excusat à pœna,multofortius excusabitur à pœna ille qui conue-
nitur,si velint ꝓbare sententiam fuisse iniquam:quia nulla potest sub
esse iustior causa euadendi pœnam, quàm si nõ sit contra factum. Pro
ista conclusione adducit ipse tex.in l. quidã cùm filium.j.eo. vbi patet,
quòd filius qui succubuit in iudicio querelæ, potest petere pœnam pro
bando in iudicio pœnæ,quòd sit iniuste exhæredatus: & sic patet, quod
de iniquitate primæ sententiæ potest agi & doceri ad cõsequendam pœ
nam:ergo multofortius ad euitandũ,per regulam l.Arrian⁹.ff.de actio.
& obli.Non ob.secundùm eum iste tex.quia pœna fuit hic cõmissa ex
eo quia erat contra factum conuentioni:nam per verba posita in diuisio-
ne videbatur remissum ius fideicommissi: & sic fuit bene iudicatum. Ad
text.in l.ex diuerso.§.j. non respondet hic, sed respondet in l.tres fra-
tres.in fi.cõmenti.s̃.de pact.dicens,quòd ibi sententia lata super princi
pali præiudicat in accessorio deducto in eodem iudicio,& in eadem in-
stantia:vnde intelligit istũ tex.qñ fructus fuerunt petiti accessoriè vnà
cum re principali:secus si fuissent petiti in diuersa instãtia.Non ob.regu
la quæ ponitur in l.j.C.de iur.& fac.igno.& l.peremptorias.C.sen. re-
scin.non pos.videlicet quòd exceptio quæ impugnat sententiam non
potest opponi contra sententiã,quę transit in rem iudicatam: quia illa
regula procedit,quando exceptio opponitur directo contra id quod con
tinetur in sententia:secus si opponatur contra id quod venit in quandã
consequentiam in virtute sententiæ:quia contra hoc potest opponi ex-
ceptio,nec sentẽtia ꝑiudicat si istud accessorium petatur in alio iudicio.
Confirmatur ista conclusio secundum eũ,quia res iudicata non solet no
cere,quando agitur ad illud:vt l.cùm pater. & l.cùm de hoc.s̃.de excep.
rei iudi.Sed in primo casu nostro ageretur vel de obseruãtia laudi: vt in
quęstione s̃.posita.hic autẽ agit̃ de petitione pœnę.ergo res iudicata nõ
præiudicat.adducit tex.in l.venditorem.in fin.cum l.seq.ff.de euic. Et
hanc opinio.sentit hic Bald.vt refert hic Ioannes de Imol.& clarius in
d.l.tres fratres.s̃.de euic.Et hanc opinio.sentit hic Bal.vt refert hic Io.
de Imo.clarius iñ d.l.tres fratres.ff.de pac.eandem opinio. videtur seq
Bald.expresse in authen.generailter.in pen.col.C.de epis. & cleri. & in
l.non solum.ff.de rei vendi.vbi sequendo dicta Ioan.And.in loco præ-
allegato videtur respondere notabiliter ad istum tex.etiam retento in-
tellectu Bartol.si hic fuit malè iudicatum. Etenim quòd reus, vel ille
qui teneãt locum rei.s. ille qui recedit à laudo, non potest allegare ꝙ
debeat excusari à pœna ex iusta causa,sed actor hoc non potest allega-
re,quia est quid imputetur sibi,cur diligenter prius non quæsiuit de iu-
re suo:vt l.qui in alterius.ff.de regu.iur.Et ideo fortius sibi obstat sentẽ
tia in casu §.nostri, quo ad pœnam committendam, quàm in casu quę
stionis s̃.positæ, ille qui succubuit in iudicio recursus: in l.finali.C.de
arbitris.simpliciter dicitur secundùm Ioan.An. quòd iusta causa excu-
☞ sat à pœna compromissi, si aliquis succubuit in iudicio recursus. † Et
aduerte,quia videtur esse vnus tex.cum gloss. sua singulari, qui probat
quòd pœna ex compromisso non cõmittitur,nisi quando quis est in do
lo, etiam si aliquis errat in iure: probat text.iuncta gloss.in l.de rebus.
ff.de arbi. Alibi autem idem Baldus videtur sequi dicta Bartol.in dic.l.
Iul.ff.de condi.inde.& l.ex diuerso.§.vbi autẽ.s̃.allegata.quã etiam se-
quitur hic Ioann. de Imol.qui distinxit,quòd in iudicio recursus iudex
pronunciat laudum esse æquum,aut absoluit reum,quia iniquitas laudi
non fuit probata, aut absoluit simpliciter nulla causa expressa. Primo
casu sentẽtia lata in iudicio recursus facit præiudicium in iudicio pœnæ:
vt colligitur ex tex.cum glos.in d.l.Iul.& ex tex. nostro, & alijs s̃.de-
ductis.Secundo & tertio casu potest doceri de iniquitate laudi in iudi-
cio pœnæ,quia docens non facit contra sententiam iudicis, ex quo iu-
dex non pronunciauit laudum esse æquum.Et cum ista concordia tran
sit hic Io.de Imo.dicens quòd opini. Ioann.And.& Ange. est vera in
duobus vltimis casibus,sed non in primo casu. Hanc concordiam sequi
tur & tangit Bal.in l.si iudex.in prima lectura.ff.de his qui sunt sui vel
ali.iur.& in l.qui cum tutoribus.in prin.s̃. de trãs.Eandem conclusionẽ
videtur sentire Anto.de But.in c. Quintauallis.in pe.char.extrà,de iu
reiur.in xxv.differentia.vbi dicitur,ꝙ iusta causa potest excusare à pœ
na recedentem à laudo,quando illa causa allegata non cõtradiceret sen
tentiæ,vel non veniret ad retractationem sententiæ:aliàs ista causa non
posset allegari,nec excusari: allegat glos.not.in l. si cum exceptione.§.
hæc autem actio.ff.quod me.cau.quæ expresse vult, quòd quando ex
iure deducto in sententia principali infertur ad cõmissionem pœnæ, de
illo iure non potest amplius disputari: & hæc opi.videtur verior,vt j.di
cam,licet Bald.in l.edita.C.de eden.in iij.char.ver. viij.opponitur. in re
peti.Paduana.simpliciter dixit,quòd iusta causa non excusat à pœna cõ
promissi,quòd recurrens venit contra laudũ, & credit se venire contra
laudũ ,& sec⁹ si venit cõtra laudũ,nõ credat se venire, ꝙ forte nõ credit
ius,ꝙ deducit in iudicio,impugnare laudũ, vel cõtenta in laudo. Quòd
autẽ opi.Bar.sit vera,probatur,quia etiã si sentẽtia esse lata super re prin
cipali in rei vendicatione,& fructus peteretur in alia instantia, videtur
dicendum quòd sententia condemnatoria præiudicet super accessorio:
quod probatur tali ratione:quia sententia absolutoria in illo iudicio la-
ta pro reo pareret exceptionem rei iudicatæ super fructibus,qui peterẽ
tur in alio iudicio:ita probat tex.in l.fundum.ff.de excep.& Bart. decla
rat in l.fundi.ff.eo.tit.facit optime tex.in l.si deferente.ff.qui.mo.pigi.⁹
vel hypo.sol.Sicut ergo absolutoria prodest reo,etiã si fructus petantur
in diuersa instantia:ita & actori debet prodesse condẽnatoria,quia reus
& actor iudicantur à pari:vt l.ij.C.de fru.& lit.ex pen. vbi non potest
dari diuersa ratio,cur magis prosit condẽnatoria,quàm absolutoria hoc
loco,per ea quæ no.Barto.in l.ij.§.hoc edicto.ff. vi bono.rap.Præterea
tex.in d.§.vbi autem.simpliciter loquitur,nec apparet cur magis loqua
tur de fructibus in eadem instãtia,quàm in diuersa. Pro ista conclusiõe
adduco tex.not.in l.si vero.§.qui pro rei.ff.qui satis.cog.vbi probat̃, ꝙ
si iudex approbauit aliquẽ pro idoneo fideiussore, ex hoc solo põt agi
actione iniuriarum, si per partem aduersam iste repellatur vt non ido
neus. Ergo sententia lata super approbatione non solum facit ius super
eo,super quo principaliter est prolata:sed etiam super pœna,quę in con
sequentiam cõmittitur aduersus eum qui recusat fideiussorem, vt non
idoneum. Sed posset respõderi ad dicta iura s̃.alleg.& primò ad l.ex di-
uerso.§.vbi autem.quòd regula ibi posita est vera:sed tamen fallit,quã
do accessorium quod petitur est tale,vt nõ possit cõmitti,neq; deberi si
ne aliqua culpa vel mora:tunc enim ne quis indebite afficiatur pœna,
conceditur quòd possit allegari iusta causa, etiam si per eam non venia
tur contra sententiam,non quidem directo,sed quatenus sententia face
ret ius super accessorio:sicut dicimus in simili, quòd quãuis contra in-
strumentum non admittatur probatio per testes:vt l.generaliter.C. de
non numerata pecunia.tamen admittitur probatio per testes contra prę
sumptionem,quæ resultat ex instrumento, secundùm glos. not. quam
ibi approbant doc.in l.iuris gen.§.quod fere.s̃. de pactis. Ad tex. in §.q
pro rei.potest dici, quòd licet ad consequendam pœnam probatio re-
sultet præsumptiue ex sententia: & ex hoc, & in casu illo, & in nostro
reus posset condemnari ad pœnam, hoc ipso quòd iudex declarauit lau
dum esse iniquum,tamen possit probari per reum conuentum ad eua-
sionem pœnæ,ex quo sententia principaliter pro pœna non fuit lata.
Et isto modo potest defendi opi.Barto.quæ tamen non probatur de ne
cessitate per istum tex.sicut inducit Ioan.de Imo. dicit enim, quòd hic
fuit quæsitum non de iure fideicommissi, vtrum comprehenderentur
sub diuisione, sed solum vtrum pœna posita in diuisione esset cõmissa.
In qua quæstione si diceremus,quòd hic esset bene iudicatum, ꝙ nullã
haberet dubitationem contra l. dominus.ff.de testa. nam si bene fuit iu
dicatum,ergo ventum est contra diuisionem, & consequenter manife-
stum est pœnam esse commissam. Vt ergo quæstio sit de dubio proba-
bili,oportet intelligere,quòd hic fuit malè iudicatum, & declarare istã
difficultatem,quòd sententia lata super iure principali deducto in vno
iudicio faciat præiudicium in iudicio pœnali. Sed ista inductio potest de
facili euitari:quia ideo non fuit hic quæsitum, vtrum fideicommissum
veniret in diuisione simpliciter,quoniam hoc erat decisum per senten-
tiam latam in principali iudicio: vnde simpliciter quęrere de eo quod
erat decisum,non pertinebat ad rem, nec intererat ipsius victoris: fuit
ergo quęsitum totaliter de pœna, vtrum esset cõmissa. In quo quęsito
implicitè quærebatur, vtrum quo ad pœnam euitandam non videret̃
contrafactum diuisioni:vel videretur contrafactum.in quo dubio ne-
cessarium erat declarare,vtrum respectu pœnæ exigenda bene esset,vel
male iudicatum super fideicommisso,quia sententia lata in iudicio prin
cipali non faciebat ius in iudicio pœnali.Et deciditur hic casus valde du
bius:videlicet vtrum verba diuisiõis includant fideicommissum, vel nõ
vt j.patebit.Et ideo quantum ad istum tex.responsio dicentium, quòd
hic fuit bene iudicatum, procederet, ex quo tenent quòd sententia
lata in iudicio principali non præiudicet in pœnali & accessorio. Sed
quia ista opi.non est vera,vt s̃.vidisti:ideo inductio Bar.vel intellectus
prima facie videtur esse melior, de quo tamen dicam plenius in quæ-
stione sequẽti.Et ad iura allegata in oppositum rñdet Bar.ꝙ quãuis iu-
sta causa excuset à pœna,q̃ imponit̃ litigãti:vt inquit gl.no. in l.ab exe-
cutione.in fi.C.quo.app.nõ reci.Bal.in l.ij.in pe.col.C.de epi.au.& Io.
An.in c.j.de elec.lib.vj.& satis est s̃.probatũ:illud est verũ,si illa iusta
causa põt allegari:sed in casu nostro nõ põt allegari,qa ex quo sentẽtia
fecit ius,etiã quo ad pœnã,nec põt venire cõtra sententiã: vt l.j.C.sen.
rescin.nõ pos.hæc est iusta & vera causa,licet vere subsit,tñ non põt re-
duci in iudicio,& ꝑinde est ac si non subesset:vt l.qui habebat.ff.de ma.
test.& l.si quis seruum.§.si inter duos. & quod ibi not.ff.de lega.ij.sicut
videmus,quòd error iustus non potest retractare confessionem post
sententiam, ne veniatur contra sentẽtiam, quãuis error iustus subsit.
vt lege error.cũ materia.C.de iur.& facti ignorantia. Ad textũ in lege,
quidam cùm filium.dicendum est secundùm Bald. & Ioann.de Imol.

a ¶Fideicōmissi. Vide tu no. Dy. ī cōsi. vj. vbi an remis. fideicōmissi extēdat, & qualiter remissiōis effect9 restringat & limitetur.

b ¶Specificatā. Vide sing. p d. Ale. in cō. cxvij. in j. pte. & d. Bar. Soc. ī cō. ccxiij. inci. in causa Onofrij. ver. cōfirmātur pmissa. cir. med. in ij. pte. & ī consi. clxvij. inci. circa primā q. ver. septimā & vltimā q. in fi. & in consi. clxxxviij. inci. visa bulla. ver. qa clausula. & in cōsi. ccc. incip. in cā. versi. ij. regula est. circa finē ea. pte.

c ¶Eius. Vide quæ per Bar. habentur in consi. suo incip. ex themate pdicto tria dubia oriunt, & Fed. de Se. in cō. lxviij. inci. factū tale est, qdā ab. & d. Alexā. de Imo. in consi. lxxxvij. in fi. iiij. p. vbi ī simili loquunt de fratribus diuidentibus emphytheosim.

hic, quòd ille qui ibi volebat docere de iniquitate sentētiæ ad euitandam pœnam, agebat ex persona alteri9, cui successerat, & sic tanquā alius. vt l. Modestinus. & quod ibi not. ff. de excepti. Et ad materiam istam vide quod not. ponit Bal. in c. j. §. & inter pares. extrà, de l. Corradi. & in l. fi. C. de arbi. vbi declarat, vtrum ille qui receden do à laudo pro parte succūbit, & p parte vincit, incidat in pœnam compromissi. Et aduerte, quia Paul. de Cast. hic in ista quæstione punctualiter respondet ad obiecta: sicut ego superius dixi, & allegat eandē l. qui habebat. ff. de ma. testa. Item aduerte, quia responsio data ad l. si vero. §. qui p rei. & l. ex diuerso. §. vbi autē. nō procedit, quia contra præsumptionem quę oritur ex autoritate rei iudi. non admittitur probatio in contrariū, etiam si sententia non fuerit lata super eo, quod nunc principaliter non petitur: quoniā si verum est fideicōmissum non deberi, & sic ventum esse contra diuisionem, necessario sequitur pœnā esse cōmissam. Item aduerte hic, quia etiam si sit pronunciatum laudum esse æquum, quāuis ille qui succubuit in iudicio rursus nō possit ad euitationem pœnę allegare iniquitatem laudi, poterit tamē se excusare à pœna, dicendo se habuisse probabilem & iustam causam litigādi, forte propter probabile dubium iuris: vt hic tangit Bald. in oppositionibus, quia sic dicendo non venit cōtra sententiam, sicut cùm dicitur arbitrium esse iniquum: nā ista stant simul, quòd vere arbitriū sit æquum, & tamē q ego probabiliter crediderim esse iniquum, & hoc sentit satis clare Pau. de Cast. hic, licet ista formaliter non declaret, & forte fuit intentio d. An. in c. Quintauallis, dum dicit, vt s. retuli, quòd iusta causa litigādi excusat à pœna, dummodo allegatio non inpugnet sententiam. ¶In ea. gl. ibi: vel etiam ex ipso verbo hoc præsumitur. opi. hanc Roge. secuti sunt Dy. & Ray. & Guil. de Cu. sed Bar. eam optime reprehendit per rationes plurimas: de quibus dic, vt hic per eum, & vide Ang. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inof. test. vbi sequitur opi. Bart. contra suam hic, preterquā si sententia esset lata in absentem. quæ limitatio satis placet, per illū tex. & illam etiā tetigit hic. Ang. autem hic, & in l. qui cum tutoribus. in prin. s. de transac. sequit opi. Dy. tribus concurrentibus. Primò quòd partes scirent fideicōmissum esse relictum in testamento. & hoc etiam dixit Dy. in consi. suo vij. sicut refert hic Bar. & Io. An. in ti. de test. §. j. ver. sed quid. Secundò, quòd fideicōmissum fuerit reciprocum inter diuidētes. i. inuicem datū: & hoc etiam tenent doc. antiqui hic. sequitur etiā Bart. dum dicit, quòd si fideicommissum sit datum vni duntaxat, non videbitur remissum ex clausula hic posita: per ea quæ habentur in l. semper in stipulationibus. s. eo. in glo. & ar. l. cùm de indebito. in prin. ff. de proba. Tertiò requiritur, & hoc addit Ang. quòd fideicōmissum inuicem datum sit æquale in æstimatione: nec curat ipse, vtrum grauati inuicem sint dispares ætate, vel pares, aut propinqui, dummodo ptes sint æquales. His ergo tribus concurrentibus, dicit se consuluisse cū sigillo, quòd fideicōmissum videretur remissum: probat plurimis rationibus. Prima ratio est, quia ex quo iudex ita iudicauit, causa præsumitur iusta. Secunda, quia partes non appellauerunt. Et quia tres rationes suæ sunt satis leues, & sufficiēter respondet hic Io. de Imo. dic vt hic per eum, licet forte facilius posset responderi. Ad quartā autē rationem, dum dicitur per gl. in c. accusatus. de hæredi. lib. vj. quòd clausula generalis non limitatur simpliciter ad specificata, sed comprehēdit etiam accessoria & cōnexa. Respondet optime Io. de Imol. † q fideicōmissum non venit accessorie ad diuisionem, nec etiā ex natura ipsius: vt l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. nā de capitulis accessorijs & cōnexis esset idem dicendum regulariter, nisi materia esset odiosa, etiam si clausula generalis non subijceretur: vt l. Luci9. §. Paulus respondit. & ibi per Bartolum. ff. de administratiōe tutorum. & bene facit tex. & quod ibi per glo. in l. ij. in princi. ff. si quis cau. & in vltima voluntate est casus, & ibi per Bar. in l. creditor. §. fi. ff. de lib. leg. Ad quintā rationem suam dum dicit, q partes præsumuntur hoc velle & appetere, q vnaquæq partiū habeat rem suam liberā: ar. l. in re man data. C. mā. respondet hic Io. de Imol. q ex quo verba hoc non comprehendunt, stipulatio vel cōuentio non debet extendi: vt l. si cū dotem. in prin. ff. so. m. vnde imputēt sibi ptes, quæ hoc non expresserūt: sicut dicitur in simili in l. veteribus. ff. de pac. Tu autē dic formalius, q illa supplentur tacitē ex volūtate partiū, quæ sunt omissa in cōtractu, quæ vel veniūt ex natura cōtract9, vel ex cōsuetudine solent apponi. Primū probat in l. cùm quid. si cer. pe. & l. ex empto. in prin. de ac. emp. Scd̄m l. fi. C. de fideius. in l. si prius. cū cōcor. ibi allegatis per Bar. ff. de aqua plu. ar. Et ideo posset inferri, declarādo istam rationem, q in similibus diuisionibus cōsueuisset fieri remissio fideicommissi, etiam vbi esset omissa ista clausula, subintelligeret: sed vbi non esset ista cōsuetudo, ratio non procederet: per ea quę dixit in l. quicqd astringendæ. s. e. nisi probarent aliæ coniecturæ quæ deberēt mouere iudicem: vt sensit hic Rog. & clarius Bal. in l. qui cū tutorib9. ff. de trāsa. & ad ppositū vide Ioā. And. in loco allegato, qui dicit q ista pacta cōsueuerūt apponi, vbi esset eadē spes, vel fere æqualis inter ipsos diuidētes: verbi gratia, q fratres habēt prolem, vel ille qui non habet verisimiliter, speraret esse habiturus, vel quādo neuter eorū haberet prolem, nec speraret habere: vbi aūt essent inæqualis spei, vt quia vnus haberet filios, & alter non, nec speraret habere: tūc propter inæqualitatem non solent ista pacta apponi, secūdùm eum. Sexta ratio sua est fortior cæteris, saltem quo ad æqualitatem: quia ista remissio fideicommissi adinuicem facta tollit votum captādæ mortis: vt dicit text. in l. de fideicommisso. C. de transac. & sic videt ista remissio continere vtilitatē publicam, inquantum reipublicæ interest homines esse bonos, & non delinquere: vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & l. bona fides. ff. deposi. ergo debet fieri largissima interpretatio, & oratio vniuersalis non restringitur, etiam vbi aliàs restringeretur: vt l. si qs in graui. §. vtrum. ff. ad Sylle. & ibi per Bartol. isto modo confirmatur ista ratio vltra eum. Sed Io. de Imo. respōdet, q licet ista ratio faciat hāc opi. esse æquissimā, quia tn̄ vt patet ex rationibus Bar. & etiam ex isto tex. s. inducto per eū, q verba nō cōprehēderēt remissionem fideicōmissi, a ipse dicit q ista opi. nō pcedit de iure: nō ob. tex. in §. vtrū. & qd ibi no. q licet in fauorē publicū verba nō restringant, dispositio tn̄ homīs, quæ difficili9 extēdit, quàm dispositio legis, nō debet extēdi ad casum, qui ex proprietate verborū non cōprehendit: & est prçter naturā cōtractus. sicut est casus noster. Septima ratio sua stat in hoc: quia iura dicētia q clausula generalis sequens restringitur ad specificata: vt l. si de certa. cum materia. C. de transac. debet intelligi, quādo si non fieret restrictio, resultaret aliquod odiosum, vel iniquū. Iniquum autē videt hic intelligere, quādo prçiudicaretur iuri vnius vltra causam specificatam b. Sed in casu nostro dicit ipse, hoc non est propter fideicommissum hincinde ęqualiter datum, ergo clausula generalis nō debet restringi. Sed ista ratio non videtur sufficiens: quia q clausula generalis restringatur ad specificata, hoc est magis ex tacita mente partium, quę non sine causa vidētur specialiter eā expressisse, q̄ quia fiat pjudiciū ex dispositiōe, de qua agitur: vt patet in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. & in d. lege, si de certa. & plene per Bar. in l. Aurelio. §. Caius. de liber. lega. Præterea sicut suprà est declaratum in dictis Bartol. etiam verba clausulę generalis non important hoc de sui proprietate: & quamuis quando fideicommissum datur reciprocę, lex fingat nullum grauamen esse impositum: bene tamen ille grauatur, cuius hęres tenetur restituere fideicommissum, si conditio existat. ita declarat not. Barto. & Baldus post eum in l. si pater puellę. vbi est optimus text. C. de inoffi. testamen. & consequenter ille cui debetur fideicommissum, censetur amisisse ius, quod sibi competebat. Vnde non est verum, inspecta veritate, quòd non fiat prçiudicium in aliquo iure, licet quo ad aliquos effectus iuris communis prçiudicium habeatur pro non facto. Aduerte etiam, quia ęquitas istius opinionis cessaret in casu nostro per Ioannem Andream in d. addi. videlicet quādo vnus haberet filios, & alter non haberet, nec speraretur habere verisimiliter, & forte etiam quando esset magna distantia inter ętates diuidentium, quia esset verisimilis impleri in persona senioris, adhuc daretur inęqualitas, & cessaret ęquitas. Sed etiam vbi dat ęqualitas, vt dictum est, verior videtur opinio. Bartol. pro qua Baldus dicit esse gloss. not. in c. j. §. si quis miles. in vsi. feud. in titu. qui incipit, constitutiones factæ ante ianuam beati Petri. vbi glossa notanter determinat, quòd si duo fratres diuidunt feudalia bona, & faciant refutationem, & finem, & pactum de non petendo, per hoc non excluditur ille, qui fecit refutationem, si alter moritur sine filijs, veniret ad feudum post mortem eius c. Pro qua conclusione est casus not. in c. finali. & ibi per Baldum. si de feu. fuerit controuersia inter dominum & agnatum. & in c. primo. de eo qui finem fecit agnatorum. de quo iurium intellectu dicetur plenius in quæ. se. Sed tn̄ pro nūc aduerte, quia illa iura nō loquunt, qn̄ vtriq fratrū euenit ī partē res feudalis, & hincinde facta est refutatio: sed qn̄ vni tantū cōcessa est res feudalis, & facta refutatio: & dato, q hincinde liberatio & finis fuisset fact9, adhuc nil ad ppositū, salua reuerētia tātī quia

SI plagii. Stipulatio ob turpẽ causam interposita est nulla ipso iure.h.d.¶ In gloss.j.ibi:vel quia fecisti.licet glos.dicat,quòd casus est magis dubitabilis,quãdo promittiť aliquid propter maleficiũ iam factũ,quàm quando promittitur propter faciendũ:doc.cõmuniter & maxime per istum tex.tenẽt idem esse.Et aduerte:qa Pe.tenuit hic,quòd quãdo ꝓmissio fit ob maleficium iam factũ,ꝓmissio valeat efficaciter:quod nullo modo est verũ,quod probať per istum text.cui non bene respondet,vt respõdet Bart.vt ex eo patet. 1 † Sed reuocať in dubiũ,vtrum promissio facta ex causa turpi de præterito vel de futuro,sit nulla ipso iure,an vero valeat ipso iure. Sed obstat exceptio:super quo domi.meus multum diffuse refert quinꝗ op.in l.generaliter.s.eod.quas non discutiam omnes, sed eas in quibus est insistendum.Capio ergo secundam opi. in ordine quã posuit glos.in l.iurisgen.§.si ob maleficiũ.ff.de pac.quę dicit,quòd aut turpitudo est solum ex parte stipulatoris:exemplũ in l.ij.§.j.ff.de cond.ob tur.causam.& tunc valet stipulatio ipso iure, sed obstat exceptio:ita intelligiť text. in l.pe.in prin.ff.de cõdi.ob tur.causam.qui verò videtur loqui in isto casu:vt j.dicã.Sed cõtra hanc opi.dicunt doc. esse casum in d.§.si ob maleficium.vbi text.dicit,quòd nulla obligatio oritur,si aliquis promittat alicui centũ, ne maleficium cõmittat,& tamẽ ibi est solũ turpitudo ex parte stipulatoris. a & per hanc l.recedit Ang.à dicta opi.& etiã Io.de Imo.primò,deinde saluãdo eã in d.l.gñaliter.dicit,quòd verba tex.in §.si ob maleficium. possunt intelligi secundũ l.pe.s.alleg.s.ꝙ nulla fit obligatio opposita exceptio. Et licet ista opi. aliqualiter diuinat,nihilominus minus diuinat,quàm aliæ: vt j.videbis.& ꝙ ista solutio sit vera, & possit tolerari, respice ad tex.in §.si ob maleficiũ.vsꝗ ad ver.sed cum nulla.sequentem immediate.Et ex illo ver.intelliges,quòd iurisconsultus non vtitur secundũ proprietatẽ sermonis verbis positis ab eo in tex.nam dicit,ꝙ vbi nulla est cã,non põt constitui obligatio: quæ verba importãt,ꝙ obligatio nõ oriatur ipso iure:vt l.cũ lex.& ibi p Barto.ff.de fide.& tamẽ certum est, ꝙ stipulatio sine cã valet ipso iure,sed obstat exceptio:vt l.ij.§.circa,s.de do.except.Et licet dom.me.in d.l.generaliter.dicat ꝙ tex.in l.pen.ff.de condi.ob tur.causam.debet intelligi, quãdo promissio fuit facta per dolũ, vel per metũ,quo casu certum est ꝙ obligatio valet ipso iure,sed obstat exceptio:de quo plene in l.metũ.§.sed quod prętor.ff.qđ met.cau.Hæc tamẽ sua inductio cum reuerẽtia non est vera:dicit eñ ipse, ꝙ cùm text. in l.pen.dicat,per sol.sequẽtem purgari præcedentẽ turpitudinem:hoc nõ põt cõtingere,nisi quãdo promissio fuerit extorta per metũ,aut per dolũ, in quo casu fit purgatio turpis causæ à sponte soluẽte,postquã cessauit metus: vt l.ij. C.qđ met.causa.nam si ex alio capite stipulatio fuisset ibi turpis,vel turpi cã interposita,per solutionẽ,non posset purgari turpitudo:vt patet ad sensum secundũ eum.Sed cũ reuerẽtia sua,hoc dictũ non procedit,quia etiã si stipulatio habuisset turpitudinem ex parte stipulatoris duntaxat, posset dari casus,in quo purgareť turpitudo præcedens: si eñ promisi tibi aliquid,vt restituas mihi,quod spõte gratis debebas restituere.& anteꝗ̃ soluam tibi ex promissione,tu restituis mihi rẽ,& postea soluis,sine dubio purgabitur causa turpitudinis ꝑteritæ: qa intẽtio promittentis,ex quo cessauit cã promissionis factę, videť vt etiam sine illa cã ego velim esse obligatus, vt declarat hic ☞Ang.& Ioan.de Imo.post eum.¶†Intellectus igitur illius literę proprie est,vt dixi in secunda opi.ꝙ stipulatio nõ est nulla ipso iure,sed obstat exceptio, si turpitudo sit ex parte stipulatoris.Nec potest dici,vt dicit Bart.in l.generaliter. quòd ibi est exceptio intentionis & facti:quia hoc est falsum,dupliciratione.Primò quidẽ,quia si stipulatio esset nulla à principio,non posset ratificari per spontaneam solutionẽ postea secutam:vt l.j.§.si filius.& quod ibi probat Bar.ff.de leg.iij.& in c.auditis.extrà,de elec.quod ibi probatur,secundũ intellectum cõmunem doc.Secũdò,quia tex.ibi dicit,quòd obligatio efficitur inanis per exceptionẽ:quod nõ esset verũ,si esset

¶ Masculi. Adde Paulum de Castr. in consil.cccviij.facit ꝙ per Ange.in consil.lj.incipiẽ. in dei nomine &c.d. Gilius.

exceptio intentionis & facti: quia illa declarat ius nō cōpetere: vt l. qui se debere. ff. de cōdi. ob cām. non autē annullat ius de nouo. Et ideo ista secunda opi. multū mihi placet, & melius defenditur à contrarijs, & minus diuinat. Bartol. tamē posuit tertiā opinionē, dicens q aut causa turpitudinis est expressa, aut nō. Primo casu procedunt ista iura, quæ videntur velle quòd stipulatio sit nulla ipso iure. Secundo casu procedit tex. in pe. l. q valeat stipulatio, & obstat exceptio. Cōtra quam opi. insurgit do. me. in d. l. generaliter. quatuor modis. Primò, quia ista distinctio diuinat ad ista iura, in quibus nō apparet vtrum cā turpitudinis fuerit expressa vel nō. & ista ratio est vera, & efficax, cōtra istam opi. Secūdò ratio sua est, quia stipulatio & contractus magis debet æquipararì vltimæ volūtati, quàm sententiæ: vt l. si diuortio. ff. eod. & l. fin. C. de dona. quæ sub modo. Vnde nō est bona illa equiparatio, vel similitudo, quā facit Bart. de stipulatione ad sententiā. Si aūt cōpares eam vltimæ volūtati, tunc non videtur differētia inter cām expressam & tacitam: per l. in tacitis. de leg. j. & l. Lucius. §. in testamēto. ff. de lega. ij. in quibus probat, q sicut nō pōt exprese, ita nec tacite relinqui. Sed ista sua minor, nō videtur sufficiens, duplici ratione: qa aliud est quærere vtrū relictum factū in capaci tacitè vel expresse valeat, & aliud vtrū legatū factū ob turpem causam valeat, vel nō: & iste est casus noster, in quo multū discrepāt cōtractus ab vltimis voluntatibus. Vnde non pōt argui de vno ad aliud, qa impossibilitas cōditionis & modi in vltimis voluntatibus reijcit, & nō vitiat dispositionē, quādo est impossibilitas iuris: qa conditio vel modus est cōtra bonos mores. De conditione est casus in l. obtinuit. de cōdi. & demon. & l. j. & ibi plene. ff. de cōdi. institutionū, declarat Bart. & solēniter in leg. codicillis. in prī. ff. de leg. ij. ¶ Secundò etiā nō procedit ista minor, quia etiam in terminis illarū legū, quas adducit do. m. videt differētia inter tacitū relictum omnino: vt l. j. C. de na. lib. & plene declarat Bar. in l. si gener. ff. de his qui. vt indig. Sed si relinquit tacite incapaci, relictū valet, sed aufertur vt ab indigno, & applicatur fisco: vt l. aufertur. in prin. & l. nō intelligit. §. qui tacita. ff. de iur. fis. ¶ † Tertia ratio sua est ista, quia cōmuniter in cōtractibus tacitum, & expressum solet valere idem[a]: vt l. cū quid. si cer. peta. Sed pōt rñderi, q ad validandū actū bene valet idē, sed ad irritandū actū non valet idē: vt patet in exēplo sñiæ adducto hic per Bar. Vnde videmus, quòd repetitio quæ aliàs fieret ex mēte testatoris tacita, nō fit vbi ex ea vitiaretur actus: vt l. cū vulgari. & ibi no. ff. de do. præle. & traditur in l. talis scriptura. de leg. j. Et per hæc dicta rñdetur ad quartam rationē suā, dū dicit q cōtrariorum est eadē ratio: vt l. ij. de his q. vt indi. quia hoc est concedendū, vbi eadem ratio militat in vtroq: vel nisi appareat manifeste ratio diuersitatis[b], vt inquit glo. in cle. cū à repulsione. de app. & Bald. in l. si præses quasi desertā. C. quō & quando iud. bene facit tex. & ibi p Bar. in l. multū interest. s. eod. Aut ergo tene secundā opi. quæ magis placet, aut sequere Dyn. & Bar. de alijs opin. dic vt per Mod. in d. l. gñaliter. & maxime p d. m. ¶ Et aduerte, quia Ang. in d. l. gñaliter. videtur aliter rñdere ad d. l. pen. quàm faciat Bar. dicit em, q tunc promissio est nulla ipso iure, quādo fit ob cau. maleficij & delicti cōmittendi, vel nō cōmittendi: est em turpitudo maior in isto casu, & ideo fortius vitiatur stipulatio. Sed in l. pe. nō fuit facta pmissio ob delictum & maleficium, licet fuerit facta ob tur. cau. fuit enim facta promissio alicui, vt redderet id quod gratis tenebatur restituere: † sed cùm iura dicāt simpliciter, quòd pacta quę sunt turpia, & contra bonos mores[c], nō valēt: vt l. si vnus. §. illud. & sequen. ff. de pac. & l. pacta quæ contra. C. eod. ista videtur esse nimis magna restrictio, maxime quia tex. ī l. ij. vel iij. ff. de condi. ob tur. cau. videtur parificare ista duo, quo ad turpitudinem, ex qua fit promissio, vel datio. Forte tamen posset saluari in vno casu, videlicet quādo promissio fuisset facta pro re restituenda, non exprimendo causam, propter quam erat apud stipulatorem: tunc em proprie posset dici causa turpitudinis non expressa. & sic in effectu videret solutio Barto. facit optime tex. & qđ not. ibi per eum in l. si oleū. §. fi. cū l. seq. ff. de do. vbi probatur, q licet dolus expressus non possit intētari cōtra patrē, vel patronū: dolus tamē velatus potest deduci. & sic patet, q maior est turpitudo expressa, quàm velata. & ideo non est mirū, si fortius reddat stipulationem nullam. Tetigit etiā hic Ang. nunquid promissio facta ex cā turpi valeat, quando promissor idē esset promissurus, etiā si non subesset illa cā turpis: & tenet ipse quod sic, arg. l. si patronus. s. de dona. melius facit tex. & qđ ibi p Bar. in l. ij. §. fi. ff. eo. tit. vbi distinguit plene, vtrū cessante cā cesset dispositio. D. Ioā. de Lmo. hic adducit ad hoc not. doctri. Inn. in c. præsentia. extrà, de renun. quę dicit addendū ad ea quæ scripsit Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. s. eo. vbi inquit not. Inn. q si iudex fert sñiam ex duabus causis, quarū vna continet errorē iuris expressum, & alia non: valet sñia, & sustentatur propter cām legitimā[d]. & illā doctrinā multū prolixe declarant Mod. in c. j. extrà, de re iud. & tenet eā Io. An. in c. cū inter. co. ti. quæ opi. probatur de iure quòd sit vera, p ea quæ habent in gloss. & per Bar. ibi in l. vbi aūt. ff. de condi. ob tur. cau. vbi Bart. cōcludit post Dy. q si in datione rei etiā indiuiduæ concurrit cā honesta, & inhonesta, attendit cā honesta, quatenus influit in datione, vt hactenus possit repeti: eodē ergo modo debet attendi in promissione. Cū igitur magis influat causa honesta, & respiciat totum id quod est datū, ergo totaliter conualidat obligatio: quia eadem ratio est de toto quo ad totum, quę de parte quo ad partē, in l. quæ de tota. ff. de rei ven. Confirmat ista conclusio: quia si volūtas superueniens ex postfacto purgat turpitudinem præcedentē eo casu quo potest purgari: vt l. pen. suprà allega. ergo multo fortius à principio valebit obligatio, ex quo promittēs etiā remota causa turpitudinis vult obligari. Pro ista conclusione facit optime text. secundū vnū intellectum in l. fi. ff. quib9 ad lib. procla. non licet. probatur secundùm quosdam, quorū opin. refert gloss. in l. liberis. §. si duo. ff. de libe. causa. quòd si duo emunt insolidum hominem liberum, vnus scienter, & alter ignoranter, valet venditio totaliter respectu ignorantis. Idem ergo arguendo de persona ad causam erit dicendum, si duæ causæ concurrant, quarum vna saltem est sufficiens: argu. l. si ventri. §. in bonis. & quod ibi not. ff. de pri. cred. Et ad materiam istam vide quod ponit Ioan. Andr. in regula, in pari causa. extrà, de regu. iur. vbi declarat quæstio. formatam per gloss. in dicta lege, vbi autem.

a ¶ Idē. Vide Fely. in c. ex literis. de fide instru. & quod ibi dixi in apostil.

b ¶ Diuersitatis. Adde do. Alexan. de Imo. in l. inter stipu. §. sacrā. de verobli. vbi etiam per Bar. & ad eundem l. & si cōtractus. de vulg. & pup. & qđ ibi dixi in apostil. & in rub. s. de acq. pos. & omnino vide d. Ias. Ma.

c ¶ Mores. Et quot modis dicatur bonos mores, vide Bald. in l. pactum. xix. q. C. de col. & Bartol. in l. si quis pro eo. in princi. in primo membro. ff. de fide.

d ¶ Legitimam. Adde idem tenetē, d. Bar. Soci. in consil. clxiij. inci. visa bulla. vers. sed ad hunc videtur. in ij. parte.

SVMMARIVM.

1 ☞ Obligatus aliquid facere intra prefixum aliquem terminum, potest differre vsq in finem termini.

2 Formam contractus celebrati mutare non potest vnus ex contrahentibus.

3 Lex facilius moderatur dispositionem suam ad alterius præiudicium, quàm prouisionē facta ab homine in fauorem suū.

INsulam. Stipulatio ad interesse nō committitur ante lapsum totalem termini, etiam si certum sit, factū quod est in obligatione ante terminum præstari nō posse. h. d. Secunda ibi: neq enim. Tertia ibi: idemq. ¶ † Primò not. ibi: intra bienniū &c. quòd ille qui est obligatus facere aliquid intra certum terminum, potest differre vsq in finem termini, & antè non potest cogi ad illud faciendum: si tamen velit, in quacunq parte termini illud facere, sine dubio poterit: vt l. j. §. si intra. ff. de succes. edi. Est tamen differētia, vtrum quis faciat in fi. termini, vel intra terminum, in actibus iudicialibus: quia si faciet in fin. termini, nō requireretur noua citatio partis: secus si faciat ante fin. termini, iuxta ea quæ plene declarat Barto. in leg. item illa. in prin. ff. de constit. pecu. & l. qui ante calendas. s. eod. & Bald. in l. si quando. C. de testi. ¶ † Secundò not. quòd non est in potestate vnius contrahentiū in præiudicium alterius mutare formam cōtractus celebrati in principio: quia sic præiudicaretur iuri alterius eo inuito, qđ regulariter non licet. l. fin. ff. de pact. & l. si post mortem. §. fi. ☞ ff. de contra tab. ¶ † Tertiò not. in versi. idē quod. vbi nō dat specifica ratio diuersitatis, potest argui de stipulationibus extraiudicialibus ad iudiciales, & econtra, facit ad not. in l. & si post tres. §. si quis cau. Et aduerte ad illum versic. qa cùm iste tex. simpliciter dicat, quòd in stipulatione de iudicio sisti seruatur regula hic posita, satis videtur de mente literæ, q dispositio huius l. seruetur, etiā vbi esset imposita pœna ab homine: sicut cōmuniter solet apponi in stipulatione de iudicio sisti: vt l. ij. ff. qui satis. cogan. non enim distinguit hic iuriscon. qualiter stipulatio de iudicio sisti fuerit formata, id est vtrum fuerit adiecta pœna, vel non: de quo tanget aliquid in glo. ¶ In glo. posita super verbo, mutatur. ibi: item contra. s. eod. cùm stipulatus. glo. remittit ad not. in l. contraria. & ibi soluit, quòd aliud est in pœna hominis, aliud in pœna legis: sicut ibi fuit plenissimè declaratum. Sed cōtra hanc differentiam arguit hic Io. de Imo. sequendo dicta Iaco. de Aret. & arguit sic: pœna adiecta contractui ab homine, sine dubio est odiosior, quàm obligatio quæ cōmittitur ex dispositione legis ad interesse: si ergo obligatio ad īteresse nō cōmittit ante lapsum termini, quæ est minus odiosa: ergo multo fortius nō deberet cōmitti pœna. & consequēter sequit, q si pœna apposita ab homine, quæ est magis odiosa, cōmittitur ante lapsum termini: vt expresse dicit in d. l. cū stipulatus. multo fortius cōmittet pœna l. minus odiosa, & minus restringēda p regulam

regulam,cui licet quod est plus.de reg.iur.de qua in l. nec in ea.§.j.de adult.Non obstat tex.in c.cōmissa.de elect.lib.vj.qa ibi loquitur in pœna quæ cōmittitur ipso iure,& ipso iure trahit secum suā executionē.vnde illud statuitur ibi,ne executio pœnæ fiat ante lapsum termini,cōtra l.in illa stipulatiōe. s. c. Sed vbi sumus in pœna,quæ postquam est commissa, nō trahit secum executionem ipso iure: tunc videt̄ dicendum idem in vtroq; casu,scilicet ꝙ pœna hominis & legalis cōmittit̄,sed differtur exactio post lapsum termini:arg.l.cùm quidā. de liber.& posthu.& regula,odia.cum suis cōcor.de re.iur.Et huic opi.multum applaudit litera nostra in fi.sicut eā induxi in notabilib⁹.Sed pro opi.cōi multū facit tex.iste in princ.vbi dicitur,ꝙ stipulatio ad interesse non cōmittitur ante temporis lapsum:quæ verba propriè significant,ꝙ antè obligatio nō oritur:vt l.interdum.in prin.& ibi per Bar.s.c.Ad idem fortiter facit tex.in l.stipulationes non diuiduntur.§.si quis ita.s.eod. vbi dicitur,ante temporis lapsum dies obligationis non cedit. quæ verba videntur significare,ꝙ non committitur:vt l. cedere diem.de verb.signi.Et adduco tibi illā legē,secundū intellectum Pau.de Cast.quem sum secutus in l.cū stipulatus.s.c. Dixit enim ibi,ꝙ ideo non cōmittitur obligatio ante lapsum termini,qa pœna legalis erat expressa à partibus per eū modum,per quē inerat.& isto modo non impropriatur ibi litera. Et est melior solutio,q̄ cōmunis,quæ intelligit hūc §. ꝙ dies non cedit cū effectu:quia vt dixi,cedere diem, significat proprie obligationē nō cōmitti,vel cōmitti[a],si proferat̄ sine negatiua.Vnde sequendo cōmunem sentētiam,quam tutius est in dubio defendere,dico ꝙ est differentia inter pœnam hominis & legis:& causa est,quia licet pœna hominis sit odiosior,& p consequens magis videret̄ restringenda,nihilominus ex particulari causa fit,vt hic magis restringat̄ pœna legis minus odiosa:quæ ratio sumitur ex his quæ tradit Bart.& alij in l.si insulam.s.c.quoniā sicut ad euitationem pœnæ cōmissæ mitius agimus cū pœna legis,q̄ cū pœna hominis,licet pœna hominis sit odiosior:ita ad impediendum cōmitti pœnā mitius agetur cū lege,q̄ cùm homine,vt scilicet pœna hominis citius cōmittatur,q̄ pœna legis.†Et pōt esse ratio rōnis,qa lex facili moderatur dispositionem suā ad præiudiciū alterius, q̄ prouisionem factā ab homine in fauorem suū:sicut dicit glo. not.in fi.q.in l.asiduis.in prin.ff.ad l. Aquil.vbi videtur probari, ꝙ obligatio ad interesse ex lege Aquilia cōmittitur,cū primum certū est obligationē esse cōmittendā,id est cùm primū certū est vulneratū euadere non posse,nec expectat̄ dies mortis incertus,qa non omnino debet sequi:& multū facit illa lex prima facie pro opi.Io.de Imol.hic,quòd nō sit differentia inter pœnam hominis & legis.Sed tamen pōt responderi,ꝙ ibi loquitur in mora & obligatione commissa per malefactū, quæ est fortior mora,q̄ illa quæ cōmittitur per non factum:vt l.j. §.si rē.ff.depo.iuncta l.insulam.s.eo.Et ꝙ hoc sit verum,attende,quia ibi ante euentū diei incertæ obligatio ad interesse efficaciter committitur:quod non esset in casu nostro,quia dato ꝙ obligatio esset commissa ante diem,tamē esset differenda executio vsq; ad diem:vt d.l.s.alleg.

SVMMARIVM.

1 ¶Clausula codicillaris,id est,si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum,an extendatur ad tempus futurum.
2 Verba respicientia tempus futurū,trahuntur ad dispositionē factam in præteritum.
3 Qualitas verbo adiuncta determinatur secundùm tempus verbi.

CVm stipulamur. In stipulatione verba præsentis temporis non trahūtur ad futurum.Vel sic,scd̄m alium intellectum:Oratio præteriti imperfecti, q̄ pōt se habere ad futurū vel pręsens,in dubio intelligitur de tēpore præsenti.h.d.¶In glo.vnica posita in ista lege,hic glo.allegat concordantias,quæ etiam adducunt aliquid ad formam hic positam.Et procedit iste tex.sine scrupulo,vbi in text.sit verbum,oportet,sicut in quibusdam libris habet iste text. & notabilior.Et probat,quòd præteritum imperfectum subiunctiui,quod est etiā pręsens optatiui,licet posit se habere ad tēpus pręsens & futurum,in dubio tamen importat tempus pręsens: quod Bartol.dicit esse verum , si secundùm intellectum in tempore præsenti potest aliquid operari: puta quia promittens tunc aliquid pure debeat:si autem nihil deberet pure,tunc vt stipulatio non esset inutilis & superflua, respiciet tempus futurum: vt l.si debitor.§.verisimile.ff.de contrahen.empt.de quo plenius per Bart. in l.j.ff.de iure codi. Et per hanc distinctionem dicit hic Angel.quem sequuntur Mode.†ꝙ illa clausula codicillaris,si nō valeret iure testamenti,valeat iure codicillorum,non extēdetur ad tempus futurum,si posset aliquid operari in tēpore præsenti[b]. Vnde si testamentum tunc erat nullum,quia filius natus erat præteritus,& postea moriatur idem filius viuente patre,quo casu cōfirmatur testamentum de æquitate pretoria:vt l.posthumus. s.cod.&c.ff.de iniust.testa.deinde filius alius expugnat testamentum per querelā, vel forte nascatur posthumus, qui fuerat præteritus,& sic rumpat de nouo testamentū:ad tales casus ista clausula codicillaris non extendetur,ex quo potuit aliquid operari respectu tēporis præsentis.secus si tempore testamenti testamentum ex præteritione non fuisset nullum: tūc enim vt aliquid operetur,cōplectetur euentū de futuro: & sic casus pdictos.Sed licet ista dicta hic approbentur per Moder. videntur tamen manifeste contra mentem Bar. in ista quæst. in §.j.ff.de iure codi.& etiam non videntur per rationē ibi positam per Bart.dicit enim ipse,ꝙ ista clausula complectit̄ etiā tempus futurū,ne vitietur dispositio, sicut in l. qui Romæ.§. Augerius.s.eod.& in alijs iuribus ibi alleg.per eum . Sed ista ratio militat,& habet locum,etiam si clausula ista pōt aliquid operari in significatu temporis præsentis,ex quo si non traheretur ad futurum,posset vitiari dispositio,etiam ad tempus futurum trahitur:& hanc sententiam expresius confirmat Bal. in l.fi.C.de iure codi.vbi vult,ꝙ perinde sit,ac si testator dixisset,& si nō valet,nec valebit, quo casu indubitāter scd̄m omnes cōprehenderetur nullitas superueniens,vel expugnatio testamenti.Pro ista conclusione facit optime text.in l.plenarie. ff.de iure codi.†vbi probatur,ꝙ verba respicientia tempus futurum trahuntur ad dispositionem factam in præteritum , vt dispositio sit plenior,quando aliquo modo dispositio præterita potest adaptari ad tempus futurum: verbi gratia, quia expectat saltem tacitam confirmationem de futuro per mortem testatoris.Ergo eodem modo econtra necesse est dicere,ꝙ quāuis ista verba in suo proprio significatu significent tempus pręsens duntaxat,quia tamen in alio significatu reperiuntur aliquando poni,& sic possunt adaptari ad tempus futurū, ad illud trahantur,vt dispositio testamenti perfectius valeat,& sit plenior.Pro ista conclusione bene facit text.in l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.gest.in quibus patet,ꝙ tēpus imperfectum ponitur pro pfecto,vt sic saluetur dispositio l.Et de materia ista vide quod solenniter ponit Ang.tam circa dispositionē legis, quàm circa dispositionem hominis,in consil.suo cclviij.Et qd̄ not.Arch.& Io.An.in c.non potest.de præben.lib.vj. vbi dicunt notabiliter,ꝙ potestas dispēsandi concessa super defectibus per verba temporis præsentis vel præteriti, non trahitur ad inhabilitates futuras,id est superueniētes post potestatem concessam:vide etiam ad materiam bonum tex.& quod ponunt Bart.& Ange.in l.si quis id quod.§.quid si non proponitur.s.de iuris.om.iud.vbi pbatur,quòd dispositio legis pœnalis,quæ loquitur per verba præteriti temporis,trahitur etiā ad tempus præteriti imperfecti.Quid autem sit de verbo, fuerit,quod reperitur in præterito & futuro subiunctiui,tāgit hic Pau.de Castr.& remittit ad notata per Bartol.in l.hoc articulo.ff.de hære.insti.circa prin.cōmenti.pro cuius dictis vide gl. ordi.& notabilem quam ponderat Bal.ad hoc in l.cū tale.§.factam.el primo.ff.de condi.& demonst.quam allegat Cyn. & ibi etiam Bald.in l.legem.C.de lega. Tetigit etiam hic d.Bal. quæstionem,in qua dicit se consuluisse sub his terminis, quia cùm faciens testamentum haberet nonnulla credita montis, disposuit de his creditis quibusdam creditoribus solui:& postea adiecit,residuū vero dicti crediti,quod restaret solutis debitis,relinquo tali ecclesiæ.Et in ista qōne dicit se respondisse, ꝙ si tempore testamenti adhuc illis debitis solutis aliquid superesset,illud solum deberetur ecclesiæ:quia ista verba præteriti imperfecti referuntur ad tempus testamenti,cū aliqd operari pñt.i.ad tempus præsens,vt dicunt hic doc.& ideo infert, quòd si post factum testamētū creuisset creditum mōtis,illud augmentum non deberet ecclesiæ: secus si tempore testamenti solutis debitis nil superesset , per ea quæ dicta sunt suprà. Sed ista dicta videntur multum dubia,& primò cōsidero,ꝙ si creditum montis postea creuit ex accessionibus factis ad capitale, puta quia singulis annis pro certa quātitate solueretur tātū,ꝙ creditor forte nō exigeret: tūc ista decisio absolutè non esset vera, qa etiā dispō quæ fit per verbum temporis præsentis,trahitur de futuro,quod venit accessorie ad ius de præsenti.Casus est notabilis in l.creditor.§.fi.ff.de lib.lega. per quē ita determinat Bar.ī l.si ita.ff.de au.& argen.leg. Si verò cre-

a ¶Committi. Adde Bal.ī l.j.ī pri.ij. co. vers.qro qd est dictū.de cadu. tol.

b ¶Pñti. Adde Pau. de Cast. in cōs. lvj. & in consil.lviij.& Oldr.in cōs. cxlix. & quod per d.Per. Phi.Cor.in consil. ccxcvij.inci.videt̄.ī litera d.in iij.parte.

ditum esset auctum aliter, tunc adhuc ista cōclusio non videtur procedere: quia †qualitas adiuncta verbo, determinat secundū tempus verbi[a]. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. & plene per Barto. in l. si ex facto. in princ. ff. de vulg. & pup. Sed hic legatur creditū ecclesiæ, qđ restaret solutis debitis, id est, cū debita soluerentur. ergo illud creditum videtur legatū, quod superesset post mortē testatoris tēpore quo debita soluerentur: vnde etiā quādo dispositio fit per verba p̄sentis tēporis, si adiungitur sibi aliqua dictio importās extremitatē actus, qui importatur per verba de præsenti, intētio testatoris videt̄ esse, vt tēpus p̄sens cōtineat futurū, in quo ille actus cōsummabitur: vt est casus notabilis, & ibi per Bald. in l. tutor. ff. de testa. tu. & ita cōcludit Bart. in l. si ita. Idem ergo & multofortius est dicendum, quando dispositio fit per verba, quæ possunt cōplecti etiā tēpus de futuro ex sua significatione, & confertur in tēpus cuiusdam actus perficiendi post mortē testatoris. ¶ Et aduerte ad l. si stipulat⁹ fuerim illud aut illud. §. j. s. eo. dum dicit, ꝙ qui ꝓmittit quicquid eum dare facere oportet, videtur ꝓmittere id quod debet: nam per illū tex. ꝓbatur eleganter, ꝙ appellatione debiti in stipulatione quæ est stricti iuris, nō venit nisi debitū purum, nō debitum sub cōditione, vel in diem: & ita ꝓbatur in l. debitor. ff. de verb. sign. & l. fideiussor obligari. §. fideiussor. j. de fideiuss. Et ita concludit Bart. esse de proprio significatu huius verbi, in lege prima. ff. si cert. petatur.

a ¶ Verbi. Adde Fel. in ca. ad audientiā. el ij. de rescri. in prici. vij. col. & in c. auditis. de p̄scri. in xj. col. circa prin. & in c. cū illorum. de senten. excō. circa me. j. col. & per eundem in l. i substitutiōe. de vulg. & pupilla.

b ¶ Ex nunc. Tu vide Fel. in ca. licet cām. de ꝓba. in iij. co. & qđ de dictione, ex tūc, habet per d. Petrum Phili. Cor. in cōsi. cclxxix. incip. in hac. in litera d. in iij. parte.

c ¶ L. si quis in testō. Et ibidē vide Ioā. de Por. & d. Alex. de Imo. in l. stipu. ista. §. in stipulationibus. s. eo. titul.

d ¶ Pleno iure. Quid aūt ista verba importent, vide solēniter Fel. in c. auditis. de p̄scrip. col. ij. in princ. in vers. itē inquantum ponit Abbas.

SVMMARIVM.

1. ☞ Partes quando possint inducere fictionem trāslatiuam de tempore ad tempus.
2. Dictio, ex hac die, quid significet.
3. Qui semel soluit alicui id quod erat in obligatione, perpetuo remanet liberatus.
4. Verbum, pleno iure, quid significet.
5. Scripturæ factæ manu tertij qui subscribit, dicitur quo ad sui præiudicium scripturam illam scripsisse.
6. Sigillum qualiter preiudicet, probet, vel autenticet scripturā, habes hic, remissiue tamen.
7. Obligatio ciuilis vel naturalis non oritur ex stipulatione facta alteri.
8. Persona in principali obligatione adiecta non videtur repetita in accessoria.
9. Testes reducuntur plerunqȝ ad concordiam, causa euitandæ falsitatis.
10. Confessio facta de recepto probat veram numerationem post biennium.
11. Confessio facta in scriptura plus operatur, quàm facta sine scriptura.
12. Ad libelli intentionem saluandam impropriantur sæpe eius verba.
13. Dictio, sicut, dicitur esse nota similitudinis.
14. Offensa dicitur illa, propter quam cōpetit actio pœnalis.
15. Prouisio hominis impossibilis non tollit l. prouisionem.

SI ita stipulatus. Ex cōuentione partium potest fieri, vt conditio purificata trahatur retro ad tēpus stipulationis. Vel sic: Qui promittit sub conditione dare aliquid ex die promissionis, tenetur impleta conditione ab ipso principio stipulationis interpositæ. hoc dicit. ¶ †Not. quòd partes quo ad sui p̄iudicū, videtur posse inducere fictionem translatiuam de tempore ad tempus, vt obligatio scilicet quæ vere fuit commissa, nunc trahatur retro, & videatur cōmissa tempore promissionis factæ. & hoc tene menti ad ea quæ nota. Barto. in lege, si is qui pro emptore. s. de vsucapi. & ad limitationem text. in lege, huiusmodi. la ij. s. eo. titu. ¶ †Secundò nota, & tene menti, quòd ista dictio, ex hac die, significat tempus p̄sens, & de præsenti. & idem importat, acsi diceretur, ex tunc, prout ex nunc,[b] promittis mihi dare x. de cuius dictionis virtute tetigit Barto. in dicta l. huiusmodi. s. eo. & Mod. ibi. Ego aūt plenissime scripsi multa adducēdo vltra eos in lege, Gallus. §. nunc de lege. de lib. & posthu. de qua ponit Bald. vt ibi tunc allegaui in cap. primo. de milit. vas. qui contu. est. & in aut. contra rogatus. C. ad Trebel. ¶ Tertiò no. text. iuncta gloss. quòd dictio, dena, in stipulatione annua significat viginti: vt l. si quis testamento[c]. in princip. ff. de leg. primo. Et hanc conclusionem seu distinctionem facit Bartol. & sequitur Ange. & Ioan. de Imo. in l. stipulatio ista. §. cum qui. s. eod. quæ opin. sine dubio est erronea, vt eleganter declarat ibi do. me. Est enim contra tex. expresse in lege, cum duo. ff. de in diem addict. vbi dicitur, quòd si duo serui sunt venditi separatim singuli denis, cum pacto quòd resoluat̄ emptio, si alius plus obtulerit: & alius postea offerat xxx. pro ambobus seruis, id est, xv. ꝓ quolibet, vltra summam qua sunt venditi: prius resoluitur emptio, quod esset impossibile, si dena significant xx. quia qui offerret xxx. offert minus, non plus, quoniam duo dena facerent xl. Preterea dicit ipse, & optime, si quina significant v. & vicena xx. vt l. si non sortem. §. fina. & l. duo. ff. de condit. inde. & l. j. ff. si quis caut. cur dena non significant x. non potest bene demonstrari. Non obstat text. in lege, si quis testamento. in princ. hic alleg. in gloss. quia ille versicu. videretur &c. potest exponi dupliciter. Vno modo, vt significet, vtrum: & tūc sensus est, quòd si testator legauit Titio & Seio x. nulla est dubitatio in hoc sermone, vtrum videretur legasse Titio & Seio dena: quę verba doct. sic intelligūt, ꝙ nulla est dubitatio, quòd legatum nō idem importat, quod legatum de denis, quasi dena significent plus quàm x. Sed iste sensus non est necessarius, quia potest etiam intelligi, & verū est, quòd nulla est dubitatio, vtrum etiam, quoniam idem videtur importare verbum, dena, quod verbum, decem: & econtra. Potest etiā exponi dictio, vt, pro qa: & tūc multofortius esset clarum, quòd idem importaret x. & dena: & est sensus literæ, si testator legat. x. nulla est dubitatio, quin videatur eandem quantitatem legasse, ac si legasset dena: & sic ponetur dictio, vt, pro quin, non pro quia: & est aptior expositio, quāuis etiam si exponatur, quia, bene possit procedere sensus. Et isto modo cōiter accipiunt autores linguæ Latinæ.

TItius. Si aliquis stipulatur ꝓprietatem vsumfructū separatim, solutio facta de vsufructu liberat soluentem: secus si aliquis stipuletur fundum pleno iure. hoc ☞ dicit. Secunda est ibi: non idem. ¶ †Not. primo, quòd vsufructus formalis potest deduci in obligatione vnà cum proprietate, dūmodo aliquis stipuletur ista tanꝙ duo, licet in solutione cōuertatur incontinēti in vsumfructum causalē, si soluatur simul cū proprietate. ¶ †Secūdò not. & semper tene menti, ꝙ ille qui semel soluit alicui id quod erat in obligatione, perpetuo remanet liberatus: licet illud quod est solutum aliquo casu, ex natura sui reuertatur ad illum qui soluit. & hoc facit ad nota. quæst. quam ponit glos. & Barto. & Bald. in l. si familię. C. famil. ercisc. de qua tetigimus aliquid in §. duo fratres. s. eo. videlicet vtrum ille qui diuisit feudum cum consorte, possit postea venire ad illum feudum, si cōsors moritur sine hærede masculo, & vtrum illo casu succedens teneatur de euictione: ☞ de quo dic vt in loco alleg. ¶ †Tertiò not. quòd licet volente creditore debitor soluens partem rei sit liberatus: vt l. stipulatus. §. j. ff. de solut. hoc intelligitur de parte, quæ consideratur per modum quotæ in re diuisibili: sed pars quæ consideratur non vt quota, sed vt pars integralis iuris, quod est in fundo, sicut est vsusfructus causalis, respectu proprietatis, illa nō pōt solui, nec parit liberationem: quia non parit tantam vtilitatē de parte quo ad partem, sicut de toto quo ad totum: ita declarat not. Barto. ponendo verum intellectum huius literæ in lege, eum qui ita. §. pen. vbi omnino videas. suprà eod. ¶ †Vltimò no. ibi: pleno iure &c. quòd istud verbum, pleno iure,[d] significat oīno totale ius in re. Concor. tex. in l. Iuli. ait. suprà, de rei vend. de quo vide per Bartolum in lege, centurio. ff. de vulga. & pupilla. & per Bald. in lege prima. C. de communi ser. mand. Et in iuribus incorporalibus, quid importet, vide Anto. de Butr. in capit. conquestus. extrà, de foro competenti. ¶ In gl. posita super verbo, liberatus. ibi: sed dic quòd. glo. ista ponit duas solut. ad contrarium. & ad primam solut. adde declarando eam, quòd vsusfructus causalis non est pars, prout consideratur per modum quotę, sed dicitur pars integralis: vt plene declarat Barto. in lege, qui vsumfructum. suprà eo. quia est talis pars, quę non affert tantam vtilitatem in parte, sicut afferret vnita cum toto: vt dixi in nota. allegando dicta Bartol. ¶ Secunda solutio est, quia ille qui vellet soluere vsumfructum sine proprietate, solueret aliud quàm debetur: quoniā debet vsumfructum causalem, qui est coniunctus cum proprietate, soluendo vsumfructum sine proprietate, solueret formalem. Sed contra istam solut. insurgit Ioan. de Imo. quia aliud pro alio volente creditore solui potest: vt l. ij. §. j. ff. si cer. petatur. Si ergo stipulator accipiat vsumfructum formalē pro causali, videtur quòd sufficiat ad liberandum creditorem. Dominus Ioan. pro solu. istius contrarij multum hic instat, & dicit considerandos esse duos casus. Primus est, quando res pleno iure erat debitoris. Secundus, quando non erat debitoris, sed alterius. Primo casu dicit ipse, quòd debitor nō liberatur, quia

quia non potest imputari culpa stipulatori, de qua lucrum sentit: vt l. cū in fundo. §. si fundus. s. de iure dot. Si ergo dicat promissor, tu amisisti vsumfructum culpa tua, non vtendo: replicabit stipulator, hanc culpā non potes mihi obijcere, quia de ea lucrum sentis, quoniam vsusfructus perditus per me abdicatur tibi. Secundo casu dicit esse maius dubium, sed tamen adhuc sentit idem, quia sicut stipulator fuit in culpa non vtendo iure sibi quæsito, ita promissor in culpa non soluendo totum quod debebat: quod si fuisset solutum, vsusfructus non fuisset amissus non vtendo: & ideo culpa cū culpa compensatur: vt l. cum mulier. & lege, viro & vxore. ff. solut. matrimo. Sed ista dicta non placent, multiplici ratione. Prima est, quia tex. hic fundat se, nō in aliqua culpa, vel in lucro, quodq́s sentiat ratione culpæ: sed quia debitor soluendo vsumfructum non fuit liberatus à prima obligatione: & ideo licet cucurrerit tantum temporis, quo vsusfructus amitteretur, si esset quæsitus, nunc non potuit amitti, quia si vere debitor non fuit liberatus, nullum ius fuit cōstitutum vsusfructus: & posito quòd esset constitutum, & esset amissum, non erat illud ius qđ debebatur, & pro quo adhuc durabat obligatio. Præterea ista sua responsio restringit text. ad casum solū positum in litera: videlicet quando vsusfructus fuisset amissus non vtendo. ergo vbi vsusfructus amitteretur sine culpa, puta capitis diminutione: sequeretur quòd debitor remaneret liberatus: quod contradicit manifeste rōni positæ in text. quia ex quo nō fuit sublata obligatio per solutionem, ergo adhuc potest agi ad id quod est in obligatione. Præterea fundamentum debitoris repellentis stipulatorē non est in aliqua culpa, sed quia soluit, & fuit liberatus. Et quòd istud sit verum, patet ex responso præcedenti, in quo licet etiam posit dari culpa promissoris, quia non soluit proprietatē. item licet promissor ex culpa stipulatoris lucrū sentiat, nihilominus potest repellere petentem vsumfructum, quia à principio debitor soluens fuit liberatus. Vnde ipse forte videns ista dicta non esse vera, soluit secundo modo, negando quòd stipulator videatur voluntarie recepisse aliud pro alio, scilicet vsumfructū formalem pro causali: sed vult, quòd videantur recepisse vsumfructum causalem, prout debeatur: & quia talis vsusfructus per se non poterat solui, ista receptio potius videbatur sub spe futuræ solutionis perfectæ, quàm quia voluerit debitorem liberari incontinenti: sicut dicitur de eo qui debet hominem in genere, & soluit partem eius: in l. ij. in princi. suprà eod.

☞ ¶ † Tu potes dicere clarius, & verius, quòd sicut solutio vsusfructus causalis, qui erat in obligatione, non poterat fieri pro parte, vt suprà dictum est: nec alia res poterat solui pro ea, in qua esset eadem ratio, cui loco partis debitæ non posset solui. Sed in vsufruct. formali est eadem ratio, quia non consequitur ille, cui soluitur, tantam vtilitatem in parte, sicut in totum: quoniam non acquirit aliquid proprietatis. Est ergo hic casus singularis, in quo probatur, quòd vna res pro altera non potest solui ex voluntate creditoris, quando subrogatur loco rei, quæ sola non poterat solui, si est eadem prohibitionis ratio quando soluit, sicut erat in illa Barto. in dicta l. penul. præalleg. magis sentit solutionem Ioan. quòd hic fuerit solutus vsusfructus causalis hic, prout erat in obligatione: sed in ea responsio est notabilior, vt suprà declaraui.

Chrysogonus. Per liberam personam nō acquirit̃ alteri actio ex stipulatione, sed ex numeratione, nomine alterius facta, bene acquiritur, & in stipulatione non subintelligitur persona extrinseca, licet aliquando subintelligatur tempus & cōditio. hoc d. Et diuiditur in tres partes. In prima ponitur thema & consultatio. In secunda ibi: responderi. permittitur duplex regula, per quam infertur ad decisionem primæ principalis quæstio. In tertia ibi: sequens &c. ponitur solutio nouę quæstio. cum duplici ratione, secundùm quosdam: secundùm alios cum ratione decidendi, & ratione rationis. Secunda diuiditur in tres partes. In prima præmittuntur duæ regulæ, vt dixi. In secunda ibi: sed quod patrono. ex prima regula deciditur prima quæstio. In tertia ibi: superest. ex secunda regula deciditur secunda quæstio. Tertia similiter subdiuiditur in tres. quia primò ponitur dictum. Secūdò ibi: neq; enim &c. ponitur ratio decidendi secundùm Bartol. vna. In tertia ibi: plerunq; enim. ponitur alia ratio secundùm gloss. & Bartol. secundùm Ioan. de Imol. & verius declaratur ratio præcedēs, seu ponitur ratio rationis, & tacitè remouetur quædam obiectio. ¶ Item ibi: quæ dari Quintiliano &c. potest intelligi, quòd verba stipulationis etiam promissoris & obligatoria fuerint concepta in persona domini ipso procuratore interrogante, hoc modo: promittis domino meo dare tantum in Calēdis Nouembris. Potest etiam intelligi, quòd promissio respectu verborū obligantium fuerit concepta in persona stipulatoris, & executio promissionis in persona domini, hoc modo: promittis mihi dare domino meo tātum. Sed primus intellectus approbatur hic communiter per Bar. & doctor. quia si stipulatio fuisset concepta secundo modo, valeret stipulatio, & acquireretur actio domino, ex quo stipulatoris intererat promissionē impleri: in lege, si procuratori præsenti. suprà eod. & per gloss. quam ibi approbant doctor. in l. stipulatio ista. §. si quis insulam. suprà cod. ¶ Sed contra istum intellectum multū facit, quia si fuissent concepta verba obligatoria in persona domini, tunc stipulatio peccaret in forma: vt traditur in lege prima. ff. de pact. per Barto. & alios. & ideo cur non quæreretur actio domino, non esset illa ratio quæ asignatur in tex. quia per liberam personam &c. sed de hoc dicetur plenius in prima glo. ¶ Debes autē scire ad intellectum huius literæ, quòd Barto. in lege, certi condictio. §. si nummos. si certum petatur. tenet in casu huius §. hanc legem hodie esse correctam, quantum ad hoc quod hic dicitur, quòd licet ex numeratione quæratur actio alteri, nō tamen acquiritur ex stipulatione per legem secundam. C. per quas personas nob. acquir. dicit tamen esse differentiam inter actionem, quæ oritur ex numeratione, & illam quæ acquiritur ex stipulatione, quia prima est directa, secunda vtilis. Prima acquiritur etiā ignoranti, secunda solùm ratificanti: argumen. l. si ego. ff. de nego. gest. de quibus dictis valde miratus sum, cùm eam legi, quia lex secunda loquitur in actione hypothecę & pignoris, quæ sine dubio veniunt accessoriè ad numerationem: sed quando numeratio præcedit, vel sequitur, si incontinenti interponitur stipulatio, hæc stipulatio non accedit numerationi, imo est principalis contractus, propter quem fit numeratio: vt dicit text. in lege, si stipulatus. & lege, enim. infrà, de noua. quomodo ergo ratione accessionis sortitur naturam numerationis, certe istud videtur imposibile. In tex. ibi: ipse qui contraxit &c. gl. j. & alia posita super isto verbo, videntur in expositione huius versicu. variare aliqualiter: nam ex fin. gloss. magnæ colligitur, quòd numeratio fuit facta nomine domini, & ipsi ex numeratione acquisita actio. Sed glos. posita super isto verbo, videtur intelligere quòd actio competat ex numeratione ipsi qui numerauit, scilicet liberto domini. Et pro declaratione literæ quæritur, quæ sit mēs eius in hoc puncto. Et videtur dicendum, quòd melior sit intellectus primæ gloss. videlicet, quòd numeratio fuerit facta nomine domini: primò, quia aliter non adaptaretur ad casum nostrum secunda regula, quæ hic permittitur in versicu. plane. in qua declaratur, quòd numerans nomine alterius acquirit actionem alteri, ex quo hic non quæritur vtrū actio ex numeratione sit quæsita domino, sed ipsi qui numerauit. ¶ Præterea q tenent alium intellectum, sicut Iacob. de Are. & Bartol. quamuis etiam saluent intellectum gloss. dicunt quòd ideo hic actio quæritur procuratori, & non domino ex numeratione: quia licet procurator ageret in animo suo, & ex sua intentione contractum illum nomine domini: hoc tamen non sufficit, nisi exprimat illi cui numerat pecuniam, se numerare nomine domini: & est notabile verbum, vt dicit Barto. hic ad intellectū legis, certi condictio. §. si nummos. suprà allegatæ. Sed contra istam doctrinam multum facit, ex quo procurator iste mutuans stipulatus est pecuniam dari domino: per hoc satis apparet, quòd contraxit nomine domini, & contemplatione ipsius, ex quo voluit quòd ius ex contractu & vtilitate pertineret ad dominum: vt lege, fideicommissa. §. interdum. & quod ibi per Barto. ff. de lega. tertio. & lege, seruo legato. §. si testator. ff. de lega. primo. sicut videmus, quòd licet procurator recipiat mutuum, nō dicendo procuratorio nomine, si tamen exprimit causam in acceptione mutui, quæ respicit dominum, hoc ipso contrahens videtur contraxisse contemplatione domini, & similiter procurator. vnde solus dominus obligatur: vt est tex. notabilis. & ibi per Bartolum, qui hoc optime declarat in l. si pupilli. §. si procuratori. ff. de negocijs gestis. ergo similiter in casu nostro, ex quo effectus obligationis pertinet ad dominum, videtur contractum nomine eius, & sui cōtemplatione. Et licet ista possunt stare simul, quòd quis numeret nomine proprio, & tamen stipuletur alteri. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum peta. In procuratore tamen, qui gerit negocia domini, orietur potius ista præsumptio ratione suprà dicta. & huic opinioni magis applaudit text. in princ. dum dicit, agente rem Iulij. &c. Pro opinione autem contraria videbatur facere tex. iste in isto versicu. sed pone eum. vt hic per Bartol. & alios. Secundò faciebat, quia si intelligimus actionem esse quæsitam domino ex numeratione, videbatur imposibile quòd procuratori posset acquiri actio ex stipulatione ad vsuras committendas ex mora: quia cùm ipsi procuratori nulla competeret actio ad pecuniam mutuatam, ergo eius respectu promissor non poterat dici in mora: vt lege, lecta. versic. sed cum sortis. si certum petatur. & lege, pupillus. infrà eodem. Sed potest responderi, quod satis erat debitum principali debere domino, vt procurator ex mora posit stipulari vsuras, ex qua stipulatione tenebitur cedere actionem domino. In textu ibi: non est dicendum recessum. & cætera. ista verba multum obscure decidunt quæstionem propositam: nam possunt significare alterum de duobus, vel quòd si præcedit numeratio, & sequitur stipulatio inutilis, per stipulationem inutilem non tollatur obligatio, quæ est nata ex numeratione. & iste est verus sensus, qui declaratur per plura exempla in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petatur. Sed secundùm verba hic posita pōt esse alius intellectus, videlicet quando numeratio præcedit, & stipulatio sequitur, non sic tollitur per stipulationem obligatio, quasi sit nata ex numeratiōe prius: sed impeditur natiuitas obligationis ex numeratione ab ipso principio. Cuius contrarium dixit glossa in lege, cum enim. infrà, de nouationi. quam Bartolus reprehendit in dicto §. si nummos. clarius ergo debuit loqui ad decidendam quæstionem salua sua reuerentia & autoritate.

5 ¶ † Nota primò ibi: subscribente & asignante domino. quòd ille qui subscribit scripturam factam manu tertij in effectu, dicitur quo ad sui præiudicum scripturam illam scripsisse. Et per istum textum infert hic Angelus ad notabilem quęstionem, dicens quòd si ex forma statuti scripta facta manu propria debitoris habet executionem paratam contra debitorem, idem erit si scriptura sit facta à tertio, & subscripta manu propria debitoris: aliàs si dicemus aliter secundùm

eum, posset impediri multum facultas contrahendi cum his qui lentè & tarde scriberent. Et sufficit subscriptio generalis [a], secundùm eum. verbi gratia: ego talis approbo omnia superius scripta, & ideo me hic subscripsi &c. quia non reperitur iure cautũ, quòd requiratur subscriptio specialis, nisi quãdo ex scriptura præcedẽti orireť suspitio falsi, qui sine subscriptione ꝓbaret scripturam esse falsam: ita loquitur text. in l. j. §. inter filiũ. & l. diuus. §. item senatus. ff. de falsis. Et regulariter tm̃ valet dispõ generalis, quantũ spãlis: vt l. si duo. ff. de adm. tu. & p Bar. ĩ l. sed & si qs. §. q̃situ. ff. si qs cau. Et hæc opin. teneda scd̃m eũ, qc qd dixerit Bart. in d. §. item senatus. qui voluit, ꝙ subscriptio debeat esse specialis, vt præiudicet debitori. & eodem modo rñdet Bald. ad d. §. in simili qõne in auť. si quis in aliquo. in vlti. char. C. de eden. & ista dicta approbat hic Ioannes de Imo. Vel quando ex subscriptione, aut aliter constaret, quòd subscribens habuit notitiam scripturæ [b] quam subscripsit, vel quando præsumptiuè probaretur ista notitia ex eo quia quis tenuit scriptam apud se aliquãdiu, anteꝙ subscriberet: arg. eorũ quæ habentur in c. cõstitutis. el j. extrà, de testib. Super quo vide quod dixi in l. qui Romæ. §. duo fratres. s. eo. Et idem esset secundũ cum in dubio, qñ nõ cõstaret aliter de notitia & scientia, dũmodo ille qui subscripsit esset ꝑsona diligens, de qua non posset oriri ꝑsumptio, ꝙ subscriberet id quod ignoraret. Tu pro declaratione istorũ dictorũ vide Bar. in l. j. in fi. ff. queãdmo. test. ape. vbi cõcludit, ꝙ ꝑsumptio est cõtra subscribentẽ, ꝙ sciat cõtenta in dispõne quã subscribit: & ideo stabitur subscriptioni secundũ eũ, nisi subscribẽs ꝓbet, ꝙ subscripsit cũ lecta scriptura: & tũc subscriptio sibi nõ ꝑiudicat: vt l. fi. C. plus valere qđ agitur. & l. ij. C. de reb. alie. nõ alie. Et ista opinio multũ placet, ꝙ si aliqs ꝑsumiť scire qualitatẽ ꝑsonæ, cũ qua contrahit, ne aliàs ꝑsumatur in eo culpa & negligentia: vt est tex. notabilis. & ibi per Bar. in l. si patronus. ff. de confir. tut. & in c. innotuit. & ibi per glo. extrà, de electione. Multo fortiꝰ ꝑsumeť scire tenorẽ scriptę quã subscripsit, qa facilior est cognitio, & propterea maior culpa in nõ cognoscedo. Posset tñ esse qualitas ꝑsonæ ita indiscreta, ꝙ sequẽda esset opin. Io. de Imo. Sed in dubio ꝑsumendũ est cõtra subscribentẽ, vt dixit Bar. etiã si nil specifice probeť, ꝙ sit diligẽs ꝑsona. In q. aũt pricipali ꝓ ista sñia Ang. vide bonũ tex. quẽ ibi not. Bar. ad hoc in l. emptor. §. Lucius. s. de pact. & aliũ in l. j. circa mediũ. s. de cõsti. princip. vbi ꝓbať, ꝙ subscriptio principis idẽ operať qđ epistola sua, & bene facit tex. in l. si per epꝪam. in ver. subscripserit. ff. de acqui. hær. Et hãc opi. approbat Bal. in auť. cõtra q. ꝓpriã. C. de non nu. pec. alle. tex. ꝓ ista parte in l. cũ antiquitas. §. fi. C. de te. vbi ꝓbať, ꝙ idẽ valet scriptura extẽsa manu testatoris, qđ subscriptio: ergo ista duo videnť esse eiusdẽ effectus, & in effectu idẽ. ¶ In cõtrariũ facit fortissime illa litera, ꝙ ante legẽ nouã, quæ contigit ius vetus, si testator scribebat testm̃ manu ꝓpria, illa scriptura nõ sufficiebat ꝓ subscriptione, & nõ valebat testm̃ secundũ ius vetus, qđ requirebat subscriptionẽ: ergo videť scriptura extensa, & subscriptio, licet sint duo diuersa, & ꝙ in dispõne stricti iuris nõ sufficiat vnũ pro altero. ¶ † Sed ad illũ tex. põt rñderi, ꝙ illud est ideo, qa subscriptio ibi requirebať ꝓ forma, q̃ non põt impleri p æquipollẽs: vt singulariť probať in isto tex. & multũ facit ad ea quæ scripsi in l. j. ff. de lib. & posthu. Vbi autẽ nõ agiť de obseruatione formæ, licet propriè loquẽdo aliud sit scribere, & aliud subscribere, in iure tñ accipiť ꝓ eodẽ effectu vtrũꝙ: ꝓbať etiã ibi per Ang. vide in l. si qs ex argentarijs. §. j. ff. de eden. Et quãuis subscriptio sola de p se sine relatione ad scriptã extense factam nõ sit res exequibilis, qa nõ apparet an debitor sit obligatus, qñ subscriptio est generalis, nisi per relationẽ adscriptã: p hoc tñ nõ fit, vt dicať tota dispositio, quæ in ea implicitè contineť, scripta manu debitoris, qa etiam dispositio quæ requirit scripturam ad sui essentiã, põt declarari per relationẽ ad aliam: vt l. asse toto. ff. de hæred. instit. & l. si ita scripsero. de cõdi. & demonst. qnimo & suppleri potest per testes, si aliqd est omissum, & declarari per eosdem testes, & tamẽ facta probatio diceť per scripturam. Primũ probat text. singularis. & ibi per Angel. in l. quoties. §. j. de hære. instit. Secundũ tradit Barto. plene, & Moder. in l. certi condictio. §. quoniã. ff. si cert. peta. & Bald. in l. fina. C. de fideicommiss. ¶ † Secundũ not. in versic. & assignante. ꝙ sicut subscriptio est signũ approbationis dispositionis præcedentis, ita etiam appositio signi vel sigilli: nam & sigillum dicitur signũ: vt l. si quis ex signatoribus. ff. queãdmo. testa. aper. & de signo notarij, de quo tangunt hic aliqui Mod. dic vt plene scribunt doct. in c. j. de fide instru. & in authẽ. de instru. fide & caute. §. oportet. & l. fin. C. de offic. asses. De signo autem mercatorum, vide p Bald. in authẽ. dos data. C. de dona. ante nupt.

6 ¶ † De materia autem sigilli [c], qualiter præiudicet, & qualiter probet, vel autenticet scripturam, dic vt traditur in l. si quis per calũniam. C. de episc. & cler. & per Barto. in l. si procuratorem absentem. ff. de procura. & l. si publicanus. in princ. ff. de publi. per Moder. plenissime in ca. post cessionem. extrà, de probat. & in c. ij. de fide instru. vbi dicit not. Inno. vt refert hic Ang. & Moder. quòd aliquis sigillat schedulam vacuam: hoc non præiudicat, licet postea aliqd scribatur in ea quod sit ad præiudicium ipsius. Pro qua cõclusione adducũt text. in l. fin. C. plus valere quod agitur. videť em̃ taliter sigillans secundũ Ioan. de Imol. in dubio non velle signare, vt fiat sibi aliquod graue præiudicium, sed potius credens ibi aliquid scribi in sui fauorem: arg. l. filius. §. inuitus. ff. de procura. ¶ Tu autem aduerte, quia etiam si aliquis sigillet scripturam à tertio scriptam, est dubium vtrum per hoc solum ꝑiudicetur sibi, si nõ subscribat: sup quo dixit Bart. no. in prima cõsti. Digestorum super rubr. vbi multa etiam tractat de signo notarij, quòd sigillũ solum sine subscriptione nõ sufficit, per tex. in l. testium. §. si quis ex testibus. ff. de testi. vbi etiam hic idem videtur firmare, licet sub dubio. Et certè si subscriptio generalis nõ sufficeret: vt ipse tenuit in l. diuus. §. itẽ senatus. ff. de fal. & s. retuli, multo fortius esset vera ista conclusio, quòd nõ sufficeret simplex sigillum, vt de se patet. Sed quia illud dictũ s. fuit reprobatum, videndum est quid iuris: in qua qõne sunt cõsideranda duo. Primò, quòd cõstet scripturam fuisse sigillatam à me, vel quia ego ita fateor, vel quia testes viderunt me sigillare: vt dicit Barto. in l. si procuratorem. ff. de procur. vtrum sigillatio præiudicet absꝙ subscriptione. Secundò, si non apparet vtrum ego sigillauerim, vtrũ ex hoc solo quòd sigillum habet characterem signi mei, præsumatur factum à me. ¶ Super primo vide quæ scripsi in d. l. ad testiũ. §. si quis ex testibus. vbi tenui simpliciter dicta Inno. & Abb. Moder. in c. ij. de fide instrumen. & Bald. in c. j. §. j. de pace Cõstan. Quibus addẽ dũtaxat tex. in l. tribunꝰ. §. fi. ff. de te. milit. & quod ibi per Bald. per quem probatur, quòd sigillans videtur approbare omnia cõtenta in scriptura: & ita tenui in d. §. si quis ex testibꝰ. vnde dic vt ibi de hoc articulo. ¶ Circa secũdum est maior dubitatio: sed põt dici declarando, & addendo ad ea quę scripsi in l. si quis ex testibus, ꝙ aut sigillum est publicum & autenticum, & tunc dispositio ꝑsumatur sigillata ex voluntate eius, cuius est sigillum: vt est tex. optimus in c. tertio loco. extrà, de proba. vbi patet, quòd sigillum præsumeretur impositum de voluntate capituli, nisi contrarium fuisset præsumptiuè probatũ: & est istud satis rationabile, quia talia sigilla publica & custodiuntur diligentius, & non ita de facili possunt adulterari, nec contingit quòd plures vniuersitates habeant sigillum eiusdem characteris. Si verò scriptura sit signata sigillo cuiusdam priuati: tunc est maius dubium. Sed potes dicere, quòd aut illud sigillum non est proprie sigillantis, vel si est propriũ, non habet aliquam formam, per quam sit notum, quòd ipsius proprium sit: & tunc etiam si ille qui dicitur sigillasse, non neget esse suum sigillũ, dum tamen illud expresse non cognoscat, non tamẽ per hoc videtur approbata scriptura, nec præsumitur quòd ipse signauit. Si tamen sit sigillum, de quo apparere possit, quòd sit illius qui dicitur signasse, hoc negat, & non probatur esse signatum ab eo. Aut hoc non negat, licet dubitet: & tunc præsumitur quòd fuerit factum vel signatum ab eo: glossa est singularis & vnica, quæ ita distinguit, & quam ibi approbat Barto. in lege prima. §. fina. ff. quemadmo. testa. ap. in prima gloss. Et ista adde ad ea quæ dixi in dicto §. si quis ex testibus. Et ad prædicta vide quod nota. Barto. in lege, si procuratorem absentem. ff. de procu. vbi videť sentire satis clare, quòd sigillum non præsumitur impressum à me, nisi probetur quando est sigillum priuatum. vide etiam ad has duas qõnes qđ plene ponit Antonius de Butr. in capitul. possessionem. de probation.

7 ¶ † Tertio nota. ibi: nullam obligationem &c. quòd ex stipulatione alteri facta non oritur ciuilis aut naturalis obligatio. Et per hoc potest dici, secundùm Ioan. de Imol. hic, quòd etiam in foro ecclesiastico non possit agi contra eum, qui promisit alteri altero stipulante: super quo vide gloss. not. de iure canonico. j. quæstion. vj. capitul. quoties cordis oculus. & quod plene ponit Angel. & Modern. in l. stipulatio ista. §. alteri. supra eo. ¶ Quartò not. quod propter specialia priuilegia pecuniæ inducitur, vt ex numeratione facta per vnum nomine alterius de pecunia propria, vel de pecunia eius cuius nomine fit numeratio, acquiritur actio illi, cuius nomine est facta numeratio: de quo in lege, certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. & ad ea quæ suprà, dixi, exponendo tex. dum

a ¶ Gñalis. Vid Pau. de Ca. in cõs. cccxlij. cõtra Bar. ĩ d. §. itẽ senatꝰ. alle. hic p Aret. vide Petr. de Anch. in cõsi. ccxxiiij. incipiẽ. prius de iuribus.

b ¶ Scripturæ. Adde d. Alex. de Imo. in l. quæ dotis. ad fin. solu. mat. & in cõs. clxj. ij. pte. & Paul. de Ca. in cõsi. ccclij. inci. de casu &c.

c ¶ Sigilli. Vid d. Alex. in l. quæ dotis. sol. mat. ad fi. et hic cũ concor p eũ alle. & Pau. de Castr. in d. cõsi. ccclij. inci. de casu ꝑsenti. & oĩno Fel. in d. c. possessione. alleg. hic p Are.

dum reprobraui dicta Bart. in §. si nummos. inquantum vult quòd iste §. sit correctus per l. iij. C. per quas person. nob. acqr. Adde φ idem per eam rationem tenuit hic Bal. quod ego tenui, & sequunt communiter Mod. ¶ Quintò no. φ quādo tertius adijcit obligationi, & solutioni, si non valet obligatio, nō potest sibi fieri solutio, vt simplici adiecto: de quo in l. cum q ita. §. j. s. eo. ¶ † Sextò not. quòd per stipulationem inutilem non videtur recessum à mutuo naturali inducto per numerationem, vel potius non impeditur dictum mutuum. concordat text. in l. certi condictio. §. quoniam. s. allegata. & per hoc pōt limitari, quod dicitur in l. j. §. j. s. e. titul. videlicet quando actus peccat in forma, si non valet quod ago vt ago, non valet vt valere potest: nam hoc verum est, nisi ratione duorum actuum qui verè sunt diuersi, sicut est numeratio & stipulatio, pōt fieri separatio inutilis ab vtili: tunc enim licet actus praecedens non consideraretur vt contractus sequēs valeret, si nō valet bene considerabitur, & valebit de per se. ¶ Septimò no. in vers. sequens &c. φ stipulatio interposita impersonaliter ex parte stipulatoris, non vitiatur, sed censetur referri ad personam alterius: concordat text. & ibi vide per Bart. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. s. eo. ¶ † Octauò not. φ persona adiecta in obligatione principali non videtur repetita in obligatione accessoria: cuius occasione Barto. hic solenniter, qualiter in contractibus qualitas adiecta in vno capitulo videatur adiecta in sequenti principali, vel accessorio[a]. ¶ Tu autē aduerte ad formam stipulatiōis, quia stipulatio interposita super vsuris fuit interposita conditione implicatiua, etiam cuius natura videt esse, vt repetat qualitatem praecedentis dispositionis in sequētibus: vt dicit Barto. in l. Seiae. §. Caio. in vltimis verbis. ff. de fund. instructo. & satis not. in simili ex notatis in l. si cui pure. ff. de lega. iij. Sed tu potes dicere, quòd hoc est ideo, quia vitiaretur stipulatio, si qualitas videretur repetita. Sed ista respōsio non est sufficiens, quia iurisconsultus in versicul. plerunq; &c. fundat se etiā in alia ratione, quia in stipulatione persona extrinseca non subintelligitur. Dic ergo, vt dicit Bart. in simili in d. l. si cui pure. φ ista dictio implicatiua etiam respicit hic actum verbi, s. verbum, stipulatus. & ideo non repetit qualitatem praecedentis dispositionis, sicut ipse dicit ibi de dictione, amplius. ¶ In gl. j. circa finem. satis eleganter declarat glo. mētem istus §. & ex eius expositione patet, φ per liberum nō acquiritur actio domino: qd est menti tenendum. Nam ex hoc infert Bar. & Mod. φ similiter vasallus vel seruus non acquirunt ex sua stipulatione actionem domino suo, vel suae reipu. sola enim subiectio dominicae vel patriae potestatis, vel subiectio monachalis, q̄ aequiparatur istis inducit hūc effectū: vt l. j. in prin. j. de stipu. seruo. & l. cum qui. §. Iul. ff. de consti. pec. facit optime quod ponit gloss. & Bar. post eam in l. j. j. de iure fisci. & l. arbiter calendis. ff. de arbit. & ideo tales personae debent concipere verba obligatiua & executiua in persona sua nomine & vice reipublicae, & sui dñi: quo casu acquiret ipsis actio, quā coget cedere suę reipublicae, vt hic dicitur in fi. tex. l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. j. ¶ † In glo. posita super verbo: nullam. quaeritur pro declaratione tex. & glo. quare hic stipulatio in persona domini fuerit nulla. Et datur triplex respōsio per Bart. & Moder. vt s. tetigi in expositione text. Prima est Bart. hic, qui dixit φ hic non apparet, in cuius persona fuerint concepta verba obligatoria, sed verisimile est quòd fuerint cōcepta in persona domini, ex quo verba executiua fuerunt ad eum directa. Sed ista solutio non videtur vera, quia non est verisimile, φ quis elegerit viam ad impugnādum dispositionem suam: vt l. iij. & ibi not. ff. de testa. mil. Vnde ipse idem Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. s. e. dixit quòd hic verba obligatoria fuerunt prolata impersonaliter, quia procurator dixit, promittis centum quae dabis dño meo, & quòd in dubio ista verba impersonalia referuntur ad dominum, ex quo ad eum fuerūt directa verba executiua. Sed ista opi. displicet Io. de Imol. in dicto §. si stipuler. Nam dicit eam esse contra casum in §. si quis insulam. eiusdem legis, vbi verba obligatoria fuerunt concepta impersonaliter, & verba executiua ad tertium, & nihilominus ad eum non videntur referri verba obligatiua, sed ad stipulatorem. qui tex. iudicio meo non facit contra Barto. Si enim iurisconsultus ibi ponit verba formalis stipulationis, sicut in tex. nostro. & l. ita stipulatus. s. eo. posset habere locum ista responsio. Sed iurisconsultus loquendo in tertia persona solū dicit, φ ille cuius intererat, stipulatus est insulam fabricari tertio. Sed sub qua forma fuerit stipl'tus, vtrū sub hac, vel sub illa, nō declarat. Sed tñ iste intellectus non placet noua vel alia ratione, quā dixi tibi in voce, & inueni postea quòd p eā impugnat istum intellectum Rapha. & dom. Pau. post eum, quia sicut probatur in versicul. sequens stipulatio . ad hoc vt stipulatio non vitietur, persona quae aliàs videretur repetita in stipulatione sequenti, non intelligitur esse repetita: ergo similiter erat, quòd verba impersonalia, licet aliàs deberent referri ad dominum, in quem sunt directa verba executiua, nūc tamen referuntur, ne vitietur stipulatio. Confirmatur ista conclusio ex regula quae ponitur in lege, Titia. §. idem respondit. in vltimo responso. infrà eodem. vbi patet, quòd dicta in praefationibus non videntur repetita in contractu, quando ex ista repetitione vitiaretur obligatio: bene facit tex. in lege, cum vulgari. ff. de do. prae le. secundùm intellectum Bart. quem ipse ponit in l. talis scriptura. ff. de legatis primo. Vnde Bar. hic, quē sequitur Io. de Imol. dicit quòd quamuis verba obligatoria censeantur directa ad stipulatorem: ideo domino non acquiritur actio, quia nihil procuratoris interest. Et hanc sententiam sequitur hic Paul. de Cast. licet non loquatur proprie in isto articulo, vt statim dicam. Et quòd ex hoc solo φ quis sit procurator, non dicatur sua interesse, tenet gloss. satis clarè in l. j. in princip. ff. de stipulat. seruo. Dixit ergo hic Bartolus, quòd quia procuratoris non interest interesse aestimabili, ideo non quaeritur actio domino. Tu autem aduerte, qa ista dicta Barto. hic intelliguntur diuersimodè: nam Pau. de Cast. intelligit, φ hic stipulatio debuisset valere, vt pareret actionē ipsi procuratori, quasi sua intersit stipulationem factam alteri valere: & ad hoc videntur pertinere verba Bart. in princip. opposi. dum dicit, quòd ista stipulatio videtur valere, quia procuratoris interest: sed quomodo intersit, non declarat. Sed tamē si bene inspicias in fine huius opinionis, manifestā est sententia sua, & expresse vult quòd si verba obligatoria fuissent hic concepta in persona procuratoris, stipulatio valeret ad acquirendum actionem domino: ita loquitur in l. penu. C. ad exhi. quam ipse alleg. & glos. hic alleg. per eum. Vnde melius videt intellexisse Io. de Imo. dicta Bar. qui expresse declarat, sequendo ipsum in dicto §. si stipuler. dum opponit de isto textu. Et aduerte, quia si procuratoris interesset aliquo modo, ista ratio concluderet, φ ipsi procuratori competeret actio: vt dicitur in §. si quis insulam. Sed quòd acquiratur actio tertio, ista ratio non concluderet, qa hic non dicit tex. in §. si quis insulā. nec alibi. & ideo Barto. not. in d. §. si stipuler. quādo quaerit, vtrum ex stipulatione procuratoris acquiratur actio domino, si verba obligatiua sunt concepta in persona ipsius procuratoris, non fundat se super interesse, sed in quaestione praecedenti, in qua quaerit de actione quaerenda ipsi stipulanti. Videndum est ergo, posito & concesso, quòd procuratoris nihil interesset ipso iure acquiri actionem domino: quod satis probatur per istum tex. vbi stipulatio dicitur esse nulla simpliciter, & indistinctè: & sic etiam respectu ipsius stipulatoris approbatur ista conclusio de necessitate, quia si stipulatio hęc valeret in persona procuratoris, non oriretur actio ex numeratione. cuius contrarium hic dicitur. Et tamen vt dixi, hoc concesso, adhuc relinquitur dubitatio, vtrum actio quaeratur domino: in qua Bart. dicit quòd sic, per legem penult. C. ad exhi. Sed Ang. in dicto §. si stipuler. dicit, quòd ista opinio non est vera, quia text. in dicta lege penul. loquitur in casu speciali, cū stipulatio vel pactum interponitur super re illius, cui quis stipulatur: vt probatur in lege, procurator quod ex re. & ibi per Bar. ff. de procura. & lege, Iul. §. si procurator. ff. de actio. emp. aliàs standum est regulae, quòd procurator non quaerit actionem domino, quae destruendo tex. & nihil subaudiendo probatur in lege, cum qui. §. Iul. ff. de consti. pec. Ioan. autem de Imol. in dicto §. si stipuler. multum se inuoluit: sed tandem videtur residere in opinione Barto. alle. tex. in lege, si cùm vēderet. in principio. ff. de pigno. actio. vbi dicitur, quòd si creditor vendit pignus, & paciscitur, vt emptor restituat rem debitori, si soluerit sibi pretium ipso iure, competit debitori actio praescriptis verbis, quae ibi vocatur actio in factum: creditor autem in venditione pignoris videtur esse procurator ipsius debitoris: vt lege prima. & ibi per Bald. C. credit. euict. pignor. non debere. ergo ibi videretur casus pro ista opinione. Tu autem pondera illum tex. in primo responso, inquantum dicit quòd actio ex vendito quaesita ipsi creditori ad faciendū pactum obseruari, debet cedi per creditorem debitori: ergo non fuit quęsita debitori ipso iure, & tamen verba fuerunt cōcepta in persona procuratoris. Vnde ibi est casus cōtra istam opi. ¶ Non ob. secundū eum responsum, quia respondeo subtiliter vltra doct. φ ideo ibi debitori competit actio pręscript. verb. quia illa actio oritur ex implemento, sicut in caeteris cōtractibus innominatis: vt l. ex placito. cū materia. C. de rerum permu. Quia igit debitor cōcurrit implemento cōtract' cū debitore paciscēte: nā creditor ex parte implet, dū vendit apposito pacto, ex quo resultat cōtractus innominatus, facio vt des:

[a] ¶ Vel accessorio. Adde qđ p Car. in cle. testibus. de test. & qđ per eū. d. Frācis. in l. si cōtra. s. de vulg. & pup. & qđ d. Bar. So. in cōs. xlix. ici. capio primā. versic. pterea. circa med. in j. parte.

ex hoc tamen solo, nisi debitor postea solueret vt couenerat, nõ diceretur cõtractus innominatus ita impletus, vt posset cõ petere actio. & ideo non est mirum, si debitori competit actio ipso iure, quia non competit sibi simpliciter ex facto procuratoris, vel creditoris, sed concurrente suo implemento, per quem videtur debitor esse pars contractus innominati. Et per illam inductionem, quam s. feci in primo respõsõ, apparet solutionem Barto. ibi positam esse falsam, dum vult ꝙ ibi quæritur actio ipso iure tertio: quia pactũ fuit interpositum sup rẽ ipsius: nam si hoc esset, vtilis actio ex vendito esset acquisita dño sine cessione: quod ibi negatur. Preterea ibi pactum non fuit interpositum super re dñi, quæ duraret dñi, quia dñium erat translatũ in emptorem, maxime inspecto tẽpore, quo debebat pactũ habere effectũ, scilicet post emptionẽ, nec erat pactum interpositũ super eo, qđ succederet loco rei suæ, vel super accessionib⁹ rei suæ, sicut si interponeretur pactum super pretio, vel fructibus: sed potius ex pacto acquirebatur ius nouum debitori ꝓpter rem suam trãslatã in alterũ, quo casu nõ acquireretur actio secundũ regulas iuris: vt l. solutum. §. per liberam. ff. de pigno. actio. & declarat Barto. in d. l. ꝓcurator qđ ex re. Teneamus ergo simpliciter, maximè per istum text. reiectis s. dictis respõsionibus, quæ non sunt veræ: quia licet verba obligatoria sint cõcepta in persona procuratoris, & executiua in persona domini: domino nõ acquirit̃ actio. Pro ista cõclusiõe recte inspicienti est casus clarus in d. §. per liberam. vbi dicitur, ꝙ ex stipulatione ꝓcuratoris plerunq; nõ acquirit̃ actio. Sed hoc esset falsum, si prædicta doctrina esset vera: qa solum in vno casu non acquireret̃, quando verba obligatoria essent directa ad dominũ. ¶ In gl. posita in verbo, petere. ibi: & certè non põt &c. hic glo. videt̃ intelligere istum ver. vt q̃ratur, vtrum si numeratio fuit facta nomine dñi ipsi numeranti quæratur actio. Et ad hanc quæstionẽ respõdet gloss. quòd non queritur, nisi quãdo dñs nõ haberet ratam numerationẽ: per l. si absentis. C. si cer. peta. Sed hunc intellectũ non patitur iste ver. quod ostendo: quia vt dicimus, ver. sequens vsq; ad §. sequens stipulatio. determinare videtur, ꝙ ex numeratiõe actio cõpetat dño: & tunc sequitur incõueniens, ꝙ iurisconsultus non rñdet huic qõni ꝓpositæ. Aut intelligis, ꝙ ille versic. sequens dicat actionem cõpetere ꝓcuratori ex numeratione: & tunc respõsio videtur esse inepta, si numeratio fuit facta nomine dñi: vt hic intelligit glo. nam respõdit simpliciter affirmatiuè ꝙ sic: ecõtrario deberet ponere regulam negatiuã, præterquã in casu l. si absentis. Vnde iste intellectus nullo modo placet, licet doct. nihil dicant super hoc. Aut ergo tene ex positionem cõmunem, vt dixi in tex. ꝙ hic nomine illius qui contraxit, intelligatur dñs, cuius nomine fuit facta numeratio. Aut sequere dicta Barto. & Iaco. de Aret. ꝙ hic numeratio non videtur facta noĩe dñi, ex quo numerans hoc expresse non dixit. Ego tñ nõ sum secutus hanc opin. s. in expositione text. nec sequitur eam hic Ioan. de Imo. quia iste qui numerauit hic in numeratione, dixit se esse ꝓcuratorem, & sic fecit mentionem officij sui: ergo ꝓcuratorio noĩe dñi vr̃ numerasse, per l. fi. ff. de instit. & per l. quacũq; rõne. ff. de ꝓcu. & p l. sciendũ. §. tutores. ff. qui satisda. cog. & est ista vera cõclusio, quã approbat Barto. in l. j. §. nunciatio. ff. de no. oper. nun. Et de materia vide Bald. plenius in l. pen. ff. si quis cau. & ꝓpter istam qualitatẽ maxime cõiunctis his quæ dixi in expositiõe text. ista opin. nõ videtur vera: nam sine ista qualitate forte ex dictis in tex. non posset reprehendi opin. Barto. † qa ista stant simul, ꝙ aliquis conferat, emolumentũ contractus in tertio, & tamẽ numeret noĩe suo, licet sit ꝓcurator, dummodo hoc nõ exprimat: vt patet in l. certi cõdictio. §. qui. ff. si cer. pet. Addit etiã Barto. hic, ꝙ iste text. nõ loquitur de numeratione facta tẽpore quo fuit interposita stipulatio, sed de cõfessione numerationis factæ. & secundũ hunc intellectũ ipse eligit hic tres notabiles cõclusiones, de quibus dixi in voce, quas ꝓsequere vt hic per Moder. Et vt intelligas mentẽ Bar. ipse videtur velle, ꝙ si ꝓcura. iste numerasset, & in ipsa numeratione dixisset se ꝓcuratorem, numeratio videret̃ facta noĩe domini: vt s. dixi. Sed qa hoc nõ dixit in numeratione facta, ideo non põt oriri præsumptio, ꝙ numeratio sit facta noĩe domini, qa nõ apparet ꝙ in illo actu dum numerabat, appellauerit se ꝓcuratorem. Et tene mẽti, quia hoc nullus declarat. Hoc tamen dictũ nõ affirmo ꝓ nunc: qa si numeratio ꝓsumitur præcessisse in cõtinenti: vt fatetur Bar. ex stipulatione & cõfessione secuta, in qua dixit se esse procuratorẽ, satis declaratur animus præcedens in numeratione, quia quæ incõtinenti fiunt, videnť inesse:[a] vt l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. pet. bene facit tex. & quod ibi per Barto. in lege, si ventri. §. fin. ff. de priui. cred. Et ex hac doctrina Barto. sic declarata habeas notare, vt dixi in voce, ꝙ confessio ꝓsumitur secuta incontinẽti post numerationẽ, qñ qs confitet̃ se habuisse & recepisse. Ex quo possunt resultare multi effectus, de quibus hic per Bart. & Moder. & per eundem in l. post dotem.[b] solu. matr. & l. ꝓdia. s. de acquir. possess. † Ex his infert Ang. cõsi. clvij. ꝙ si testes inducti ad reprobandam cõfessionem dicunt, ꝙ tempore cõfessionis nulla intercessit numeratio, satis ostenditur falsitas cõfessionis: aliàs qui vellet ostẽdere numerationẽ nõ interuenisse, cogeretur ꝓbare negatiuã non coarctatam: qđ est impossibile, vt in c. j. de cõfess. lib. vj. & not. in l. actor. C. de ꝓbatio. & hanc rõnem tetigit hic in lectura. & põt admitti ista cõclusio, qa nõ agitur de probãdo instrumentũ, sed solũ de reprobãda cõfessione contenta in instrumẽto. Sed Bal. in l. si ex cautione. C. de nõ nu. pecu. dixit per istã doctrinã, ꝙ si notarius in instrumẽto dicit, vendidit & tradidit &c. per testes ꝓbetur, ꝙ tempore instrumẽti nõ fuit facta traditio, reprobatur instr̃m de falso[c]: qa licet nõ potuerit fieri ante tẽpus instr̃i ex interuallo, tñ hoc nõ ꝓsumitur, per ea quæ scribit hic Bar. facit optime qđ ponit ipse idem Bald. in c. j. §. hoc autẽ notandũ. qui feu. da. pos. & qđ ipse idem ponit referendo dicta Barto. hic in fi. in l. fi. C. cõia vtri. iudi. ¶ † Sed attenta ista ratione hoc dictum videtur dubium: nam sicut testes reducuntur ad concordiam, vt euitetur falsitas: vt c. cum tu fili. extrà, de testi. ita videretur interpretandũ, ꝙ traditio præcessit ex interuallo, vt sic notarius nõ cõtradiceret testibus. Vnde dicit Bart. not. ad ꝓpositum in l. fruct⁹. in fin. ff. solu. matrimo. ꝙ dictio, post,[d] quæ potest significare aliquid esse factum post incõtinẽti, & ex interuallo, interpretatur in dictis testium, eo modo quo testes sic intelligendo melius ꝓbant. Alia tamẽ rõne dictum videtur verum: qa cũ notarius apponit tempus in instr̃o, manifeste attestatur, ꝙ in tẽpore illo gestus est actus, qui in instr̃o continetur. Vnde si probatur negatiua illius temporis, necessarium instr̃m est falsum. Et quia Barto. in prædictis manifestè sentit, ꝙ confessio facta de recepto super mutuo probat verã numerationẽ: vidẽdum est, vtrũ ista opin. sit vera. Ang. hic tenet contrarium, & Specu. in titul. de testib. §. j. ver. pone egi. mouentur in effectu tali rõne, quia ex confessione facta in chirographo inducitur noua obligatio ex mutuo ciuili: vt patet in tex. de lit. obli. per totũ. ergo ille qui intentauit mutuũ naturale ex numeratione, ꝓbando mutuum ciuile, aliud probat quàm deduxerit: & sic debet sequi absolutio: vt l. habebat. ff. de instit. l. denunciasse. §. quid ergo. ff. de adult. & ibi per Bar. ¶ Non obst. tex. secundũ Ang. quia aliquãdo tertius cõfitetur se recepisse noĩe dñi ipso dño approbante confessionẽ ipsius. Aliquando solus dñs cõfitetur se habuisse, & recepisse. Primo casu probatur vera numeratio, quia tertius non videtur confessus spe futuræ numerationis, cũ sibi pecunia numerari nõ debeat. Secundo casu non probatur numeratio, quia inducitur mutuũ ciuile, vt est dictũ. Sed ista ratio nõ placuit mihi, cũ scriberẽ in l. certi cõdictio. §. si nũmos. ff. si cer. pe. nec placet etiam nunc, quia ille cõfitetur tanq; procurator alterius, & noĩe illius, ex quo repræsentat personam debentis recipere pecuniã, potuit confiteri ꝓpter spem quam habet, vt fiat numeratio ei cuius personam repræsentat, siue sit generalis, siue specialis. Et si est generalis, magis proprie debemus dicere, quòd confiteretur propter spem quam habet, vt fiat numeratio domino, vr̃ sibi ad vtilitatem domini. Posset autem defendi ista sua opinio subtiliori ratione, vt dicamus quòd confessio domini probat veram numerationem propter præsumptionem quæ oritur ex assertione tertij, quę coniuncta cum assertione domini facit confessionem præsumi esse verã: scriptura enim tertij, si non est scriptura suspecta, facit semiplenã ꝓbationem: vt plene declarat Bartolus post gloss. in lege, quædam. §. nũmularios. ff. de edend. & lege, admonendi. ff. de iureiuran. Nec dicas, quòd hic seruus erat, & sic inhabilis ad testimonium: quia ista inhabilitas tollitur per approbationem factam domino ex subscriptione, quo ad hanc assertionem: & hoc sufficit, vt lege, si quando testibus. cum materia. C. de testibus. nam & aliàs non potest opponi exceptio non numer. pecu. propter geminatam confessionem[e], secundùm gloss. in lege, contractus. de nõ nume. pec. & hoc ex alio nõ est, nisi quia pręsumptio secundæ concessionis adiuncta primæ facit eam fortiorem, & magis verisimilem: vt l. cùm scimus. & ibi per Bar. C. de agri. & censib. lib. xj. & per istam rõne tollitur impugnatio, quã facit cõtra Ang. Ioã. de Imo. dicens, ꝙ si cõfessio propria debitoris non præiudicat sibi, multominus assertio per tertium: per l. id qđ nostrum. de re. iu. quæ ratio manifeste est friuola, qm̃ ꝓcedit, quãdo ex vna parte est cõfessio debitoris sola: ex alia assertio tertij. Sed hic concurrit assertio vtriusque, vnde oritur maior pręsumptio: vt s. declaraui. † Ipse tamẽ hic sequitur

a ¶ Inesse. Adde eũ. d. Frãc. in l. iterdũ. s. de acquir. pos. & qđ ibi dixi in apos. nã vt dicit d. Barto. So. in cõsi. lxviij. in ci. frustra. ver. circa secũdam q. circa prin. in j. parte. ꝙ idẽ est dicere incõtinenti, qđ in actu se simul tenenti: sicut aliàs dicit̃ cõtinetia causæ.

b ¶ In l. post dotem. Et ibi oĩno vide d. Alex. de Imo. ĩ ij. chart.

c ¶ De falso. Sed qd si pecunia erat pñs tẽpore instrumẽti, sed nõ fuit tradita: dic ꝙ dicit̃ falsum. Bar. et d. Alex. in l. singu. si cert. pet. & in l. ꝓdia. de ac. pos.

d ¶ Post. De qua dictione vid p Io. de Imo. ĩ l. diuortio. so. matri.

e ¶ Cõfessionem. Ad de idẽ tenentẽ Feli. in c. si cautio. de fi. ĩstru. in xiij. col. ver. fallit quintò. et do. Bar. Soc. in cõsi. lxvij. ici. circa priam. ver. circa aliã qõ. in j. parte.

sequitur opi. Barto. cum modificatione, dicens ꝙ cõfessio facta de recepto probat verã numerationem post biennium[a]. Vnde sicut oritur mutuum ciuile, & noua obligatio ex chirographo elapso illo tempore, ita orietur præsumptio, ꝙ numeratio intercesserit: & idem tenuit in effectu c. si cautio[b]. extrà, de fid. instru. & hæc intelligit ipse, quo ad præiudicium cõfitentis: nam in præiudiciũ tertij confessio facta de pecunia recepta non probat: vt plene declarat Bart. & Bald. post eum in l. ij. §. creditum. ff. si cert. pet. & l. si debitorem. ff. de noua. tangit etiam in l. j. §. sed si mutuam. ff. ne quis in fraud. patro. Sed ista sua doctrina videtur fatua, & impossibilis: sicut aliàs dixi in §. si nummos. sed nunc probabo melius & clarius. Dicit eñ tex. Insti. de lit. ob. in princi. ꝙ mutuum ciuile ex chirographo contrahitur, vbi nihil est numeratum, vel vbi non cõstat esse numeratum: vt probatur in §. fi. eiusdem tituli. ꝙ etiã vero creditori post biẽnium competit actio ex mutuo ciuili: qđ non potest esse, nisi quòd non poterat probare numerationẽ. Modò arguo sic: quando fictio & veritas concurrunt circa idẽ omnino, & ad eũdem effectum eodẽ tẽpore, quia ista duo nõ possunt esse simul vera, attenditur veritas, & reijcitur fictio. l. si filio quem pater. in princi. & ibi per Bar. de libe. & posthum. & eleganter declarat Bar. in l. j. §. hic autẽ senatus. ff. ad Sylle. Si ergo post lapsum biennij probaretur veritas numeratiõis, ex confessione non orietur mutuũ ciuile, quod tendit ad eundem effectum, & maxime quia remedia superflua nõ inducit lex: vt l. j. §. vnde quæritur. ff. de pub. & l. stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. cauea. Dicamus ergo indistinctè, secundùm cõmunem sententiam, quã sequitur Bald. in d. §. creditum. & dom. Ang. in c. si cau. prælleg. ꝙ reus debet absolui, quia non est probata sufficienter intentio actoris. Pro prędictis facit optime tex. in l. Aurelius. §. fi. ff. de li. le. vbi probatur. & ibi vide per Bar. quòd in cõfessione facta de debito obligatio inductiua de nouo, & probatio veteris debiti dicunt duo contraria, quæ non possunt simul esse vera. Ille tamen tex. posset euitari, quia si debitum subsistit legatum creditori, non valet. Vnde melius faciunt iura pręallegata. Et licet distinctio possit defendi, vt s. dixi, non tamẽ credo eam esse de mente huius §. vnde ad istũ tex. potes respondere altero de duobus modis, vel intelligendo ꝙ cõpetat actio ex numeratione. s. si numeratio fuerit probata. vel potes dicere, sicut dixi in §. si nummos. ꝙ mutuum ciuile, de quo suprà, nõ erat cognitum secundùm ista tempora. & hoc videtur probare text. si bene inspicias in l. ij. §. creditũ. in princip. s. si certum petatur. dum dicit, quòd mutuum sine pecuniæ numeratione non possit fieri. & licet glo. & doct. ibi suppleãt. s. naturale, dico ꝙ ista suppletio procedit secundùm iura nouissima, & secũdum constitutiones principũ, q̃ emanauerunt post illas ll. Insti. de lit. ob. §. multum. soluit contrarium huius §. quia dixit, vbicunq; confessioni de recepto adiungitur stipulatio, tunc potest peti pecunia incontinenti, nec videtur facta confessio spe futuræ numerationis. Sed ista doctrina non est vera, & cõtra tex. in l. cũ vltra. C. de non num. pec. Et posito, ꝙ esset vera, adhuc per eam non solueretur, quia Bart. vult quòd inducatur mutuum ciuile, ergo non potest simul oriri pſumptio numerationis, vt s. dixi. Sed quæritur pro perfecta declaratione materiæ, †nunquid ex confessione facta de mutuo recepto coram testibus sine scriptura post lapsum biẽnij inducatur mutuũ ciuile, sicut si scriptura interuenisset? Super quo articulo doct. variant. nam gloss. in l. si non singuli. C. si certum petatur. tenet quòd non contrahatur mutuum ciuile, & per consequens semper possit opponi exceptio non numer. pecu. & hanc sequitur Ray. & Cynus in l. generaliter. C. de numerata pecunia. & etiã Ioan. de Imo. hic, & in c. si cautio. de fid. instrumen. pro quibus multum faciunt aliqua iura, videlicet tex. in lege, in contractibus. in princip. in versicu. instrumentum. & in l. fi. in ver. scripto. C. de non nu. pe. & text. præcipue in rubro & nigro. Insti. de lit. obli. Contrariũ tenuit Bar. in l. si ex cautione. C. e. tit. alle. gl. in aut. rogati. C. de resti. Ego aliàs scribens in §. si nũmos. secutus sum opi. Bal. & Sali. qui cõcordãt istas opi. dicunt eñ, ꝙ aut q̃ritur vtrum post biẽnium possit opponi exceptio non nũ. pe. per quã incumbat necessitas probandi creditori pecuniam fuisse numeratam, & tũc talis exceptio ad hũnc effectum non potest opponi. ita videt̃ probari in l. cũ vltra. in verbo, placita. & in l. aduersus. & l. si quasi. C. de non nu. pecu. in quibus fit simpliciter mentio de pacto, & cautiõe, sine cõmemoratione scripturæ. Aut quærit̃ vtrũ ista exceptio põt opponi ad finẽ, vt debitor ipse q eam opponit possit probare pecuniã non esse numeratam: & tũc hoc fieri põt, qa iura inducẽtia mutuũ fictum sine numeratiõe, loquunt̃ in scriptura. i. in cõfessiõe quæ emanauit in scriptis. & non est eadẽ ratio extendendi hanc dispositionem in materia exorbitanti ad confessionem, quæ probatur per testes,[c] quia sępius confessio facta in scriptura plus operatur, q̃ si sit facta sine scriptura. l. vt generaliter. C. de non nu. pe. & l. antiquæ. §. j. C. ad Velle. sicut videmus in simili, ꝙ non idẽ priuilegiũ conceditur præsumptioni, quæ resultat ex instrumento, sicut ipsi instrumento: vt l. iuris gentium. §. quod fere. & ibi per gl. & doct. ff. de pact. Nec potes dicere, ꝙ secundùm hoc plus operabitur confessio facta sine scriptis, q̃ cõfessio facta per scripturam: quia per istam probabitur numeratio præsumptiuè, quæ per illam non probabitur secundùm cõmunem sententiam, quam s. sum secutus: quia licet in hoc ista confessio superet cõfessionem factam in scriptura, in duobus tamen superatur ab ea. Primò quidẽ, quia contra ipsam nihil potest probari: quoniam mutuũ ciuile præsupponit, ꝙ non sit facta numeratio: vt dicitur Insti. de lit. obli. in prin. Secũdò, qa ista cõfessio nõ inducit nouã obligationem, sicut confessio chirographaria: vnde quantũ ad effectum, & finem consequẽdi id qđ petitur, confessio facta in scriptis est efficacior. Tangit etiã hic Bart. illam no. quæstionem, de illo qui stipulatus est pecuniã mutuatam, & postea simpliciter petit eam in libello, tanquã datam mutuo. Et concludit, quòd si stipulatio apposita in cõtractu mutui valet, tunc debet sequi absolutio, quia libellans intentauit mutuum naturale, & probauit de ciuili, cui cooperatur natura: & sic aliud deduxerit, & aliud probatur. & hoc videntur sequi hic Mod. post Ange. cum limitatione tamen, ꝙ ista sint vera, nisi in libello actor variauerit stipulationem super mutuo fuisse interpositã: tũc enim satis procedit libellus, etiam si actum sit certi condictione ex mutuo expressè: quia licet actio sit inepta, causa tamen est apta, & hoc sufficit vt libellus procedat: vt no. Inn. in c. examinata. de iudi. & Bartol. in l. j. ff. de eden. Tu autem aduerte, quia ista dicta cum hac limitatione possent esse vera, quando agens expresse intentasset mutuũ dicendo, ago contra te ex causa mutui ad centum, quæ tibi numeraui: sed vbi agens egisset simpliciter ad centũ, quæ numerauerat, tunc ista verba possunt intelligi de mutuõ ciuili: & sic debent intelligi in dubio, si libellãs ita dicit sensisse: vt l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. †verba enim libelli debent impropriari,[d] vt saluetur intẽtio libelli. l. j. & ibi per Bar. C. de vsufruct. & l. j. in princ. & ibi etiam not. Bar. ff. si serui. vendi. Vnde non deberet sequi absolutio, sed condẽnatio: ita declarat no. Bar. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. Et idem dicũt Mod. etiam si probaretur mutuũ ciuile, cui natura non cooperatur per eandem rationem: pro hoc facit optime quod no. tradit Bart. in l. si cũ dotem. §. trãsgrediamur. ff. solu. ma. vbi dicit, ꝙ libellans de traditione cõprehendit etiam traditionẽ fictam, & eam videtur deduxisse: facit tex. in l. si proprietarius. in fin. ff. de dam. infe. ¶ In gl. posita super verbo, sequens. videtur quòd hodie de iure nouo ver. iste non procedat: quia cùm stipulatio vsurarum sit accessoria ad obligationem sortis, ergo sicut in sorte per numerationem acquiritur domino actio ipso iure, ita videtur acquiri in obligatione accessoria: vt est text. in l. ij. C. per quas perso. no. acquir. Et hanc conclusionem concedit Bartol. hic, dicens hunc ver. hodie esse correctum per illam l. Bald. hic relinquit super hoc articulo cogitandum, & videtur potius inclinare in sententiam Bartol. Ange. hic & Ioannes de Imol. tenent oppositum. Mouentur in effectu, quia non est eadem ratio in vsuris, quæ est in obligatione accessoria hypothecæ, de qua loquitur text. in d. l. ij. nam per hypothecam non augetur obligatio principalis in substantia, sed per stipulationem vsurarum, vt sic de se patet. & in materia exorbitanti, sicut est in materia nostra, regulariter non fit extensio, maximè vbi non est eadem ratio: vt lege, quòd vero. ff. de ll. & lege, lege. §. hoc capite. ff. de ritu nup. Tu autem aduerte, quia si hic esset eadẽ ratio, facilius fieret extensio, quia non sumus in materia correctiua, sed in materia exorbitanti, in qua de casu ad casum ex identitate rationis, quando ratio est scripta in lege, communiter fit extensio:[e] super quo vide quod plene ponit Bartol. in l. si constante. soluto matrimonio. & quod habetur in aut. præterea. C. vnde vir & vxor. & l. vnica. in glossa. C. de his qui ante apert. tabula. Ius ergo istius quæstionis stat in hoc, vtrum sit eadem ratio. Et videtur dicendum, quòd sit eadem ratio, quia ratio decidendi expressa in dicta lege secunda. fundatur super duabus qualitatibus. Prima est accessio ad obligationem principalem. Secunda, & ista exprimitur formaliter in textu, quia ex quo omnino procurator tenetur actionem cedere domino ad euitandum circuitum, melius est quòd competat ipso iure. Sed ista ratio eodem modo habet locum in vsuris, vt patet in isto tex. vbi dicitur, quòd procurator tenetur cedere actionẽ dño: ergo

a ¶ Post biẽniũ. Vide omnino Pau. de Ca. in cõs. xlviij. & Bu. in cõ. inci. viso dicto pũcto. & qđ per d. Alex. in cõsi. xxxv. j. parte. & in cons. lxj. ij. parte.

b ¶ In c. si cautio. Et ibi vide Fel.

c ¶ Per testes. Adde Fel. in d. c. si cautio. de fid. instru. in xii ij. col. in ver. fallit tertiò.

d ¶ Impropriari. Vide Feli. in c. series. de test.

e ¶ Extẽsio. Adde d. Alex. & Imo. in cõsil. cclxxxiiij. vlti. char. ij. pte. & in cõsil. lij. īcip. Callimachus &c. iiij. parte.

a ¶ Patri. Adde ꝙ filius quãtũ ad acquirẽdũ pri, sufficit stipulationẽ cõceptã esse durãte patria ptãte, licet finita pria potestate cõditio stipulationis euenerit: ita Bar. So. in cõsi. c. ic. in cã Baptistæ. circa fi. ij. col. in j. pte. & adde qđ ꝑ d. Pe. Phi. Cor. hr̃ in cõs. j. in lr̃a k. ĩ ij. parte.

b ¶ Valeat. Vide qđ ꝑ d. Mar. Soc. hr̃ in cõs. suo xxxj. ĩci. ꝑ sequẽdo ordinem. ver. circa iij. q. circa me. cũ versi. seq. & do. Pe. Phi. Cor. in cõs. lxxix. inc. licet. in lr̃a o. & p. in j. pte. & oĩno d. Bart. Soc. cõ. clxij. cõsiderata. ver. cõfirmant̃ præmissa ex eo. in fi. ij. partis. vbi refert cõem opi. cõtra Bar. in l. frater à fratre. de cõdi. indebi.

& inquantũ ipse dicit hic, ꝙ si pater stipulatur filio tanq̃ benemerito.i. propter merita collata in se, ista stipulatio non valet:quod etiam sequitur hic Ioan.de Imo. Adde quod ipse idem in l.si tibi.§. si pactus.s.de pac.dixit, ꝙ etiã si pater nõ exprimat se donare propter merita filij, dũtamen verè merita filij præcesserint, præsumitur ei stipulari tanq̃ extraneo propter illa benemerita: & sic stipulatio non valebit saltem quatenus merita concurrũt,secũdùm Ioã.de Imo.hic: argu. l.quæ de tota.ff.de rei ven.super quo vide quod no. Bald.in l.illud. C.de sacrosan.eccle. Sed postea videtur mutare sententiam, & cõcludere in effectu, ꝙ isto casu stipulatio videatur facta nõ propter benemerita, sed potius ex affectione paterna:& hoc vt actus magis valeat,quàm pereat:vt l.semper in stipulatio.j.de reg.iu.& l.quoties.de rebus dub.Quæ opinio multũ mihi placet,imo videtur esse concludendũ generaliter,ꝙ pater magis videatur conferre aliquid in filiũ ex affectione paterna, q̃ ex meritis q̃ precesserunt, nisi quãdo dispositio collata in filiũ,si sic intelligeremꝰ,esset inutilis, sicut est quãdo pater donat filio,quẽ habet in potestate: ita debes intelligere ea quę habẽtur in l.si donatione.C.de colla.& in aut.vnde si parẽs.C.de inoffi.testa.& per Bart.plene in l.j.§. nec castrense.ff. de colla.bo. Ista conclusio probatur primò per tex.quẽ Bal.ibi no.ad hoc in l.tutor petitus.§.quæ tutoribus.ff.de excu.tu. Præterea cõfirmatur forti ratione, quia fortior est præsumptio ex causa exercẽtis liberalitatẽ, quæ oritur ex cõiunctione sanguinis, quàm illa quæ oritur ex meritis pręcedẽtibus.Ergo ex illa disponẽs siue stipulator principaliter videtur motus:vt l.qui habebat.§.si pupillus.ff. de tu.ar.l.queriť.ff.de sta.ho.Quòd aũt fortior sit præsumptio liberalitatis ex causa coniunctionis,probatur: quia quãdo legatum fit extraneo, qđ præsumiť fieri propter benemerita: vt l.nec adiecit.ff.pro socio.nõ tm̃ cõsequiť legatarius, quantum si legatũ fit coniũctæ personę ratione coniunctionis:vt est casus clarus in l.cùm alienã.C. de lega. & màxime istud est verũ in coniũctione quę est inter patrẽ & filiũ: vt est casus no.in l. Aurelius.§. testamẽto.el j.ff.de lib. leg.vbi probatur,ꝙ licet legatũ liberationis à rationibus reddẽdis regulariter nõ comprehendat reliqua: hoc tamẽ fallit in patre propter affectionẽ,quã præsumitur filius habere ad patrem. Secundò adde dictis Bar. ꝙ quãdo pater stipulatur filio expresso nomine proprio dũtaxat, videtur sibi stipulari tanquã extraneo, secundùm Barto.qui ita not.dicit in d.§.si pactus.& sequitur hic Ange. & Ioan.de Imo. Mouentur tamen primò per tex.in l.qui hæredi.§.nos autẽ.ver.cæterũ.ff.de pact. Secũdò per ea quę habentur in l.si filio.ff.de dona.cau.mor. & l.filio.de condi. & demon. In quibus iuribus cõcluditur, ☞ †quòd si extraneus promittit aliquid filio expresso nomine filij, videtur promittere contemplatione filij: secus si exprimat nomen patris. Ita ergo dicemus à simili in casu nostro, secundùm eos:quòd si pater stipulatur filio nomine filij expresso, valeat stipulatio: & contemplatione filiationis videatur facta stipulatio:secus si stipuletur filio non expressa nomine filij,sed nomine proprio tantum[a].Licet ista opi.approbetur communiter,mihi tamen est valde dubia,maxime per ea quę habentur in tex.& ibi per Bart.in l.fi.C. de vsufruct. vbi ꝓbatur, ꝙ stipulatio vel promissio q̃ aliàs videreť facta filio contemplatione ipsius filij, non videtur facta eius contemplatione,sed patris,si aliter stipulatio esset inutilis. Arguendo igitur de persona ad causam, habemus dicere, ꝙ quia in casu Bar. stipulatio reddereť inutilis,si pater videretur stipulatus filio tanquam extraneo,interpretemur potius quòd videatur stipulatus sibi tanq̃ filio, vt sic stipulatio valeat. Nõ ob.text.in ver. cæterũ. quia ista non est intentio illius legis, sed vult iurisconsultus in toto illo §.incipiendo à §.nos autem.vsq; in fi.ꝙ siue pacisca tur filio sub nomine proprio, siue sub appellatiuo, exceptio pacti directa non acquiratur filio:vtilis autẽ exceptio doli bene acquiritur: vt dicitur in fi. §.quę exceptio doli tenet locum actionis vtilis,quę acquiriť filio ex stipulatiõe paterna:vt l.quodcunq;.§. si quis ita.s.eo. Et quòd iste sit verus intellectus,patet dupliciter rectè intuenti.primò in prin.§. nos aũt. vbi generaliter ponitur ista regula,ꝙ personis nobis subiectis prodesse nõ possumus, non distinguendo quomodo cõcipiatur.Secũdò ex versi.Iulianus quoq;.qui sequitur immediate ad ver.cæterũ.vbi ponitur dictio implicatiua,[b]quoq;,vt patet in l.seruũ quoq;.ff.de ꝓcu.& l.pupillus.§.ipse quoq;.ff.de auto.tu.de cuius natura & significatu est,ꝙ idẽ sit in casu pręcedẽti quod in sequenti, & econtra. Cùm ergo in ver. Iulianus.vbi pater paciscitur sub nomine appellatiuo, dicatur ꝙ filiæ competit doli exceptio: ergo idem erit dicendum in casu præcedenti.Pro ista conclusione adduco tibi glo.no.in l.donatiões.§.penul.ff. de dona. vbi glo.relata ad tex.expresse vult, ꝙ ascendens qui stipulatur aliquid descendenti sub nomine proprio, in dubio videatur ei donasse.Sed hoc non esset,si videretur ascendens stipulatus vt extraneo descendenti, quia in extraneo non præsumeretur donatio:vt plene declarat Bar.in l.quę dotis.ff.soluto matrimo. ¶ Secundò principaliter adde circa ea quę posuit Barto.in ij.princ.q. Et primò inquantũ ipse dicit, quòd si pater recepit emphyteosim ab ecclesia pro se & filijs suis, videtur vocasse filios,etiam si non sint hęredes: quia emphyteosis ecclesiastica non transit nisi ad hæredes sanguinis,non autem ad extraneos[c] secundùm eum. Nam hic vertitur duplex dubitatio.†Prima est,vtrũ emphyteosis ecclesiastica hodie possit transire ad hæredes extraneos : quæ dubitatio est multum solennis, & super ea scribit hic multum prolixè, ferè per duas chartas reales,do. Ioan. de Imo. super qua ego nouissime scripsi multum diffuse in c.in præsentia.extrà.de proba.& dicam vnum verbum in voce in lectione sequenti. Secunda dubitatio est, vtrum ista conclusio dom. Bartoli sit vera, posito quòd emphyteusis ecclesiastica nõ trãseat nisi ad hæredes sanguinis,quòd pater videatur stipulatus filijs tanquam filijs, nec requiratur quòd sint hæredes: super quo Barto.vbicq; idem tenet,videlicet in l.iurisiurandi.§.si liberi. ff.de ope.lib.& in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de libe.& posthu. Dominus Ioan.de Imo.hic refert Iacob. de Bel. tenere contrarium:ipse tamen sequitur opinio. Barto.& respondet rationibus Iaco.de Bel.de quibus dic vt ibi per eum. Sed aduerte solum ad responsionem primæ rationis, id est dum respondet ad l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb.nam dicit,quòd illa nõ loquitur,quãdo pater prouidit filio tanq̃ hæredi: sed hic nõ prouidit filio vt hæredi,imo videtur prouidisse filio vt filio, nam ipse non satisfacit totaliter huic rationi bene intellectæ: fuit enim intentio Iaco.de Bel.quòd quia ex dispositione iuris emphyteusis ecclesiastica debet concedi filio hæredi,vt dicit textus in corpore in titulo,de non alie.§.emphyteosis.& in alijs locis, quos diligenter colligit Bald. in authen. si quas ruinas.C. de sacrosan.eccle.videtur quòd pater prouidendo filio in emphyteusi ecclesiastica non possit aliter prouidere, nisi cùm filius est hæres,etiam si vellet expressè, ex quo lex requirit istam qualitatem:sed saltem in dubio,si pater prouidet filio, simpliciter videtur prouidisse secundùm naturam ipsius concessionis in dubio:vt est casus notabilis in cap.primo.de feud.alie.& in capi.primo.§.filia verò.de successione feudi.bene facit textus cum alijs concordantijs in l.si stipulatus.ff.de vsur.Si ergo emphyteosis ecclesiastica de sui natura requirit,quòd filius sit hæres: ergo secundùm hanc naturam videtur prouisio. & istud argumentum videtur difficile sic declaratum, propter quod Baldus hoc animaduertẽs in l.secunda.C. de suis & leg. dicit quòd doctrina Bartoli posset esse vera,quando pater expresse prouideret filijs, etiã si non essent hæredes:secus si prouideat simpliciter per textum in corpore.in loco præallegato.Sed reuera verba textus videntur importare, quòd emphyteusis solum possit concedi filio tanquàm hæredi, & non aliter. Ipse tamen Baldus in dicta authen.si quas rui.diffuse tractans istum articulum sequitur opinionem Bartoli simpliciter.Sed in capitulo primo, an agnatus vel filius. in penultima charta, videtur sequi glossam ibi positam contra Iaco.de Bel.in dicto cap. primo: tenuit ꝙ non requiratur,quòd filius sit hæres: sed contrariũ tenuit in §.emphyteosim.in authen.de non alie.col. secũda. Et illud dictum videtur sequi Baldus in dicto c. primo.præalleg.Sed in l.& filio.in fine.ff.de lega.primo.videtur tenere simpliciter, nedum in emphyteusi ecclesiastica, sed etiam in qualibet emphyteusi,quòd filius possit in ea succedere, licet non sit hæres.Mouetur, quia quando pater recipit emphyteusim pro se, & filijs, filij capiunt post mortem patris, vel ex donatione tacita,vel ex mortis causa capione:sicut declarat Bar.& ibi dixi in l.si mihi & Titio.s.eodem. Sicut ergo filius repudiando hæreditatem potest acceptare legatum regulariter:vt probatur in dicta l.& filio.ita videtur quòd possit repudiando hæreditatem acceptare emphyteusim, quæ capitur similiter ex titulo particulari. Sed ista ratio sua procederet, quando pater esset stipulatus filio tanq̃ filio, non tanq̃ hæredi:nam si videtur stipulatus tanq̃ hæredi, tunc filius nõ capit aliquo titulo particulari,sed hæreditario. Vnde melior videtur de iure opi. Iaco.de Bel.& Bal.in c.j.an agnatus vel filius.& in l.ij.preallc. maxime quia fundamẽtũ Bar. non est bonum in ista materia, quoniam ipse fundat se in

a ¶ Tãtũ. Vide Dy in consil. xij. circa me.j.col.

b ¶ Implicatiua. Adde eũdẽ in l.j.§. de acqui.pos. in fi.vj. col.& qđ ibi dixi ĩ apostil.

c ¶ Ad extraneos. Vide d.Pet. Phili. Cor. in cõsi. xiij. in ci.in pñti.in lrã b. ĩ iij.pte. & quos sub verbo, hęredibꝰ,& successoribꝰ, natura emphyteosis includat:vide d. Bar. So.in cõsi.cclxix. ĩ ci.in cã.vers. secdm aut.cũ ver.seq.ĩ ij. pte.Sed qđ si dicať, qbuscũq; heredibꝰ: vide p eũ ĩ cõsi.xcv.ĩci. capiẽdo primũ.circa pri.ij.col. in j.pte. & plene p d.Alex.de Imo.in cõsi.lxx. & in cõsi. xxix.iij. pte. & p Pau.de Ca.in cõsi. cxxxiij. & in cõsi. cixxvij. & p Fely. in c.in pñtia.in xij. col.in pri. versi.ex his disputãt. de ꝓba.& d.Abb.in cõsi.lxxvij.ij. pte. & ad quos trãseat emphyteosis ecclesiastica,vide p eundẽ in l.si filius q patri. in col.ij.versi.tu autẽ aduerte.s.de vulg. & pupil.

l.iurisiurandi.§. si liberi.ff. de ope. lib.qui text. non loqui-
tur in casu nostro,quoniam loquitur in tali iure,quod de sui
natura potest trāsire ad filium, licet non sit hæres:vt proba-
tur in l.si operarum.ff.eodem titulo.Sed in casu nostro licet
hoc ius non sit cōmunicabile extraneis, nō tamen transit ad
hæredes sanguinis simpliciter,sed si sint hæredes.¶Secundò
adde inquantū Bar.dicit hic,ꝙ si pater stipulatur filio id qđ
est transitoriū,ad hæredes extraneos, videtur stipulari tanq̄
hæredi:nam ex hoc infert Ioā.de Imo. ꝙ si pater recipit em
phyteusim pro se & filijs à priuato, quia illa est transmissi-
bilis ad heredes extraneos,nō transibit ad filiū,nisi sit heres.
Et hæc est cōmunis sententia, contra quā insurgit do. Ioan.
de Imo. no. & arguit sic: si pater videreť ꝓuidisse filio tāq̄
hæredi,appellatione filij veniret nepos,quinimo veniret qui
libet hæres extraneus,nedū nepos:ita videtur probari solē-
niter in l.tale pactū.§.j.ff.de pac. Sed ipse idem Bart. met in
l.liberorū.de verb.signifi.tenet, ꝙ in cōcessionibus in termi
nis appellatione filij nō veniat nepos: ergo pater nō videtur
prouidisse filio vt hæredi.Et per hoc ipse infert,ꝙ etiā in em
phyteusi priuati filius poterit succedere, licet non sit hæres.
Sed ad ista sua dicta posset responderi, si quis vellet fugere
certamen,ꝙ Bart.in l.liberorū.deberet intelligi, quando ex
presse vel tacitè.i. ex coniecturis legitimis prouidisset filio
vt filio,nō vt hæredi.Sed tamē respōdeo magis subtiliter,&
dico ꝙ l.tale pactū.§.fi.procedit, quādo in contractu fit men
tio hæredis expresse: quo casu nomē fratris vel alterius con
iuncti videtur expressum accessoriè ad nomē hæredis. Sed
quando potest prouidere filio vt hæredi tacitè: verbi gratia,
quia aliter prouisio esset inutilis,vel in alijs casibus supradi-
ctis:tūc nomē hæredis venit accessoriè ad nomē filij expres-
sum in cōtractu: & ideo dispositio cōtractus restringitur tūc
ad filiū dūtaxat,nec habet locū in alio hærede:vt est casus in
l.auus.ff.de pac.& l.auus. de pac.do. Et si quæris,quare cùm
exprimitur nomē hæredis, & nomē filij, & nō cognationis,
habet se accessoriè ad nomē hæredis,& ecōtra? Respōdeo,ꝙ
istud est ideo,quia prouisio quæ fit alicui tanq̄ hæredi, est se
cūdùm regulas iuris,quia regulariter alter nō potest alteri sti
pulari:& ideo magis in dubio videť stipulator habuisse respe
ctum ad id quod sibi licebat de iure cōi,q̄ de iure speciali, se
cūdùm glo.no.in l. quanq̄.C.de testa.mili. & not.in l.iij.ff.
eo.Et posito sine præiudicio veritatis,ꝙ pater qui stipulatur
filio,videať sibi stipulari,etiā si nō sit hæres,ꝙ etiā in quibus
dā casib⁹ secūdū cōem sentētiā dubitať, quomodo erit cau-
tum domino cōcedenti aduersus filiū, qui non est hæres pro
solutione pēsionis,vel canonis,cùm actio personalis non vi-
deatur cōpetere contra eū, qui nō promisit canonē, licet te-
neat rem,pro qua est facta promissio: vt l.j.§.si hæres.ff. ad
Trebel.& l.fi.§.Titius.ff.de cōtrahen.emp.Et in emphyteu
si ecclesiastica dat Bal.remediū in auť.si quas ruinas.C.de sa-
crosan.eccle. quia cōpetit hypotheca cōtra tertiū possessorē:
vt in auť.de nō alie.§.scire. In emphyteusi verò priuati tangi
tur aliud remediū per modū in l.si domus.§.fin.ff. de lega.j.
qa nō soluto canone post bienniū vēdicabiť res ecclesiæ,post
quadrienniū res priuati:vt l.ij.& ibi nota.C. de iure emphy.
Sed istud remediū esset forte nimis longum,maxime vbi est
tēpus quadriennij:& ideo elegāter dicit hic Ioan. de Imo.ꝙ
filius ipse erit obligatus actione ex stipulatu ex cōtractu pa-
terno:†quod probat,quia pater recipiēdo emphyteusim pro
filijs,& promittēdo soluere canonē,videť cōtrahere nomine
suo, & nomine filiorū. hoc enim importat ista dictio, pro[a]:
vt l.fideicōmissa.& l.interdū.ff.de lega.iij.& declarat Barto,
in l.j.§.nūciatio.ff.de no.oper.nunc.& l.post dotem.soluto
matri.Vnde filius postea acceptando emphyteusim, videtur
ratificare factū patris,& per cōsequens promissionē canonis,
quā fecit pater nomine suo, & sic ex sua ratificatione erit ob
ligatus,quasi ex onere annexo cōcessioni,quā ratificauit: ar.
l.via constitui.in principio.ff.de serui. rusticorū prædio.& l.
secundùm naturam.ff.de regulis iuris. Tu dic addendo me-
liores leges,quòd sicut quando filius acquirit actionem patri
ex suo contractu, illa acquiritur cum onere, & qualitatibus
adiectis in contractibus:vt l.iij.§.ab ignoto.& l.Caius.ff. de
manumis.vt refert Angelus,allegans dictas leges in l.iij.§. si
filius. quod quisq̄ iuris.in fine. eodem ergo modo dicemus,
quòd si pater acquirit filijs ex sua promissione,acquisitio fiat
cum oneribus & qualitatibus adiectis in contractibus.Et ad
uerte,quia Baldus in c.j.circa principiū.an agnatus vel fili⁹.
ponit vnam notabilem limitationem in ista materia,& vult
quòd quando prouisio quā facit pater in persona sua est dif-
formis in aliquo prouisioni quam facit in persona filiorum,

tūc semper videtur stipulatus filijs vt filijs, non vt hæredi-
bus:alleg.tex.cum gloss.in l.Seia.in princi.ff.de dona. causa
mor.Et licet tex.ponat ibi hanc formam prouisionis glos.tñ
nisi habeam glo.corruptam,nec etiam tex.alicubi declarant,
vtrū videatur stipulatū vt hæredibus vel filijs.Dictū tamen
videtur verissimū in se, quia si videreť stipulari vt hæredi-
bus, obligatio deberet esse vniformis in ꝑsona principalis &
hæredis:vt l.ij.§.ex his.s̄.eo. ¶†Quærit etiā hic Io.de Imo.
quid si pater recipit emphyteosim pro se,& filijs, & hæredi-
bus suis:vtrū filius possit succedere,si nō sit hæres[b]: & respe
ctu alienarū ꝑsonarū,quid importēt ista verba? Et primò vi
dentur considerari duo casus, quòd aliquādo ista verba po-
nuntur in emphyteosi recepta à priuato,quę bene pōt trans
ire etiam ad heredes extraneos:aliquādo in emphyteusi,quę
solū transit ad hæredes sanguinis.Primo casu dicit ipse,quòd
ista oratio habebit effectū extensiuū & restrictiuū,nam ex-
tendetur vt comprehēdat hæredes extraneos: restringeť vt
filius nō possit succedere,nisi sit hæres.Primū probat ipse ex
his quæ habenť in l.ea tamē adiectio.de leg.ij.& ex his quę
ponit Bar.in l.Gallus.§.etiā.ff.de libe.& posthu.Secundum
probat ex tex.in l.tale pactū.§.fi.ff.de pac.& ar.l.si pactū.ff.
de proba.Sed ista dicta non videtur posse procedere.Primò
quidē, quia resultaret maxima absurditas ex ista cōclusiōe,
videlicet ꝙ magis videretur prouisum per recipientem em-
phyteosim hæredi extraneo, quàm filio:nā filius nō admitte
retur,nisi esset filius, & hæres:extraneus autem admittereť
hoc solo,ꝙ esset hæres:hoc aūt est absurdū,vt patet ex ī l.cū
acutissimi.C.de fideicom. & l.Lucius.ff.de instit. Præterea
cùm ista copulent duo adiectiua, quomodo ista duo adie-
ctiua vno respectu æque principaliter, & respectu di-
uersorum subiectorum,& alio videantur copulata respectu
vnius subiecti,hoc ipse nō probat:& regula est in contrariū,
vt plene declarat Bar.in l.si is qui circa.ff.de reb.dub.& in d.
§.etiā.Nō obstāt iura allegata per eū: quia lex, tale pactū.§.
fi.nō loquitur quādo copula fuit imposita inter duo adiecti-
ua,sed quādo vnū adiectiuū est positū ad qualificationē alte
rius: quia dixit frater & hæres: & inter ista duo est magna
differentia,vt plene declarat Bart.in l. diuus.de re iudi. Et si
dicatur,ibi succedit hæres, etiam si nō sit frater: & sic patet,
quòd illa locutio habet vim copulæ positæ inter duo adie-
ctiua,quo ad hæredem extraneū,sicut in casu nostro:nam di
co,ꝙ hoc nō est ibi virtute copulæ,sed quia qualitas & adie-
ctiuum hæredis principaliter videtur cōsiderata à disponēte.
& ideo satis est, quòd aliquis sit hæres:& eadem ratione
nō est satis,quòd aliquis sit frater,ex quo nō vocauit fratrem
nisi vt hæredē,& principaliter cōsiderauit ius hæreditarium.
Vnde simpliciter est tenēda opi.Bar.in isto casu, quam po-
suit in d.§.etiam.videlicet ꝙ filius vocetur, licet non sit hæ-
res, intellige præsupposito quòd si pater stipulatus fuisset
simpliciter filio,non videretur stipulatus vt hæredi:quod su
prà tenuit do.Io.de Imo.licet Bar.in l.iurisiurandi.§. si libe
ri.videatur tenere,quòd filius debeat esse hæres, si ꝑ ista ver
ba fiat stipulatio: contra quem tenet hic Io.de Imo. primò
in casu posito in §. si liberi. videlicet quando esset concessa
emphyteusis,quę non transit ad hæredem extraneū.Sed quā
do esset concessa à priuato, sequitur doctrinam ibi positam.
Tu autem aduerte: quia si concedimus in emphyteosi pri-
uati,quòd filius debeat esse hæres, sicut ipse vult:tunc diffi-
cile est inuenire rationem diuersitatis, cur quādo emphyteu
sis non transit ad extraneum hæredem, filius succedat, licet
non sit hæres:quia ego dico,quòd licet ista concessio trāseat
solum ad descendentes, debet tamen transire qualificatiuè,
scilicet si sunt hæredes:sicut pater stipulatus esset pro hære-
dibus suis,vel pro se,& filijs suis hæredib⁹: quo casu etiā in
emphyteosi ecclesiastica concedit Bartolus in dicto §. si libe
ri.& Bald.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pac.& Ioan.de Imo.
hic expresse,quòd filij deberent esse hæredes. Posset tamen
forte dici, licet ipse nihil dicat, ꝙ sicut si pater esset simplici
ter stipulatus filio talē emphyteusim,sicut in rem suā posset
filius succedere,licet non hæres:ita ista mentio hæredis facta
copulatiuè cū persona filij,non significat hæreditariū in his
quæ non transeunt ad extraneum vt dixi,sed posteritate san
guinis. Ista differentia probatur singulariter secundùm Bar
tolum in l.pro hærede.§.si quid tamē.ff.de acquirē.hæredi.
vbi Bartolus dicit, quòd filius facit aliquid tanquam hæres
patris, quod non pertinet ad eum iure hæreditario, sed iure
sanguinis: quòd illud verbum, hæres, impropriatur, nec
per hoc filius videtur adire. Vnde dicit Baldus notabiliter
ad propositum in capitulo primo, de eo qui sibi & hæredi-
bus

a ¶Pro. De qua dictione vide quod ꝑ Fely. habeť in c. nouit.in col.xiij.in ver.dicit hic d. Anto. post prin.versi. de iudi. & ꝑ d.Pet. Phi. Cor. in consi. cccij.inci.in hac.in litera p.in iiij. ꝑte. & in cōs.cxxxxiij. inci.viso .in lra l. ī j.parte. & in cōsi.j. inci.ꝓ decisione.in litera y. & in cōsi.c lvij.inci. ī hac. in litera f.& in cōsil.c-lxxvij. inci.circa .ī litera h.ij.parte. & in cōsi.lxxx. inci.ī minet.in litera a.in iij. parte. vbi dicit, ꝙ q̄nq̄ exponitur. i.propter. & ꝑ do. Bar.So. in cōsi. cc-xxvij.inci.præsens cōsul.vers.cōfirmā tur oīa ꝑmissa, in secunda parte.

b ¶Heres.Viđ Bar. Cep.in fin.ver.xij. q tenet opi.Bal. in l.Caius.s̄.solu.ma. qđ debeť etiā non hæredib⁹, licet ibi Ioā.de Imo. in iij. co.teneat cōtra, de quo vide etiā do. Alexā.de Imo.hic in vj.char. & qđ ꝑ Pau.de Cast.ad materiam in cōsi.clix. & ꝑ d. Alex.in cō si.lxxj.iiij.parte.

bus suis, quòd recipiẽs feudum pro se, & suis hæredibus transmittit feudum ad agnatos, licet nõ sint hæredes recipiẽtis: quia verbum, hæres, sumitur hic pro hærede sanguinis, siue pro iure sanguinis. Et in isto secundo casu dicit Ioan. de Imol. quòd per illud verbum, & hæredes, vocarẽtur alij nepotes, & descendentes vltra filios, etiam si essent hæredes recipientis: quia qualitas quę est in persona primi, censetur repetita in persona sequẽtis nominati in eadẽ ratione: vt l. Seiæ. §. Caio. & ibi plene p Barto. ff. de fund. instru. ipse tamen finaliter recedit ab ista distinctione, & concludit cum Bartol. in §. si liberi. quòd in vtroq; dictorum casuum requiritur, quòd filius sit hæres: quæ verba non mihi placent, sed simpliciter sequor dicta Barto. in d. §. etiam. & in d. §. vtrum. quæ melius probantur iure.

9 ¶ † Vltimo loco tangit hic dominus Ioan. de Imo. vnam notabilem quæstionem ad intellectum tex. in aut. de non alie. §. emphyteosis. quòd si res ecclesiastica conceditur vltra tertiam generationem, id est vsq; ad quartam inclusiuè, vtrum tota concesio sit nulla, an vero valeat in tribus generationibus, & solum annulletur in quarta:[a] super quo dixit Barto. in simi. qõ. in authẽ. qui rem. C. de sacrosanctis ecclesijs. quòd tota concesio est nulla. Mouetur primò per tex. in c. j. §. penul. de l. Corradi. Sed illum tex. do. me. dixit esse contra Bart. inquantum in vlti. opi. ibi recitata dicitur ꝙ feudũ acquiratur domino mortuis masculis, & sic datur intelligi, quòd concesio facta pro masculis valet, licet fuerit nulla respectu fœminarum. Tu potes dicere, quòd licet ibi ponatur casus similis nostro, non tamen determinatur quæstio, sed referuntur tres opi. quarum secunda facit pro Barto. tertia contra ipsum, nulla tamẽ earum approbatur expresſè, nisi velis dicere, quòd vltima videatur tacite approbata: sicut dicimus de opinione glo. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. Sed hoc affirmare est periculosum, nisi aliter constet de mente legis. Secundò adducit Bartol. rationem, quia consuetudo non extenditur vltra casum suũ: vt l. ij. §. si quis hoc interdictũ. & ibi per Bartol. ff. de iti. actuq; priua. & not. Inno. in c. j. de offi. arch. & ista ratio parum concludit, quia per eam infertur, ꝙ concesio non valet in fœmina, vel in quarta generatione, sed per hoc non sequitur, quòd non valeat in tertia generatione concessa. Cùm igitur vitium & inhabilitas respiciat solum quartam generationem, videtur quòd in alijs generationibus valeat concesſio, etiam si propter vnitatem sermonis & temporis ista concesio posit dici vna aliquo modo. Casus est in l. si duo rei. s. cod. vbi licet stipulatio duorum reorum aliquo modo posit dici vna, vt ibi fuit dictum, nihilominus propter vnam personam inhabilem non vitiatur tota stipulatio, quia reuera tot videntur esse concesiones, quot sunt personę, quibus fit concesio: vt l. scire debemus. §. eo. & melius in d. l. si duo rei. Pro ista cõclusione facit text. in si. in l. à primo. & l. iij. §. final. ff. de libe. & posthu. in quibus legibus patet, quòd præteritio facta à secundo gradu non vitiat primum gradum, si in eo fuit facta exhæredatio: & tamen fit ibi prouisio diuersis personis succesiuè circa eandem rem, sicut in casu nostro. Si tamen ex aliquibus coniecturis posset constare, ꝙ vel recipiens non fuisset recepturus emphyteosim, vel dans non fuisset concessurus, nisi vsq; in quartam generationem, posset procedere opinio Barto. quam videtur hic sequi Ioan. de Imol. per ea quæ habentur in l. quod autem. in fin. cum l. sequen. ff. de in diem addic. & l. si quis aliam. & ibi per Barto. in fin. ff. de solu. & per eundem in l. cum vsusfructus. ff. de vsufructu lega. Posset autem adduci inter alias coniecturas, si ex consuetudine soleret constitui maior concesio, quando fieret concesio in vlteriorẽ gradum. Et licet Baldus in authẽ. si quas ruinas. C. de sacrosanctis ecclesijs. & do. me. in l. j. §. si quis ita. s. eod. sequendo primam conclusionem, quã s. tenui, dicant quòd opinio Barto. est contra text. in authẽ. de non alienan. §. neq; cum reuerentia. ille text. faciliter potest euitari: ibi enim non erat facta inuestitura pluribus succesiuè eodem tempore, sed fuerat concessa emphyteosis legitimę vsq; in generationem licitam cum pacto de renouando in quartam generationem, & deinceps. Vnde non est mirũ, si valet concesio primò facta, licet annulletur pactum de renouando: quia istæ sunt duę species contractus diuersæ: aliud est ẽm cõcedere emphyteosim, & aliud promisio de concedendo: vt l. secunda. C. de pact. inter empto. & vendi. & per Barto. in l. final. §. licet. ff. de publica. Quòd igitur vnus contractus diuersæ speciei posit stare de per se, licet alter cõtractus sit null⁹, hoc est rationabile, quia ex diuersis nõ fit illatio. Sed ꝙ vna species cõtractus maxime facta eodẽ tpe in diuersis tẽporibus simul vel succesiuè remaneat ex parte valida, & ex parte non, hoc est difficilius, & tenebis menti illum textum singularem in iure, quia per eum deciditur clare secundùm Ang. ibi, quòd res quæ non potest alienari in perpetuum, vel ad longum tempus, non potest concedi ad modicum tempus cum pacto de renouando: & ita aliàs cõsului in ciuitate Ferrariæ pro episcopo Ferrarien. licet Baldus teneat contrà in l. voluntas. C. de fidei commiss.

¶ † Sed quærit do. me. in d. §. si quis ita. vtrum si ecclesia locat esse suum, vltra tempus concessum à consuetudine, valeat locatio, saltẽ pro tempore permisso: & dicit quòd non, referens ita tenere Bartolũ in consilio suo, quod incipit, visa quadam constitutione. & Lapum allegatio. sua lxxx. Mouetur prædicti doctores, quia recipiens non præsumitur pro minori tẽpore fuisse recepturus: quod dictũ est verũ indubitanter, quando hoc cõstaret ex aliquibus cõiecturis, vel ex qualitate rei concessæ; verbi gratia, si locat sylua cędua pro sex annis, & locatio non poterat fieri, nisi pro quinq;, tñ sylua nõ posset cędi, nisi sexto anno: tunc ẽm manifestũ est, ꝙ quia conducẽs pro quinquẽnio remaneret sine fructu, nõ videtur pro illo tẽpore fuisse conducturus. Sed vbi singulis annis perciperentur fructus, vel possent percipi semel infra tempus concessum à consuetudine, tunc ipsi non probant ꝙ in dubio conducens non fuisset conducturus pro minori tempore: nec habet locum tunc l. qđ aũt. in fin. de in di. addic. & ideo videretur dicendum, ꝙ valet locatio pro tempore concesso, si tot essent locationes quot sunt anni, per ea quæ dicta sunt in quæstione præceden. Sed quia Bar. tenet in l. si seruus cõmunis. §. fina. de stipu. seruo. ꝙ pro omnibus annis intelligatur vna locatio: probabilius est dicere, ꝙ totus contractus sit nullus. Pro qua conclusione adduco tibi tex. no. in cle. j. versicu. si nautẽ. de reb. ecclesia. non alic. vbi probatur expresſè, ꝙ quamuis permittatur ecclesiæ locare ad modicũ tempus, si tamen ecclesia locat ad magnum tempus contra prohibitionem canonis, non valet loatio in aliquo. Sed forte posset responderi[a] ad illum text. quòd illud habeat locum, quãdo ex locatione ad maius tempus acquireretur conductori plus iuris, quàm si esset facta locatio ad minus tempus: tunc eam conducens non præsumeretur esse cõducturus ad minus tẽpus, ex quo pro rata temporis non quæritur sibi idem ius, & ita propric loquitur ille tex. quia locatio facta ad magnum tempus constituit ius in re: vt l. j. §. j. & ibi per Bart. de superficie. quod non facit locatio facta ad modicum tempus: vt l. non solet. ff. loca. & l. si quis ante. & ibi no. ff. de acqui. posses. Dicerem tamen idem, etiam vbi non acquireretur diuersum ius, ex quo locatio pro omnibus annis cẽsetur vna, per ea quæ habentur in dicto §. si stipulanti. per Moder. & quæ ponit Bart. in simi. in l. j. C. de errore calcu. & l. j. C. si aduer. rem iudi.

[a] ¶ In quarta. Vide omnino d. Alexã. de Imo. hic ad fin.

SVMMARIVM.

1 ☞ In libello cũ petitur tota res respectu iuris alicuius, quod deficit petenti, petitio non debet fieri simpliciter, sed cum expresione causæ, quia debet quis petere rem, vt suppleatur sibi qđ deest.

2 In obligatione rem dari, non extinguitur obligatio nec actio prima, si aliquid deficit ipsi actioni.

3 Ex obligatione rem dari, quandocunque res debetur, obligatur dare debens ad cauendum de euictione.

4 Debitor non tenetur ex contractu stricti iuris cauere.

5 Stipulator potest contra adiectum in stipulatione agere actione mandati ad petendum ab eo id quod fuit ei solutum.

6 Rẽ qui ab alio emit, vel eam ex alio titulo habet, ex quo sibi daretur regressus de euictiõe, si donat hanc rem alteri, an teneatur de euictione.

7 Insinuatio in donatione remuneratoria nõ requiritur, nec reuocatur per ingratitudinem.

IVlianus. Adiectio nominis proprij hæredis in stipulatione facti est superuacua ex parte promissoris. hoc dicit. ¶ In glo. polita super verbo, Titio. ibi: superuacuæ &c. Gl. ista, vt dicit Ioan. de Imo. videtur sentire, quòd stipulatio ista committatur, etiam si alij hæredes prohibeant: multo clarius hoc sentit etiam l. quã alleg. videlicet in l. eum qui ita. §. j. s. cod. in qua sine dubio persona hæredis nominati per nomen proprium totaliter subtrahitur: & est perinde, ac si quis promisisset pro se, & hæredibus suis. Bartolus autem in l. continuus. §. fina. j. eo. in vltima colum. intelligit quòd hæc stipulatio committatur, si hæres nominatus per nomen propriũ prohibeat ipse: & hoc videtur sentire gloss. sequens in verbo, cohæredes: dum dicit, quòd isti cohæredes repeterent ab illo qui fuit nominatus per no

me proprium per iudicium famil. erciscun. id quod solueret, quod non esset verum, si ipsi conuenirentur ex prohibitione propria: vt l. inter cohæredes quod ex facto. ff. famil. erciscun. & ista lectura videt̃ verior, quo ad istum tex. quia secũdùm eam nil est subaudiendum ad literam. Sed secundùm aliam esset subaudiendum, dum dicitur, etiam cohęredis eius. s. prohibeant, licet Io. de Imol. per primã gl. s. inductam videatur tenere aliam expositionem: de hoc tamen dicemus plenius in d. §. fin. Paul. autem de Castr. hic videtur velle, ꝙ de necessitate text. iste in fin. debet intelligi quando hæredes alij prohiberent: quia si hæres nominatus per nomen proprium ipse prohibeat, ex dolo ipsius alij non poterunt conueniri: vt lege, in depositi causam. l. sequent. suprà depositi. Sed ista conclusio est contra casum expressum in l. ij. §. item si in facto. etiam allegata in gloss. & in dicta l. inter cohæredes. §. item si in facto. Non obstat text. in l. in depositi. qa ibi loquit̃ in obligatione, q̃ in sua obligatione primitiua nõ est indiuidua natura sui, sicut obligatio, de qua hic dicit, & in §. interesse si in facto. Pro cuius intellectu vide ea quæ ponit Bart. in l. iiij. §. Cato. s. eodem.

Qui fundum. Si aliquid deficit quod est præstandum occasione rei, quæ debet dari, potest agi actione ex stipulatu ad rem, vt illud præstetur, si agentis interest: aliàs non. h. d. Secunda est ibi: nam interest. Tertia ibi: sed si donationis. ¶ † Nota primò, quòd quando tota res petitur in libello respectu iuris alicuius, quod deficit petenti, petitio non debet fieri simpliciter, sed cũ expressione causæ, quia debet quis petere rem, vt suppleatur sibi quod deest, & hanc doctrinam tradit hic Bart. per istũ text. & l. eleganter. §. non solum. de dolo. & l. iij. §. si reddita. iuxta finem. ff. cõmoda. Et licet forma istius libelli sit clarior & securior, glo. tamen tua in princip. glo. magnæ videtur sentire, quòd possit peti res simpliciter, etiam non adiecta alia qualitate: & hoc videtur probare tex. in lege, etiam, infrà, de solutio. Et hoc videtur sentire Bartol. in simili quæstione in lege, qui seruum. §. fina. suprà eodem. vbi dicit, quòd quamuis re perempta possit peti res cũ protestatione, quòd petens intendit consequi æstimationem: iuxta leg. iij. ff. de confessio. si tamen petitur rẽs dari, simpliciter procedit libellus, & fiet condẽnatio ad æstimationem, si constat in processu rem esse peremptam. Sed ad illam doctrinam posset responderi, quòd ideo potest sequi condemnatio in illo casu, quia id quod est præstandum, videlicet interesse & æstimatio, subrogatur loco eius quod est petitum: vnde in eo in effectu videtur fieri condemnatio: sicut declarat Barto. in lege, stipulationes nõ diuiduntur. suprà eodem. in vltima char. & l. j. in princi. ff. de action. empt. Sed hic id quod est supplendum in traditione iam facta, non videtur subrogari in loco rei petitæ, sed potius deesse ei quod est petitum. Credo tamen, quòd iste libellus potest defendi, quia qui petit totum, potest obtinere in parte, licet totum deberi non probet: lege, qui solidum. in principio. ff. de lega. secũ. Qui ergo petit sibi dari rem, licet nõ possit obtinere respectu totalis datiõis, videtur posse obtinere respectu eius quod deest: & ad hoc adaptantur verba text, in dicta l. etiã. ¶ † Secundò not. quòd in obligatione rem dari non extinguitur obligatio, nec actio prima, si aliquid deficit ipsi dationi: de quo in lege, si hominem. & lege, cùm quis. §. si hominem. infrà, de solutio. & plene per gloss. ordin. in lege, eleganter. §. non solum. ff. de dolo. & per Cynum, in lege, exhibitionis. C. ad exhibendum. quod etiam aliqui Moder. tangunt hic diffusius. Et debes etiã scire notabiliter ad intellectum literæ nostræ, quòd quamuis prima obligatio duret etiam ad agendum de euictione, si dominium non fuit trãslatum in recipientem, vbi est in obligatione rem dari: vt lege, qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg. iij. & lege, si quis aliam. infrà, de solutio. Illud est verum, nisi cautio sit interposita pro euictione, qa tunc tollitur pristina obligatio totaliter: vt est casus vnicus in iure in lege fina. ff. de condi. ob caus. per quem ita decidit Bart. in dicta lege, si quis aliam. vbi perfecte loquitur de materia. & idem dicit in lege, cùm quis. §. qui hominem. eodem titul. & hoc vltimum dictum allegat hic Paulus de Cast. ¶ † Tertiò not. quòd vbicunque ex obligatione, rem dari, res debetur, obligatur dare debens ad cauendum de euictione, & conuenitur ad hoc actiõe pristina: quia vt suprà dixi, ex quo aliquid deest, non est sublata obligatio ad rem dari. ¶ Sed quærit hic Paulus de Castro, ad intellectum literæ, quare non agitur de directo in his iuribus, vt præstetur cautio, ex quo in permissione de dando rem hoc continetur. † Et respondet, quòd in cõtractibus stricti iuris nihil venit, nisi quod est expressum in stipulatione: vt vidisti in lege, quicquid astringendæ. suprà eodem. Sed obligatio, rem dari, & promissio de dando aliquam rem ex proprietate verborum non continet præstationem cautionis, inquantum esset alia res separata ab eo quod licet dari. & ideo oportet quòd petatur tanquam pars rei, quę fuit expressa in stipulatione. Vnde in actione bonæ fidei posset agi de directo ad cautionẽ præstandã: vt l. ex empto. §. pe. s. de actio. empti. Sed contra hoc facit, quia licet actio ex testamento sit stricti iuris, habet tamen instar bonæ fidei: vt lege, in minorum. C. in quibus caus. &c. & tñ si petitur cautio de euictione pro legato esset agendum prima actione: vt dicit tex. in lege etiam præallegata, quod non esset si vera esset consuetudo prædicta. & ideo est cogitandum, & forte potest dici aliter, vt dicam in seq. quæstio. † Sed videtur mirum, præsertim in cõtractibus stricti iuris, quòd possit agi vt præstetur cautio de euictione: qa regulariter debitor ex contractu stricti iuris non tenetur cauere: vt l. in omnibus. & ibi no. ff. de iudi. & plene per gl. & ibi per Bar. in l. ij. in prin. sol. matri. Sed potest responderi, quòd speciale est in cautione euictionis propter naturam dationis seu traditionis, quæ fit ex aliquo cõtractu, ex quo debetur euictio: quia ille qui tenetur dare vel tradere, videt̃ ad hoc vt traditio sit efficax, & valida, obligatus facere, quòd ille cui est facta datio vel traditio, sit securus in omnem euentum: & licet ex natura ipsius cõtractus etiam si non esset interposita cautio deberetur euictio, per hoc tamen non minus debet interponi cautio, secundùm Ioã. de Imo. quia interest mea habere plures actiones: vt Insti. de actio. §. sic itaque. quę ratio esset bona in contractu emptionis & venditionis, in qua concurreret actio ex empto cum actione ex stipulatu secuta euictione. Sed in casu l. nostræ vbi est in obligatione rem dari, interposita cautione euictionis, actio prima esset extincta, ex qua poterat dari de euictione: vt suprà declaraui. esset ergo tunc ratio, quia obligatio specialiter facta sub nomine euictionis videretur efficacior, vel saltem clarior, ex quo specifice interponitur super hoc. ¶ † Quartò not. & semper tene menti ibi: qui in mandati actione &c. quòd stipulator contra adiectum in stipulatione potest agere actione mandati, ad petendum ab eo id quod fuit ei solutum. & ex hoc sequitur, quòd adiectus videtur habere mãdatum de recipiendo solutionem, & sic cẽsetur etiam procurator stipulatoris. Sed hoc videtur falsum, & contra tex. in l. vero procuratori. j. de solu. §. interdũ. Sed doct. dicunt sequendo gloss. Insti. de inuti. stipul. §. si quis alij. quòd aut adiectus est præsens tempore stipulationis, & tunc resultat tacitum mandatum: vt l. qui patitur. s. man. Aut est absens, & tunc non oritur actio mandati, sed tenetur actione neg. gest. quasi mandatum absente procuratore non videtur perfectum. Si tamen adiectus, qui est absens, prius erat procurator domini generalis, tunc teneretur adiectione mandati, virtute mandati præcedentis, secundùm Bar. hic. Sed cùm tex. in §. si quis alij. simpliciter dicat, ꝙ contra adiectum competit actio mandati, & similiter hic ista distinctio nimis restringit ista iura. Vnde ne restringamus ista iura, potest dici simpliciter, quòd dummodo solutio fiat adiectio scienti se esse adiectum, semper competit actio mandati, quia speciale est in contractu mandati, quòd possit constitui procurator, licet sit absens, etiam si non interueniat nuncius vel epistola: ita videtur probari in l. j. in fi. cum l. seq. ff. de procura. per quem tex. ita not. decidit Bald. in l. j. in princip. ff. eodem titul. Non obst. tex. in l. vero procuratori. §. interdum. quia dico, quòd adiectus non est proprie procurator, ex eo quia mãdatum eius non potest proprie reuocari: vt l. aliud. j. de solu. & plene fuit declaratum in l. liber homo. §. fin. s. eodem. Cùm enim in contractu vel tacite vel expresse apponitur pactum contra substantiam contractus, si potest fieri, illud pactum facit, quòd sit digressio ad aliam speciem contractus. l. vbi ita donatur. & ibi probatur. ff. de donatio. causa mort. Sed quia iste est alius contractus, habet eundem effectum pœnæ quo ad omnia, quem habet contractus mandati, dicemus quòd cõpetit actio mãdati: & forte non esset absurdum dicere, quòd competeret actio, vel vtilis, ex quo non est proprie mandatum. Et vtrum adiectus possit conueniri actione mandati, vide bonum text. in l. si cùm Cornelius. j. de sol. & quod not. Bart. in l. j. ff. de pact. & tex. cum glo. in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. insti. ¶ † Vltim. not. quòd ille qui emit rem ab alio, vel habet eam ex alio titulo, ex quo sibi daretur regressus de euictione, si donat hanc rem alteri, & non tenetur de euictione, quia donatio incipit à traditione, quamuis res postea à donatario euincatur, donans non potest agere de euictione, quia sua non interest: & sic determinatur hic quæstio, quam posuit gloss. in l. si proprie. §. fin. ff. de euict. secundùm Bartol. & Modern. ¶ In gloss. vlti. posita super verbo, liberari. ibi: non tenebitur de euictione &c. Ex hac gloss. & ex text. deciditur expresse quæstio, quam posuit gloss. in l. si pro te. §. fin. ff. de euictio. dum voluit, quòd si ille qui emit rem, donat eam alteri, & res euincatur à donatario, qui non habet regressum de euictione contra donantem, emptor nõ poterit agere de euictione contra autorem suum, quia sua nihil interest. Et hoc concedunt quidam in donatione simplici: sed in donatione remuneratoria dicunt, quòd poterit agi de euictione per l. idemque. §. fin. ff. manda. vbi probatur, quòd ille qui recipit donum ex causa remunerationis, videtur soluisse in effectu pecuniam: & ideo habet regressum contra principalem debitorem, sicut si soluisset: per quæ verba de necessitate importatur, quòd etiam donatarius habeat regressum de euictione contra donantem: quia si ipse non haberet regressum, emptor qui non posset conueniri de euictione, non videretur posse agere de euictione, ex quo nihil interest: & sic esset eadem ratio, quæ est in simplici donatione. & secundùm hoc habes singulariter limitare tex. in l. Aristo. ff. de dona. videlicet quòd non habet locum in donatione remuneratoria, quia pro ea potest agi de euictione, & potest probabiliter sustentari ista conclusio, tum quia iura loquentia de donatione simplici non extenduntur ad donationem remuneratoriam, etiam si agatur de fauore donationis: vnde pactum nudum de donando non habet locum in donatione remuneratoria, vt singulariter tradit Bartol. in l. iuris gentium. in principio. ff. de pactis. ¶ † Item non requiritur insinuatio in donatione

a b tione remuneratoria,[a] nec reuocatur[b] per ingratitudinẽ: vt patet ex not. in d. l. Aquilius Regulus. & l. pater. in fi. de dona. & per Bal. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. Est igitur ista donatio remuneratiua magis similis donationi in solutũ, quàm donationi simplici: & ideo debetur euictio, iuxta not. in l. eleganter. in prin. ff. de pig. act. & l. libera. C. de sen. Dicit tñ Bar. hic, ꝙ si emptor qui donat, cedet omne ius qđ habet contra suum autorẽ donatario, tũc posset fieri denũciatio autori donãtis ꝑ donatarium, & contra eum agi de euictione: allegat tex. not. in l. si res quam. ff. de euict. quẽ tex. etiam allegat Bal. in c. j. de inuestitura. de re aliena facta. Licet autẽ possit agi de euictione isto casu actione ex empto, non tamen poterit cõmitti stipulatio duplę secundũ eũ: quia illa nõ committitur, nisi quã do res euincitur à stipulatore, vel ab hærede eius, non autem à singulari successore: alleg. tex. in l. si cũ venditor. §. si secundus. ff. de euictio. Et licet primum dictum approbetur communiter à Moder. nõ tamẽ videtur verũ punctualiter, per ea quæ dicuntur in hoc secũdo dicto per eundẽ Bart. quia si euictio non cõmittitur, nisi in eum casum, in quo deberet cõmitti, si res esset penes emptorem, ergo non cõmittitur isto casu: quia ex quo res non euincitur ab emptore, vel ab habente regressum contra eum, in isto casu non competeret regressus de euictione: vt est conclusum in præcedentibus. Cùm igitur ius cessum sit ius conditionale, qđ purificatur solum in casibus, in qbus cõpeteret actio de euictione emptori, ex quo isto casu ipsi actio nõ cõpetit, quomodo potuit trãsferre in alterũ virtute cessionis ius, quod sibi non competeret, si non fuisset cessum: cõtra l. nemo plus iuris. de reg. iur. Vnde licet cõcedẽdũ, ꝙ ius denunciandi & regressus de euictione possit cedi secundo successori, qui haberet regressum contra primum: illi tamẽ qui secuta euictione non haberet regressum cõtra primum, non videtur posse cedi: quia isto casu tale ius cedendi non cõpetit. Vnde intelligo tex. d. l. si res. qui loquitur de legatario in casu, in quo legatario competeret regressus de euictione: iuxta not. in l. cum alienam. C. de legi. Nec potest dici ad defendẽdum opi. Bar. ꝙ ille qui cedit omne ius donatario, quod habet, videatur velle ꝙ perinde sit, ac si res euinceretur ab ipso vt committatur euictio: nam nõ est in potestate hominis fingere aliquid haberi pro tali, nisi quatenus lex permittit, maxime ad tollẽdam dispositionẽ iuris: vt l. si forte. in princi. ff. de castrẽ. pecu. & l. codicil. §. fi. ff. de leg. ij. & not. Bartol. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Cùm igitur lex nostra velit, ꝙ isto casu non possit agi de euictione aduersus venditorẽ, quia res non est euicta ab emptore, vel ab eo qui habet regressum cõtra eum, fingere ꝙ res videatur ab emptore euicta, non est in potestate emptoris, vt s. ostendi: nam si esset in potestate, sequeretur ꝙ isto casu committeretur stipulatio duplæ. Bar. negat, cuius opinionem ego suprà tenui. Contra secundũ dictum insurgit Io. de Imo. dicẽs ꝙ ista conclusio est cõtra tex. in l. si pro re. §. fin. cum l. seq. ff. de euict. vbi probatur, ꝙ si res euincitur à marito, cui erat res data in dotẽ, cõmittitur stipulatio: quoniã propriè à nullo res cẽsetur euicta, non à secundo successore: quia cũ autor eius soluerit æstimationẽ, & ipse habeat, nihil põt dici euictũ ab eo: ita probat text. no. in l. si seruus. §. Iulianus. ff. eo. titu. nec rursus põt dici res euicta à primo successore, quia lis nõ fuit mota cõtra ipsum, nec ipse fuit condemnatus nomine ꝓprio, sed procuratorio. Sed ista dicta non videtur esse vera: quoniam ex quo primus successor erat procurator in rem suã, satis dicitur condẽnatus nomine proprio, ex quo damnũ sentẽtiæ pertinebat totaliter ad eum: ita probat tex. in l. ij. §. fi. cum l. seq. ff. ad Velle. Nec potes dicere euadẽdo, ꝙ ficte cẽsetur condenatus nomine proprio, & nõ verè, & sic stipulatio nõ trahetur ad casum fictum: vt l. iij. §. illud. & ibi per Bar. ff. rem pup. sal. fo. quia hoc videtur cõtra tex. in l. aliquando. in prin. ff. ad Velle. vbi probatur, ꝙ quãdo obligatio alteri⁹ effectualiter pertinet ad alium, ille qui obligat se nomine alterius, verè dicitur obligatus nomine proprio: ergo procurator in rẽ suam vere dicetur condẽnatus nomine proprio. & ista ratio impugnat etiam dictum Bar. inquantũ vult, ꝙ ille qui fuit stipulatus duplã, non intelligatur condẽnatus nomine proprio, nec res intelligatur euicta ab eo. Vnde intellectus illius l. est valde dubius. Possumus tamẽ dicere, ꝙ intellectus Bar. sit verior ad illũ §. videlicet ꝙ secundus successor propriè sit condẽnatus, & non primus: quia non põt negari, ꝙ obligatio quæ nascitur ex sentẽtia de directo, obligat secundùm emptorem, & primũ procuratorio nomine proprio. Nõ obst. iura in contrarium alleg. quia illa iura loquuntur, quo ad videndum, vtrum obligatio sit valida, vel non, in qua consideratione magis habetur respectus ad effectũ obligationis, quàm ad ipsum ius, quod formaliter deducitur in esse. Nos autem sumus in stipulatione, in qua nõ quæritur, vtrum valeat stipulatio, sed quid comprehendat ex proprietate verborum, secundùm quam non est dubium, quòd ille dicetur proprie condemnatus, in quem ius obligationis de directo est ortum & fundatum: quod est singulare dictum ad limitationẽ prædictorum iurium. Non obst. text. in l. si pro re. §. fina. quia vel potes dicere, quòd stipulatio duplæ cõmittitur ibi vxori, post quàm maritus egit de euictione contra ipsam, & ipsa fuit cõdemnata ad lit. æstimationem, & ad duplam, ipsi marito: sicut enim si res euincitur ab emptore, committitur stipulatio duplæ: ita si emens soluat æstimationem lit. vt probat text. in l. si seruus. §. Iulianus. vlti. responso. ff. eo. titu. Mulier autẽ refundendo marito id quod amisit, satis dicitur soluere litis æstimationem in effectu, licet non ita formaliter, sicut possessor, qui conuenitur & offert litis ęstimationem: ista responsio est tutior. Vel potes dicere, quòd ideo ibi ex sola sententia lata contra maritum committitur stipulatio duplæ ipsi vxori contra venditorem: quia maritus conuentus videtur condemnatus non solum proprio nomine, sed tanquã procurator vxoris. Vnde ipsa mulier in effectu videtur condemnata: ita not. declarat Gul. de Cu. in l. de dic. §. qui mulierem. ff. qui satisd. cogan. & sequitur Baldus in l. doce ancillam. C. de rei vẽdica. Sed ista responsio non est sine dubitatione: quia Bartol. in dicto §. qui mulierem. hoc negat, & dicit quòd sententia lata contra maritum non præiudicat vxori, nisi ex scientia, & patientia vxoris: de qua in l. sæpe. de re iudica. quo casu non esset dicendum, quòd mulier propriè videretur condemnata, vt committeretur stipulatio: quia si sic esset, etiam in §. si respectus. deberet committi stipulatio primo emptori, quia sentẽtia fuerat lata contra secundum, non solum ipso sciente & patiente, sed agẽte causam pro secundo. Vnde prima solutio est tutior. Franciscus Aretinus.

[a] ¶ Remuneratoria. Vide tñ d. Bar. So. in cõsi. ccxv. inci. vi sa ꝓdicta. ver. cõfirmo ẽt. circa med. in ij. parte. ꝙ donatio remuneratoria inquãtũ excedit merita donatarij, dicitur propriè donatio, & debet insinuari. & adde qđ ꝑ eũ in cõsi. xlviij. inc. in ꝓnti. in j. parte. & in cõs. lxviij. inc. circa primã. circa princi. & ver. itẽ videtur fuisse. cũ ver. seq. & in cõsi. lxviij. ici. frustra. ver. sed ꝑmissis. circa fin. ea. parte prima.

cui plus ꝗ.per l.Fal.ponendo exēplum,quando quantitas eſ
ſet ſoluta legatario,quæ poſtea eſſet reddēda virtute ſtipula-
tionis:& tunc etiā ex prima ſtipulatione,ſiue ex prima com-
miſsione ſtipulationis ſoluitur id quod deuenerat ſimpliciter
in ſtipulatione:& tamē ſtipulatio iterum cōmittitur:nec cre-
do Bart.aliter intellexiſſe,niſi vt dixi:quod patet, inquantū
in diſtinctione ſua alleg.l.venditor.ad iſtud propoſitum, cui
tamē reſpondēdo prius in oppoſitione ipſe reſpondet, ꝙ ſti-
pulatio iterum non committitur,quia committeretur pro ea
dē re,vel pro eodē intereſſe,pro quo prius erat totaliter ſatiſ-
factū.Secundò adde,inquantum Bar.& Ang.hic volunt, ꝙ
ſtipulatio pœnalis committitur ſæpius,quādo apponitur fa-
cto iterabili,vel loco particularis intereſſe:per l.prædia.ff.de
actio.empt.intelligendo quando ſtipulatio pœnalis non no
uauit præcedentē:nam Ioan.de Imol.hic videtur reprehēde
re iſta dicta:primò per l.ſi duo.§.fin.alleg.hic in gloſ.ſecundò
per l.ſi quis ita ſtipuletur.ſ.eo.cum ſi.& dicit ꝙ illę leges ine
ptè allegantur per eos,quia non loquuntur quādo ſtipulatio
ſemel commiſſa poſsit iterum committi:quæ eſt quæſtio no-
ſtra.Sed ſolum dicunt,ꝙ pro vna ſtipulatione ſemel commiſ
ſa, ſi ſtipulatio pœnalis non nouat præcedētē, poteſt agi ad
intereſſe,quatenus excedit pœnā.Vnde illæ leges non vidē-
tur facere:primò,quia non agitur ibi de committēda ſtipula-
tione de nouo:facilius autē conceditur,ex quo prima obliga-
tio nō eſt nouata,ꝙ pro ſtipulatione ſemel commiſſā agi poſ
ſit ad intereſſe,quatenus excedit pœnā,ꝗ concedatur ꝙ vna
ſtipulatio committatur pluries:vnde nō videtur eſſe eadē ra-
tio in caſu noſtro.Pręterea vltra ipſum, dato ꝙ per illas ll.ꝓ
baretur,ꝙ ſtipulatio poſsit iterum cōmitti ad intereſſe,nō ta
mē ſequeretur,ergo iterū poterit cōmitti ad pœnam,quę ſub
rogatur loco intereſſe:quia in pœnis procedimus ſtrictius,ꝓ
pter odium ipſarum. Vnde in multis caſibus eſt differentia
vtrum quis ſtipuletur pœnā,vel intereſſe:vt patet ex notatis
in l.cùm ſtipulatus ſim à Proculo.& l.ſi inſulā.†Et ideo ipſe
tenet,ꝙ pœna ſemel commiſſa non cōmittatur amplius:quia
de prima contrafactione intelligitur eſſe ſenſum:argum.l. bo
ue.§.hoc ſermone.ff.de verbo.ſignifi.& l.hæc conditio.ff.de
condi.& demon.Tu autem aduerte,quia leges per quas ipſe
ſe fundat,non probant iſtam concluſionem:quoniā ſicut de-
claraui in voce manifeſta, eſt ratio differentiæ inter pœnam
contēptus, & pœnā quæ apponitur loco intereſſe: quia cùm
iſto caſu ſecundo partes videātur appoſuiſſe pœnā pro ſuo in
tereſſe,de mente ipſarum videtur eſſe,quòd quatenus & quo
ties intereſt,toties cōmittatur:quæ ratio non habet locum in
pœna contēptus.Vnde facilius reſtringitur ad primā contra-
factionē:& per hoc reſpondetur ad l.boue. cum alijs ſimili-
bus.quia ſicut ex mente contrahētium,quādo agitur de inter
eſſe,& non de pœna,ſtipulatio nō intelligitur de prima vice:
vt eſt caſus hic,& l.ſi procurator.j.rem ratā habe.ita etiā po-
terit dici in ſtipulatione.Pro concluſione do.Ioan.videtur ca
ſus not.l.quod dicitur.in fin.ff.de euictio.vbi iuriſconſultus
dicit,ꝙ in caſu illius l.ideo ſtipulatio duplæ,quæ eſt pœnalis,
pluries cōmittitur,quia cēſentur eſſe plures ſtipulationes:&
ſic datur intelligi,ꝙ vbi eſſet vna ſtipulatio,vt in caſu noſtro,
non committeretur pluries pœna:ſi tamen iterum contra-
fiet,committetur ſtipulatio ad intereſſe.& hoc tenet Bal.ex-
preſſe in l.quidem.ſ.de tranſactio.ſed ipſe loquitur, quando
prima ſtipulatio ſeu obligatio non eſt nouata propter clauſu
lam, rato manente contractu.Idem tamen caſus eſt in effe-
ctu,ſiue obligatio non nouetur ex iſta cauſa, ſiue quia tacitè
ita videtur actum inter partes.Et iſta opin.eſt magis conſona
legibus

legibus hic allega.per Barto.quæ dicunt ꝙ vltra pœnam pōt peti inter esse,non alia pœna.Et ad materiam istā adde vltra doct.quòd licet pœna legalis toties committatur,quoties iteratur idem factum:vt traditur in l.inficiando.§.infans.ff.de furtis.vbi probatur hoc esse verum in pœna imponenda ab homine:secus si pœna imponatur ipso iure,intelligo quando plura facta sunt cōtinuata:ita decidit singulariter Ioannes Andreas in regula,delictum personæ.de regulis iuris.in sua mercu.& sequitur Baldus in l.si quis non dicam rapere.de episc.& cleri.Et adde ad prędicta,secundū Ioā.de Imo.quòd ea quæ dicta sunt in stipulatione,quæ sæpius committitur ad interesse sunt vera,etiam si interesse sit expresse promissum per partes,quia videtur esse eadem ratio,ex quo sub ea forma promittitur,qua inerat tacite ex dispositione l.allega.l.si non rectè. C.de fideiusso.Tu vide tex.pro ista cōclusione in l.stipulationes non diuiduntur.s̄.eod.vbi probatur secundùm intellectum Paul.de Castr.qui est verissimus,quem ipse posuit in l.cùm stipulatus sim à Proculo.s̄.eo.& ego retuli in l.insulam.s̄.eod.quòd dispositio legis quæ fit de interesse,quod potest peti ex dispositione legali,habet locum etiam in interesse,quod expressè deducitur in conuentione partium.Si autem interesse fuisset promissum sub certa quantitate:tunc esset eadem ratio quæ in pœna,& in effectu diceretur pœna subrogata loco interesse,secūdū eū. Pro quo vide tex.cum glo.in l.fi.j.de præto.stipu.& quod no.in l.ij.§. fi.ff.qui satisd.cog.

5 †In glo.posita super verbo,hæredis.ibi:si non dicatur &c.hanc glo.impugnāt Vltramontani,quos refert & sequitur Cy. in l.veteris.C.de contrah.& commit.stipul.per l.qui in futurum.§.j.ff. de pact.vbi videtur probari satis clarè,ꝙ stipulatio vel promissio continēs factum negatiuum,non transit ad hæredes actiuè & passiuè[a]:fatentur tamē isti,ꝙ si præcedit contractus,qui de sui natura transeat ad hæredes,tunc stipulatio transibit contra hæredē,& ad hęredē actiuè:ita intelligunt text.in l.inter stipulantem.in prin.s̄.eo.& l.emptorē.§.qui autem.ff.de actio.emp.Sed contra istud dictum,qđ cōmuniter approbat̄, multū facit tex.in d.§.qui autē.nā si pro illis quis videt̄ promittere, pro quibus tenetur ex natura cōtractus,ergo in d.§.qui autē.ille qui promittit emptori simpliciter habere licere,videretur promittere pro quocunq; extraneo:quia vēditor tenetur defendere emptorē à quacunq; persona:vt ibi dicit glo.in ver.omnes.& tñ dicitur in d.§.qui autē.ꝙ nō tenetur,nec dicitur ibi ꝙ stipulatio interposita simpliciter transeat ad hæredes,quia si bene inspicias formā stipulationis ibi promissæ expressè per se,& pro personis ab eo veniētibus.Sed ad hoc potest responderi,ꝙ sola natura contractus non inducit hoc,sed coniuncta cū alio bene inducit, videlicet quia hæres repręsentat personam defuncti:& sic aliquo modo potest dici promisisse,inquantū videtur esse persona promittens. Vnde credo istam conclusionē esse verā,quia regula vulgaris est, ꝙ stipulatio interposita super contractu sortitur naturā ipsius:vt l.j.§.si sub conditione.ff.vt le.no.caue.& l.stipulatus.ff.de vsu.Bar.tamē reprehēdit istā opi.& aliā opi.quæ fuit Iac.But.& Gul.quæ facit differentiā,vtrū verbū personale sit adiectū promissioni,vel executioni.Contra quam opi.vltra dicta per Bart.arguo sic:si pactum cēseretur reale,quādo verbū exprimēs personā adijcitur promissioni,& nō executioni,tūc pactū esset reale,non ex mente partiū,sed ex proprietate verborum.Sed cōtrariū dicit iurisconsultus in l.si pactū.in fi.ff.de prob.in versi.plerunq; enim.& clarius in d.§.pactorū.ergo sequitur,ꝙ ista distinctio non pōt adaptari ad illum tex.Vnde Barto.reprehendēs istam opi.& per illū tex.& per alias ll.hic alleg.per eum in effectu ponit hic vnam suā distinctionē, cui adde inquantū ipse dicit,ꝙ licet pactum negatiuū concipiatur per verbū personale,qđ adijcitur executioni,nihilominus istud pactum est reale,quando istud verbum exprimit personam promittentis,vel stipulātis,& illa persona est talis,quæ pōt habere hæredē.Et ista sua opi.non videtur vera secūdū Io.de Imo.quia diuinat ad tex.in d.l.qui in futurū.§.j.qui exēplificando quale sit pactum personæ,nō ponit ibi dictionē,tantū,vel dūtaxat:sed simpliciter dicit,ꝙ pactum personale, qđ nō transit ad hæredes,est si promittam à te nō petere:quia iurisconsultus sciuisset adijcere dictionē taxatiuā,si voluisset:vt l.j.§.finautē.C.de cadu.tol.& in c.ad audientiā.de decimis.Vnde ipse per illum tex.opi.contrarium,& sequitur distinctionē Iaco.Bu.& Gul.s̄.relatam.Non obst.tex.in l.non solū.§.si liberationis verba.ff.de libe.lega.quē adducit Barto.pro se,quia vltima voluntas est fauorabilior contractu.Vnde non est arguēdum de vltima voluntate ad contractum in isto casu,quia est ademptio:vt l.in testamētis.cum ibi not.de reg.iur.Secundò nō ob.tex.in l.stipulatio ista.in prin. s̄.e.quia si in illo text.sit litera isto modo,sed se obligat &c.tūc ille tex. nihil facit ad propositum,vult dicere ꝙ secundū illā literam ille textus loquitur in stipulatione habere licere,quæ est stipulatio affirmatiua, nō negatiua:quæ responsio vtrum procedat,postea dicetur.Si verò in litera sit,sed si se,& tunc ipse respondit,ꝙ est speciale in stipulatione illa negatiua,de qua ibi,quādo quis promittit nō facere,quominus habere liceat, quia multa specialia sunt in ea:vt ibi nota.& etiam quia ista stipulatio continet ius,non merum factum:vt patet in eadē l.j.§.hi quoq;.nos autem loquimur in stipulatione negatiua continente factum, & non ius.

☞ †Sed tunc quærendum esset ab eo, nunquid in lege,qui in futurum.§. primo.ille qui promittit non petere,inducat pactum quod contineat factum,& non ius.& tñ tex.ille fatetur,ꝙ pactum nō trāsit ad hæredes,cū tamē sit manifestissimū, ꝙ istud pactum cōtinet ius,quia producit exceptionē reo,& elidit obligationem ciuilē in persona paciscentis.Tertiò non ob.secundū eum lex in illa stipulatione,per te nō fieri.s̄.eo.quia ille tex.debet intelligi,quādo præcedebat cōtractus,de cuius natura erat,ꝙ obligatio transiret ad hæredē. Et ꝙ hoc sit verum, ipse ostēdit dupliciter.Primò,quia ibi dicit,ꝙ ille qui promittit per se non fieri,tenetur curare,ꝙ alius non impediat.ex quo datur intelligi, ꝙ promittens ad hoc tenebatur ex natura præcedētis contractus,aliàs ad hoc non teneretur taliter promittens:vt not.in l.inter stipulantem.in princ.s̄.eo. Secundò hoc ostēdit ex dictione,idē,per quā ver. præcedēs cōtinuatur ad casum in quo præcessit contractus,qui de sui natura transit ad hæredes: quoniam ex casu sequenti declaratur pręcedens: arg.l.qui filiabus.in prin.de leg.iij.& per hoc ipse remanet,non obstantibus iuribus Barto.in distinctione Gul.Sed pro opi.Barto.multum facit tex. in l.& hæredi.§.fi.cū l.seq.ff.de pact.vbi tex.dicit,quòd pacta quæ sunt in rem, prosunt omnibus,quibus interest nostra illa pacta ꝓdesse.Vnde pactum factum à reo ꝓdest fideiussori, postea adiungit̄ ꝙ tūc non ꝓdest,quādo est actū ꝙ à solo reo principali nō petat̄.Quæ iura simul iuncta manifestissime declarāt,ꝙ nisi adijciatur dictio taxatiua,pactū cēsetur in dubio reale,licet sit factū ꝑsonale, ne à reo petat̄.Et hāc legē adducit Bart. ad hoc,nō hic,sed in l.qui in futurū.§.j.ꝑalle. Secūdò ꝓ ista cōclusione arguit̄ sic:stipulatio,habere licere,licet sit cōcepta verbis affirmatiuis,continet tñ duo capita:quorū vnū est affirmatiuū.i. qđ stipulatori habere liceat.aliud negatiuū,id est qđ per ꝓmissorē nō fiat,quomin⁹ habere liceat: vt l.stipulatio ista.in prin.s̄.eo. & l.emptorē. §.q aūt.ff.de actiō.empt.& tñ ista stipulatio totaliter trāsit ad hæredes actiuè & passiuè: vt ē casus ī ea. l.§.sicut aūt.Ergo patet manifestè,ꝙ etiā stipulatio in nō faciēdo trāsit ad hæredes:dicit̄ēm dispositio negatiua concepta,qn̄ ex ea causat̄ obligatio ad nō factū,quāuis sit concepta verbis affirmatiuis:vt est casus,& ibi per Barto.in l.fi.§.vlti.s̄.de do.excep.& idē not.Barto.in l.inter stipulātem. in princ.s̄.eo.& Bald.post Cy.in l.actor.C.de ꝓbat.Nec valet illa respōsio ad istud arg.quam hic Ioā.de Imo.dat ad l.in illa stipulatione.s̄. eo. dū dicit,ꝙ ibi stipulatio cōtinebat nō solum factum negatiuū, sed affirmatiuū.Vnde scd̄m eū ꝓpter factum affirmatiuū,qđ trāsit ad hæredē,qui non pōt venire cōtra factū defuncti,etiā negatiuū trāsit cōtra hęredē:nam primò quātū ad illā legē,ista responsio diuinat,qa ibi nō apparet ꝙ promissor ꝓmisisset aliquod factū affirmatiuū,nisi intelligas ꝙ ibi ꝓcesserat contractus,per quē aliquid erat concessum stipulatori:sed etiā ista solutio diuinat ad illum tex.vt j.videbis. Quātū autem ad respōdendum arg.prędictō,non videtur esse bona rō differētię inter istos casus:quia licet virtute iuris affirmatiui,inquantum licet habere stipulatori,sit quæsitum ius ipsi contra hæredem:nō tamē sequitur,ergo erit quæsitum ius virtute obligationis negatiuæ: quia satis est quòd virtute iuris affirmatiui stipulator possit se tueri in re sibi concessa contra hæredem promissoris. Ista conclusio probatur in simili. in lege, cùm in fundo. ff.de seru. rusticorum prædi. vbi patet, quòd licet seruitus concessa vni pro fundo, transeat ad singularem successorem, ad quem transit res: & sic concedens seruitutem sit obligatus stare iuri concesso, etiam quo ad tertium: non tamen per hoc stipulatio pœnalis committitur tertio, vt obseruetur sibi concedenti seruitutem,quod aliàs iure ordinario concedens cogitur obseruare. Præterea hic non reperitur iure cautū,quòd stipulatio negatiua transeat ad hæredem,ex eo quia sit coniuncta cum affirmatiua, vbi aliàs non transiret: quinimo contrarium videtur ꝓbare textus in lege, veteris.C.de cōtrahenda & cōmittē.stipul.in versi.quasi tantū modo. iunctis

[a] ¶Passiuè. Ad qđ vide tu do.Bar.Soci.in cōs.clxj.incip. ꝓ decisione pręsentis cōsultationis.§. ex quib⁹ cōcludit̄. in ij.parte.

ver. præcedẽtibus. in quibus patet, ꝙ ſicut ſtipulatio meri facti non trãſibat ad hæredes ante illam l. ita nec ſtipulatio mixta ex datione & facto, quamuis obligatio dandi abſolute ad hæredem tranſiret: & ſic patet, ꝙ ſtipulatio facti propter mixturam quam habet cum alia ſtipulatione, ſui natura tranſitoria ad hæredẽ, non per hoc efficitur magis trãſitoria. Vnde iſta differẽtia non videtur ſufficiẽs, & profecto iſta non eſt mens iſtorum iuriũ, vt j. dicã. Contra opi. Bart. tñ multũ facit text. in l. cõtra iuris. §. filius. ff. de pact. vbi tex. dicit, ꝙ filius paciſcẽdo ne ipſe petat, inutiliter paciſcitur: ſi aũt paciſcatur in rem hoc modo, ne pecunia petatur, tunc pactum aliqñ põt valere: & ſic manifeſtiſsime declaratur ibi, ꝙ pactũ per qđ aliquis paciſcitur perſonaliter, vt ipſe petat, non eſt in rẽ, ſed in perſonam, & non tranſit ad alium, nec nocet domino, etiam ſi fiat in filio habẽte mandatum ad liberandum nomine patris: vt ſatis patet ex diſtinctione illius l. ¶ Secũdò contra Bart. fortiter facit text. in l. item in duobus. §. j. ff. eo. ti. vbi videtur parificari iſta duo in pacto perſonali, videlicet ꝙ nõ tranſeat ad hæredẽ, & ꝙ non tranſeat ad alium: ſed pactũ interpoſitum perſonaliter etiam ſine dictione taxatiua, non tranſit ad alium: vt l. ſi tibi. §. fin. cum l. ſeq. s. alle. ergo ſimiliter non tranſibit ad hæredẽ. Confirmatur iſta concluſio, quia iſtud verbum, mihi, tibi, ſibi, & ſimi. videtur ſignificare non ſolum demonſtrationẽ perſonæ, ſed limitationem obligationis ad perſonam: ita videtur probare tex. ſubtiliter intuenti in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. s. eo. vbi dicit tex. ꝙ qui ſtipulatur ſibi vſumfructum, non tranſmittit illam ſtipulationẽ ad hęredẽ, licet non ſtipuletur ſibi, ſed ſimpliciter ſtipuletur vſumfructũ dari: quæ verba non importãt aliud, niſi ꝙ quãdo eſſet adiecta dictio, ſibi, eſſet minor dubitatio: quia illa dictio ſignificat perſonalitatẽ, & bene facit tex. in ea. l. §. ſicut autẽ. Pro veritate huius difficultatis ponendæ ſunt duæ concluſiones. Prima concluſio eſt iſta, ex proprietate verborum, quãdo dictio ſignificans perſonã apponitur executioni & non promiſsioni duntaxat, iſta dictio limitat obligationẽ ad perſonam paciſcentẽ, vel promittentẽ: vt probatur in iuribus præallegatis, maxime in d. §. ſi quis ita. Secunda concluſio, quia iſta verba de ſui proprietate limitãt obligationẽ: & ideo ſi aliter nõ conſtet de mente partium in dubio, faciunt ꝙ obligatio non tranſeat ad alium, quando non intereſt paciſcẽtis, ꝙ ad illum pactum iſtud extẽdatur: ita loquitur text. proprie in l. ſi tibi. §. fi. hic alle. per Barto. vbi probatur, quòd filius paciſcẽdo ne petatur à ſe, non acquirit exceptionẽ patri. † Tertia concluſio ex tacita mente contrahentium in dubio pactum videtur eſſe reale, dummodo non apponatur dictio taxatiua, quamuis ſit conceptum perſonaliter: vt s. dixi, vt tranſeat ad hæredem, vel ad eũ ad quem tranſire paciſcentis intereſt. Iſta concluſio probatur in iuribus allegatis per Barto. & maxime in dicto §. pactorum. & in dicta l. ſi pactum. & l. & hæredi. §. fina. cum l. ſequẽ. s. alleg. & eſt iſtud pactum reale in dubio, reſpectu iſtarum perſonarum, magis ex mente tacita contrahẽtium, quàm ex proprietate ſermonis: vt ſingulariter dicit text. in dicta l. ſi pactum. & in dicto §. pactorum. ideo enim conuentio negatiua de non petendo tranſit in hæredem, quia plerunq; ſolemus prouidere hæredibus, ſicut nobis. Et eadem ratione poſſumus dicere, quòd qui prouidet alteri pro ſe, videatur etiã velle alteri prouidere in præiudicium ſui hæredis, ex quo hæres repręſentat perſonam prouidentis, virtute ſubrogationis: per ea quæ habentur in l. prima. §. hæc actio. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. per Bartol. & alios. & l. filiæ. §. à Titia. ff. de conditionibus & demonſtrationi. & iſto modo reſpondetur ad tex. in §. filius. quia fateor, ꝙ ex proprietate ſermonis iſtud pactum eſt perſonale: ſed ex tacita mente partium extẽditur ad hæredem: vt s. oſtendi. item & ad illum, ad quem intereſt noſtra extendi pactum: quia in effectu iſtud tale pactum cùm extenditur ad illam perſonam pro noſtro intereſſe, habet locum in perſona noſtra. Non obſtat text. in l. idem in duobus. §. primo. quia concedo quòd pactum quod eſt ita perſonale, quod non tranſit ad hæredem, non tranſit etiam ad quẽlibet alium: ſed econtra pactũ quod non trãſit ad aliquẽ alium, id eſt ad eum ad quem paciſcentis non intereſt tranſire, tranſibit ad hæredem, quia eſt diuerſa ratio: vt s. oſtendi ad l. qui in futurum. §. j. Reſpondeo & dico, cùm in princi. §. ille dicat, quòd pactum perſonale non tranſit ad hæredem ex intentione tex. in exemplo poſtea ſubiectio, ſubauditur dictio, tantum: vt dicit Bart. quia vt patet per alia iura s. allega. ſi iſta dictio non eſſet appoſita, pactum non eſſet perſonale. Vel dicas, nihil ſubaudiendo, ꝙ pactum eſt perſonale ex proprietate ſermonis: & ideo non tranſit ad hæredes, quando de mente partiũ hoc non eſſet in dubio: tamẽ videtur eſſe, & ita reſtringo illum textum per iura contraria, quæ reſtrictio eſt conueniens propter verbum poſitum in principio §. dum dicit text. quòd pactum perſonale non tranſit ad hæredes: vnde ſatis dat intelligere exẽplum ſubiectum, videlicet quãdo mens partium non repugnat proprietati verborum. ¶ † Aduerte tamẽ, quia ego in iſta materia indubitanter credo non eſſe faciendam differentiam inter factum negatiuum & affirmatiuum, ſicut faciunt Vltramonta. ſed bene concedere limitando dicta Bartoli faciẽdam eſſe differẽtiã inter factum negatiuũ, qđ continet merã facti facultatẽ, id eſt per qđ quis obligatur ad non impediẽdũ miniſterium iuris. ¶ Nã primo caſu dicam, ꝙ iſta ſtipulatio non tranſit ad hæredẽ paſsiuè & actiuè, id eſt neq; ad hęredes ſtipulatoris, neq; promiſſoris: quia ſicut merum factum affirmatiuum non tranſit ad hæredem, vt l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. in vltimo reſponſo. s. eodẽ. ſecundùm verum intellectum, quem ibi approbat Bartol. & ſtatim dicetur in qõ. ſequẽ. ita nec factum negatiuum debebit tranſire ad hęredẽ: quia ſi recte inſpicias, eſt eadem ratio, imo idẽ effectus: qui enim promittit per ſe non fieri, quominus Titio ire & agere liceat: nil aliud promittit in effectu, niſi vt ille poſsit ire & agere. Sicut ergo ſi fieret promiſsio verbis affirmatiuis, illa non tranſiret ad hęredes, vt j. videbis: ita ſi fiat verbis negatiuis, ex quo idẽ eſt effectus vtriuſq;: argumẽ. l. ij. §. & ſi quidẽ. & quod ibi per Bartolum. ff. ad Ter. & l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanctis eccleſ. Pro iſta concluſione do tibi text. in l. inter artifices. §. finali. j. de ſolutio. vbi probatur expreſſe, quòd iſta promiſsio, vt ire & agere liceat & c. eſt promiſsio cohærẽs perſonæ, ſicut obligatio affirmatiua, in qua induſtria perſonæ eligitur. ¶ † Secũdò quærit hic Barto. vtrum ſtipulatio facti affirmatiua tranſeat ad hæredes ſtipulatoris. Cuius dictis adde primò, ꝙ quando ſtipulatio interponitur ſuper vſufructu, tunc non tranſit ad hæredẽ, non ex natura contractus pręcedẽtis, vt dicit Barto. & ineptè: ſed ex natura rei, quæ deducitur in ſtipulatione: & ita loquitur text. in §. ſi quis ita. vbi ponitur exemplum de vſufruct. & iſto modo loquẽdi vtitur ipſe ibi in effectu, & in alia materia in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſthu. Vtrum autem ſi promitto tibi rẽ ad vſumfructũ, vel ad vſufructuandũ, videatur deduci ius vſusfructus in ſtipulatione, vel ius proprietatis: vide Bartol. ſolẽniter in l. libertis. in principio. ff. de alimen. & ciba. leg. qui tenet, & bene, quòd videatur deductum ius proprietatis, licet Bald. aliter dixerit, & non bene, in præludijs feudorum, chart. v. vbi ponit exemplum, quãdo feudum conceditur ad vſumfructum. Ex natura autem contractus limitatur ſtipulatio, vt non tranſeat ad hæredem in conceſsione facta de feudo: nam ſi conceditur ſimpliciter de natura feudi, & eſt vt non tranſeat ad hæredem extraneum, eodem modo videbitur eſſe conceſſum: vt in capitul. primo. §. ſi clientulus. qualiter feud. alie. poſſ. etiam ſi conceſsio fieret de feudo alicui ꝓ ſe & hæredẽ, quia intelligitur de hærede ſanguinis: vt diximus in l. quod dicitur. s. eo. & per Bald. plene in l. liberti libertæq;. C. de operis liber. & bene faciunt iura vulgaria, quæ dicunt quòd ſtipulatio reſtringitur ad materiam cõtractus præcedentis, quæ ſæpius fuerunt s. alleg. Secũdò adde dictis Barto. ſecundũ Ioan. de Imo. hic, inquantum Barto. dicit hic, quòd regulariter ſtipulatio facti affirmatiui tranſit ad hęredes ſtipulatoris, per l. veteris. C. de cõtrahen. & cõmit. & per l. qui Romæ. §. Flauius. s. eo. & per l. ſtipulatio iſta. §. ſicut. ſuprà eo. nam iſta dicta nõ videntᷣ ſimpliciter vera: qa ſi ſtipulatio affirmatiua continet merũ factum, tunc videtur eſſe perſonalis, & nõ tranſire ad hæredem: vt l. apud Iulianum. §. ſi quis. ff. de legat. j. & probatur optime ſecundùm verum intellectum in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. in vlti. reſpõ. s. eo. & hoc tenet ibi Barto. expreſſe: quinimo in l. pen. ff. de ſer. leg. ipſe tenet, & notabil. quòd ſi aliquis ſtipuletur merum factum affirmatiuum, etiã determĩnatũ: verbi gratia, vt ire ſibi liceat ad certũ fundũ ſuum vicinum ꝑ agrũ alterius: adhuc non videbitur cõſtituta ſeruitus ſecundũ eum, ſed acquiſita mera facultas, & non tranſmittetur ad hæredem: & hæc ꝓcedunt ſecundũ Io. de Imo. ſine dubio de iure. ff. ſed de iure C. ipſe dubitat, vtrũ ꝓcedant per l. veteris. ꝑalleg. Et primò videtur ſentire, quòd illa lex debeat limitari modo ꝑdicto, niſi merum factum deducatur in ſtipulatione. † Secũdò tandẽ rem attinet in concluſione, ꝙ in cõtractibus in quibꝰ qui ſtipulatur merum factum, facultas meri facti tranſeat ad hæredes ꝑ dictã l. veteris. quod de iure antiquo ſecundũ eum non erat bene declaratum, ſed bene à fortiori videbatur dicẽdũ, ꝙ facultas iſta nõ tranſiret: qa ſi hoc eſt in legatis, qbus l. magis fauet, vt patet in d. §. ſi qs. multo fortius in cõtractibus, quibus tantus fauor non debetur: vt traditur in l. in teſta. de regu. iur. dicit tamẽ, ꝙ per illam l. veteris. non corrigeretur tex. in §. ſi quis. qui loquitur in vltimis volũtatibus: quia in correctiuis nõ fit extenſio ꝑ identitatẽ, vel maioritatẽ rõnis: vt no. in auc. quas actiões. C. de ſa. ſan. eccl. Tu autẽ aduerte, & priò ꝙ Bart. met hic iſtud ar. vᷣ decidere, licet ꝑ alias ll. dũ dixi, ꝙ qñ factũ cohæret pſonæ nõ trãſit ad hæredes ſtipulatoris per l. fabriles. ff. de oper. lib. & licet illa lex loquaᷣ in facto explicando per ꝓmiſſorẽ in pſonã ſtipulatoris, per hoc tñ nulla induciᷣ ratio diuerſitatis: qa ſicut declarat Bar. in l. qđ diciᷣ. s. eo. quo ad hoc vt ſtipulatio non tranſeat ad alium, nõ eſt differentia, vtrum factum quod cohęret perſonæ ſit explicandum à promiſſore, vel ſtipulatore. & ideo nõ meruit impugnari Bartolus, quia ipſe idem dixit, licet per alias ll. ¶ Secundò aduerte, inquantum Barto. in §. ſi quis ita. dixit, quòd ille qui ſtipulatur ſibi licere ire & c. videtur ſtipulari ius, & non factum, quãdo ſup eo qđ ſtipulaᷣ, erat ſeruitus primũ cõſtituta: nam ita videtur dicendum ſi ante ſeruitutem conſtitutã aliquis ſtipuletur ſibi agere licere, reſpectu certi determinati fundi: verbi gratia, fundo vicino cui poteſt deberi ſeruitus: nam ex quo per iſta verba poteſt intelligi ſeruitus conſtituta, videtur quòd in dubio pro iure ſeruitutis conſtituendæ videatur interpoſita: ita videtur probari notabiliter in lege, hæredes. §. antea. ff. fam. erciſcun. vbi ſtipulatio eundi & agendi fuit interpoſita ſimpliciter, & dicitur ibi quòd tranſit ad hæredes: quod intelligo, vbi ſeruitus potuit cõſtitui, videlicet quia erat fundus vicinus, qui poterat habere ſeruitute in fundo, ſuper quo fuit interpoſita ſtipulatio. & hoc videtur ſentire glo. in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. quæ in hoc caſu poteſt eſſe vera: qualitas enim factorum demonſtrat ſpẽm contractus: vt l. inſulam. ff. de præſcript.

prescri.ver.& per hoc Bar.in l.j.§.j.ff.de superficiebus.Quia ergo stipulatio ista in isto casu interponitur pro vtilitate fundi vicini,& ex hoc satis colligitur mens partiū,q voluerūt esse & cōstitui ius reale.¶† Tertiò adde in ista materia,q Bart. in d.l.penul.de seruitute legata.videtur velle,imo vult expresse,q etiā stipulatio vel alius contractus cōcipiatur per verba sonātia in ius,& non in merum factum,adhuc stipulatio illa sit personalis,quādo concessio fit ad vsum indeterminatum: vt l.pe.de serui.ru.prædi.& sensit Bald.in l.liberti libertęq;. ver.denuo quæro.C.de ope.liber.& l.fi.in vlti.col.s̄.de cōst. prin.Quod dictum procedit sine dubitatione,quādo concessio fieret expressè ad vsum indeterminatū:verbi gratia,promittis mihi licere,& ire agere per fundū tuū ad fundū meum vicinū,& in quocunq; loco alio voluero ire:& ita loquit tex. in d.l.pe.& idē si diceretur simpliciter,quocunq; voluerit ire, non nominādo simpliciter fundū vicinū.Si verò accipimus concessionē indeterminatā:quia fuit facta simpliciter promissio,q mihi liceret ire per fundū tuū:tunc istud esset magis dubiū,qñ stipulator haberet fundū vicinū,cui posset acquiri seruitus:nā tunc videretur ad dictum fundum facta relatio, super quo addā vnū verbum in lectione sequēti.Et quia in præcedenti lectione dimisi insolutū: vtrū si habēti prædium vicinū sit concessio simpliciter alicuius iuris,qđ pōt pertinere ad vtilitatē prædij vicini,ista concessio sit personalis vel realis: adde q concessio in dubio videtur realis,etiā si sit actum expresse,q finiatur cū persona:ita colligitur ex tex.& gl.& qđ ibi per Bar.in l.Mela.§.fin.ff.de ali.& cib.leg.& probat optime,qñ concessio esset facta simpliciter sine illo pacto in l.pecoris.in princ.ff.de serui.rust.prædi.iuncta glo.ibi posita, quę vult per verbū,maxime,positū in tex.q etiā si ex agro vicino possit aliter capi fructus,videt constituta seruitus,dummodo possit afferre vtilitatem fundo vicino.Et ad materiā vide qđ no.in si.ff.de no.ope.nun. Aduerte etiā ad intellectū l. veteris.quia probabiliter pōt restringi illa lex, vt non habeat locū,qñ in contractu deducitur factū cohærens personæ: & sic secundū hunc intellectū non corrigētur iura vetera,s̄. allega. quia si bene inspicias ad rationē tex.assignatā in d.l. veteris. ratio illa respicit factū extrinsecū,non cohērēs personæ: dicit em̄ tex.q cū natura omnibus sit cōmunis,licet factū meū nō posset esse tuū,quia tamē alius faciens pro me potest præstare plus,vel tantundē, vel paulominus quo ad effectū,ideo stipulatio ista transibit cōtra hæredes.Vnde apparet totā illā legē loqui,quādo partes non cogitauerunt de opera faciēda,sed de effectu operis per rationē quę assignatur in heredibus promissoris.Vbi autē factū nō cohęret personæ, sed tamē in eo esset electa industria personæ,tunc est maius dubium in hæredibus ex parte promissoris,vtrum obligatio transeat ad illos:nā Bar.hic videtur tenere q non,& sic restringere l.veteris.ad factum,in quo non videt electa industria personæ.Sed Cy.in d.l.veteris.videtur tenere contrariū per rationē illius l. vt refert hic Io.de Imo.Ipse aūt distinguit,q aut promissio facti,in quo eligitur industria personæ,fit ex mera liberalitate: & tunc obligatio transibit ad hæredes promissoris, quia non est imputandum stipulatori, si non interpellauit promissorem in vita sua,si ex mera liberalitate promiserat. Si autem eligatur industria personæ ex contractu ponderoso:tunc talis obligatio non transibit ad hæredes promissoris, per ea quę habētur in l.si vno.§.itē cum quidā.ff.locati.Mihi placet opi.Cy.simpliciter,sine ista distinctione,quia text.in d.l.veteris.non fundat se in liberalitate promissoris:sed quia tantūdem potest præstari,vel paulominus,& aliquādo plus per alium,q̄ per eum qui promisit. Fundamentum ergo illius legis est,quia potius debet haberi respectus ad effectum obligationis,q̄ad formā implendi:quę ratio est vniuersalis in omnibus casibus.Et ideo ea quę dicuntur in §.itē cùm quidā.sunt intelligenda, quando quis locauit operā suam simpliciter ad faciēdū aliquid,non tamē promisit ipse facere domum,vel insulam,sed locauit operas,ad faciēdū insulam:& sic erat factū cohērēs personę.Si aūt promisisset facere domū,vel aliud opus,qđ haberet certā formam:tunc crederē obligationē trāsire ad heredes eius,& iura antiqua essent correcta, quę dicerēt contrariū,quantumcunq; videretur electa industria personę:qđ probo manifeste ex verbis dictę l.Dicit enim ibi tex, q antiqui dicebāt cōtrarium,quia ęstimabāt q factum vnius non posset esse factum alterius.Sed ista ęstimatio apud antiquos & iure veteri non erat in factis,in quibus non erat electa industria personę:quia in illis bene promittebatur de iure antiquo,quod factum posset explicari per alium. §. cùm quis.l.continuus.j.codē.ergo necessario loquitur ille textus in factis,in quibus videbatur electa industria personę:factum vnius non poterat explicari per aliū.Mihi tñ placet opi.prædicta:quia quo ad effectū,qui resultat ex facto,nō est differentia,vtrū sit electa industria personę,ex quo tantundē vel paulominus potest prestare ille,quę lex illa considerat.

SVMMARIVM.

1 ☞Parētes possunt contrahere sponsalia futura pro filijs suis.
2 Matrimonia tam in contrahendo q̄ in dissoluēdo debent esse libera.
3 Stipulatio contra bonos mores an & quando valeat.
4 Ad matrimonium contrahendum spe lucri an possit aliquis inuitari.
5 Super matrimonio spirituali contrahendo an possit quis inuitari præmij spe,seu apponi pœna.
6 Pœnam si quis promittit si abbas non recipiat aliquē in monachum,dicitur committi simonia.
7 Matrimonia vt sint libera,cur introductum.
8 Confessio facta de arrhis receptis ab vna partium,an probet veram numerationem arrharum.
9 Pignus an possit dari arrharum loco.
10 In tractatu quæ dicuntur,quando censeātur repetita in contractu postea sequenti.
11 Repetitio nunq̄ fit ad destruendum dispositionem.
12 Verbum,caueo,significat idem quod verbum,promitto.
13 Verbum,promitto, in dubio significat stipulationem, positū scilicet in scriptura.
14 Dictio,perinde,videtur importare quandam fictionem.
15 Relatiuæ dictiones in dubio referunt non solum substātiam rei,sed qualitatem.

a Titia.[a] Stipulatio pœnalis,per quā impeditur libertas matrimonij cōtrahendi,vel dissoluendi,est cōtra bonos mores. ideo non valet. hoc dicit.Secunda est ibi:quæro.Tertia ibi: respōdi.¶†Not.primò in versi.consenserunt &c.secundùm Io.de Imo.quia parentes possunt contrahere sponsalia futura pro filijs suis: & si quidem filij sunt præsentes,tunc intelliguntur tacitè cōsentire: vt est casus in capit.primo.versus fin. de despon.impub.lib.vj.& traditur in l.sed quæ à patre.ff.de spon. vbi idem dicitur.Si autem filij sunt absentes, & postea sciant sponsalia esse contracta:adhuc tacendo videntur ratificare, secundū Io.de Imo. hic.Vtrum autē idem si præsentes videantur tacite cōsentire,fuerunt opin.Hostiē.dicit q sic,in ca.j.de matri. cōtrac.contra interdictum ecclesiæ.& hoc videt sequi glo.in ca.j.de despon.impub.lib.vj.per ea quę habentur in s̄. alleg.c.j.& in ca.cùm ad id quod.extrà,de spon. Inn. autem in c.j.de matrimonio &c.& Archi.in dicto c.j.de spon.&c.tenent opin.contrariam,quia hoc solum reperitur concessum parentibus:vnde tex.in l.si puellę.ff.de spon.videt velle, quādo tutor facit pactum pro pupilla,requirere voluntatē pupillæ:nec dicit idē,qđ dicitur postea in patre,in l.s̄. alleg.q præsens videtur consensisse.Et hanc opin.dicit sequi hic Ioā. de Imo.Tu autē aduerte ad ista dicta,quia quādo s̄.fuit dictum, q absentes post scientiā vident ratificare sponsalia facta per patrē,ex hoc solo quòd nō cōtradicūt,hoc dictum videtur falsum:& contrariū tenet Ioā.And.in c.j.de despon.impub.lib. vj.Mouet,quia quādo sponsi sunt præsentes,tex.dicit, q non cōtradicendo videntur consentire:sed quando sunt absentes, dicit q sponsalia non habent effectum,nisi post scientiam ratificent tacite vel expresse:ex quo tacite datur intelligi,quòd requirit aliquid vltra scientiā,ex quo inducatur tacita ratificatio:aliàs sufficiebat dicere.Idem est,si sponsi sunt absentes, & scientia de sponsalibus ad eos superueniat.Et licet Ioā. de Imol.vt referunt Moder.teneat idem quod tenēt hic ipsi,tamē tenent opin.Ioā.And.& melius:quia cū iste sit actus obligationis,per quē potest sibi obligans præiudicare,scientia superueniens nō inducit ratificationem:vt l.pcurator ad exhibendum.ff.rem ra.hab.& not.Barto.reprehendens ibi gl.in lege, quo enim.in princ.ff.eo.& per Bald.in l.si absentis.C.si certū peta.Illud autem quod s̄.dictum est in prin.huius notabilis, videlicet quòd si alij cōtrahant sponsalia q̄ parentes ex præsentia eorum,quorū nomine cōtrahātur,nō inducitur tacitus consensus:tenet expresse Ioā.Andr.in c.j.de despon.impub. præalleg.in nouella.exponens glo.suam ibi positā ad alium sensum,q̄ videbat sentire cōtrariū.Et licet Io.đ Imo.ibi videatur sentire opi.Host.q idē sit,etiā qñ illi q nō sunt parentes, cōtrahāt spōsalia,hic tñ inclinat ī opi.Arch.quę est cōior:& eā sequunt Mod.in loc.alle.cū ex spōsalibus inducat oblio:ergo psens in dubio nō videt cōsentire.l.filius.§.inuit⁹.ff.de pcu. & ista rō procedit dubitter, si tenemus q vbi nō subest iusta

[a] ¶Titia. Pro cuius tex.materia vide Fe in c.ecclesię sanctæ Marię. in xviij.col. versi.sed ad plenā. de constit.

cauſa,ſponſus poſsit cogi ad obſeruandam promiſsionẽ in fo
ro eccleſiaſtico,de quo in c.requiſiuit.extrà,de ſpon.nã de iu-
re ciuili non eſt dubiũ,ꝙ non tenetur;vt l.j.C.de ſpon.Si au-
tẽ teneres,ꝙ per ſponſalia non iurata nõ poſsit cogi ſponſus
ad obſeruandam promiſsionẽ,ſicut cõiter dicit̃ in d.c.requiſi
ui,tunc forte verior eſſet opi.Hoſt.quia nõ agit̃ de obligando
præſentẽ,ſed potius eſt quidã tractatus ad matrimonium fu-
turũ, reſpiciens fauorẽ ſponſorum.Iura tamen multum fa-
ciunt pro opi.Arch.& ſpecialiter vidẽtur hoc inducere in pa
tre,& ſic à contrario ſenſu in alijs non videntur obſeruanda.
& hoc tenere eſt tutius,quia nõ põt negari, ꝙ ſaltem ex iſtis
ſponſalibus orit̃ aliquod præiudiciũ conſentientibus.Primò
quidẽ,quia per ipſa inducitur impedimentũ publicæ honeſta
tis,per qđ vnus ex ſponſis impeditur cõtrahere matrimoniũ
cum conſanguineo alterius. Itẽ quia repudiare ſponſalia ſe-
mel contracta ſine cauſa videtur grauare opinionem repudiã
☞tis apud bonos & graues.¶†Secundò no.& ſemper tene mẽ
ti,ꝙ quãdo ſtipulatio incipit à præcedẽti conuẽtione,& adijci
tur pœna,implementũ conditionis,ꝙ eſt implendũ à promiſ
ſore,vt obligetur ad pœnã,trãſit ad hæredẽ promiſſoris,ſicut
& in perſona ipſius poſſet impleri cõditio implenda ab alio:
vt plene declarat Bart.in l.ſi decẽ cùm petiero.s̃.eo.& hoc no
tabile colligit̃ hic, intelligẽdo ꝙ hic iſti parẽtes ꝓmiſerũt ſe
facturos & curaturos,ꝙ filij eorũ cõtraherẽt,& ſi non cura-
rẽt,promiſerũt pœnã:nã curare vel non curare, ꝙ matrimo-
nium fiat, eſt conditio pendẽs à poteſtate promiſſoris:qa põt
non curare,ſi vult ſic implere conditionem , ex cuius imple-
mento pœna cõmittitur:& tñ iſta conditio poteſtatiua appo
ſita in perſona promiſſoris tranſit ad hæredẽ.Si verò intelli-
gas,ꝙ iſti non promiſerint ſe facturos & curaturos,ſed ſim-
pliciter promiſerunt,ꝙ illi contraherent matrimonium:& ſic
promiſerunt factum alienũ,qđ magis videtur conſonare ver
bis text. tunc primũ notabile nõ probaretur hic, ſed proba-
rentur duo.Primũ eſt,ꝙ ſicut conditio caſualis tranſit contra
hæredes,& ad hæredem:vt Inſti.de verbo.obli.§.ex condi-
tionali.& l.j.C.vt act.ab hære.&c.ita conditio appoſita in cõ
tractu pendẽs à poteſtate tertij.Secũdũ probaret̃ in iſto tex.
ꝙ ille qui promittit factum alienũ,obligatur,quãdo ſi nõ fiat
promittit pœnã.Concordat tex.in l.ſtipulatio iſta.in princi.
verſi.at ſi quis.s̃.eo.& Inſti.de inuti.ſtip.§.alteri.in fin.verſi.
2 verſa vice.¶†Tertiò not.ꝙ matrimonia debent eſſe libera,
tã in cõtrahẽdo,q̃ in diſſoluẽdo:de quo plene dicet̃ in gloſſ.
3 ordi.quæ eſt vltima huius l.¶†Vltimò no.ꝙ ſtipulatio quę
eſt contra bonos mores,videtur valere ipſo iure,quãdo licet
ſtipulatio ſit talis,non tamẽ ſonat in delictũ punibile:de quo
fuit dictũ in l.ſi plagij.s̃.eo.Doc.tñ cõiter hic intelligunt, ꝙ
iſta ſtipulatio ſit nulla ipſo iure , & ꝙ opponat̃ exceptio intẽ
tionis & facti,quæ nõ eſt proprie exceptio:vt ſæpius fuit di-
ctum:& ideo opponitur ad repellendũ agentẽ de facto,cui nõ
cõpetit actio ipſo iure:de qua vide per Bal.elegãter in l.per-
emptorias.C.ſentẽtiam reſcin.nõ poſ.& aliquid in l.ſancim9.
C.de do.Pro opi.communi multũ facit text.in l.fi.in fi.C.de
ſpon.vbi dicit̃,ꝙ talis ſtipulatio nullas vires habet:& hoc vi
det̃ tenendũ.¶In glo.poſita ſuper verbo, eorũ.glo.tua vult,
ꝙ iſta dictio,eorũ,poſita in tex.referatur ad ſponſos:non autẽ
ad parentes,qui contraxerũt ſponſalia ipſorum nomine;& ſe
cundũ hoc ceſſat omnis difficultas,de qua j.tãgam.Et iſta ex
poſitio põt referri modo s̃.dicto;ſiue intelligamus,ꝙ iſti parẽ
tes ſub pœna promiſerint ſimpliciter factum alienũ,vt videt̃
ſonare litera:vel intelligendo,ꝙ parentes iſti promiſerint ſe
facturos & curaturos, ꝙ illi contraherent matrimoniũ : tunc
enim exponemus tex.hoc modo,ſi quis eorum,ſcilicet ſpon-
ſorum impedimẽto fuerit,vel noluerit nuptias contrahere,cõ
mittat̃ pœna aduerſus parẽtem eius , ſupple ſi non curauerit,
& fecerit quãtũ fuit in eum,vt nuptiæ copularẽtur.Sed Pau.
de Ca.videtur referre iſtam dictionẽ,eorum,ad parentes,& ſe
cundũ hanc relationẽ ipſe dicit, ꝙ ſi ſimpliciter parentes pro
miſerint non impedire ſponſos volentes contrahere ſub pœ-
na,iſta ſtipulatio non eſſet cõtra bonos mores,nec tolleret li
bertatẽ matrimonij contrahendi,imo eſſet fauorabilis liber-
tati matrimonij,ex quo ſponſi volentes contrahere non poſ
ſent impediri à parẽtib9.Dicit ergo ſubaudiẽdũ ad tex. ꝙ iſti
ꝓmiſerũt ſe facturos & curaturos,& ſi nõ facerẽt & curarẽt,
a promiſerunt pœnam:[a] & tunc verſicu.ſi quis eorum.exponi-
tur,ſi quis eorum nuptijs impedimento fuiſſet,ſcilicet nõ cu
rando,vt nuptiæ fierent , vel procurando contrarium eius,
quod tenebatur curare,& poteſt eſſe ſatis bona expoſitio,ſed
tamen prima magis placet,quæ ponitur in gloſſa. ¶In glo.
poſita ſuper verbo,obſtaturam.ibi:ſecus eſt in legato.Barto.
hic,& cõiter docto.dicũt,& eſt ſolutio iuriſconſulti met in d.

a ¶Pœnam.Ad ma teriá addẽ d.Pe.Phi.Corn.in cõſi.ccxxviij.inc.multũ.p totũ.i j.parte.vbi no.quid ſi quis ꝓmiſit ꝙ ſponſa cõſumma bit matrimoniũ appoſita pœna, an ea pœna ſoluta , vt qa ſponſa eſt ingreſſa monaſteriũ , poſsit eam repetere cõtra expromiſſorẽ idẽnitatis.Et adde qđ p eũ habet̃ in cõſi. cxlix.inc.licet.in litera a.i iij.par.& in cõſi.ij.inci.circa, in litera b.in iij.parte.

§.Titio.ꝙ licet aliquis non poſsit cogi metu pœnę ad contra
hendum matrimoniũ,põt tamẽ inuitari ſpe præmij:vt proba
tur in d.§.Titio.& in l.vter.ff.de condi.inſti.& l.cũ ita legat̃.
ff.de condi.& demon.Hoc tamẽ fallit,ſi aliquis inuitaret̃ ſpe
lucri ab altero ex coniugibus:de quo dic vt diximus in l.ſi ſti
pulatus fuerim.§.pe.s̃.eo.& hic aliquid per Ang.& Mod.Sed
cõtra prędictã diſtinctionẽ videt̃ tex.in l.ea quę.ff.de do.inter
virũ & vxo. vbi probat̃,ꝙ ſi maritus donauit vxori certã quã
titatẽ,cũ hac cõditione,ꝙ ſi mulier diuertiſſet ab eo,illa pecu-
nia cõuerteretur in pecuniã creditã , & mulier poſtea diuer-
tit,tenet̃ ad dictam ſummam,ex titulo crediti:ſi autẽ non di-
uertat,nõ conueniretur ad dictã ſummã ex tit.donationis,ſed
tenebitur quatenus fuit facta locupletior:& ſic ſi matrimoniũ
diſſoluat,incidit in pœnã,quia tenebitur in,plus,q̃ teneretur
ſi matrimoniũ nõ diſſoluiſſet.Glo.& doc.cõmuniter ſoluũt,
ꝙ ibi damnũ qđ incurrit mulier,erat potius amiſsio lucri, at
tẽto ꝙ illam pecuniã mulier erat lucrata ex donatione,quam
ſolutionem regulariter not.& ponit eã glo.in l.ij.C.de inuti.
☞ſtipula.& approbat eam hic Bart.& cõmuniter omnes.†Ex
qua videt̃ poſſe decidi not.quæſtio,quam poſuit Old.quæ-
ſtio.ſua xv.& refert Petrus de Anchara.& ſequitur in regu-
la,nemo põt.de regu.iur.in ſua repet.quòd ſi teſtator inſtituit
filios hæredes,& mandat eis quòd nõ contrahant matrimo-
nium,niſi cum filiabus mercatorum:& ſi contraxerint, priuat
eos hæreditate vltra legitimam,quòd iſtud præceptum valet:
& ſi non ſeruatur à filijs,perditur hæreditas,quia hic amittit̃
lucrum,cuius amiſsio toleratur,ſi aliquis inuitatur ad matri-
monium ſub ſpe lucri:vt s̃.dixi.Mouetur ipſe non per iſtam l.
quæ optime facit:ſed quia iſti filij, quibus adimitur hæreditas
ſub conditione,ſi contraxerint matrimoniũ cum alijs, vident̃
inſtitui ſub conditione contraria,ſcilicet ſi contraxerint cum
filiabus mercatorum: quia in vltimis voluntatibus conditio
reſolutiua diſpoſitionis facit relictum videri factum ſub con-
traria conditione:vt l.ſi legatum pure.ff.de adi.lega.& l.qui-
bus diebus.§.quidam Titio.& ibi per Barto.ff.de condi.& de
monſtr.Sed iſta ſua ratio licet eam approbet Pet.in loco al-
leg.non videtur vera:quia ſi præcederet inſtitutio pura,& ſe-
queretur ſimplex ademptio ſub conditione,tunc poſſet proce
dere regula prædicta:ſed quãdo teſtator prius purè diſponit,
& poſtea iniungit aliquod onus hęredi,& ſi illud nõ impleat,
priuat eum relicto:tunc diſpoſitio pura non fit conditionalis,
ſed eſt pœna adiecta à teſtatore,quæ reſoluit ius purũ & quæ
ſitum:vt eſt caſus in l.vxorem.§.hæres.ff.de leg.iij.per quem
☞videtur confundi iſta opin.Old.†Præterea licet ad matrimo
nium contrahẽdum aliquis poſsit inuitari ſpe lucri, hoc tamẽ
fallit in filio qui inſtituitur hæres ſub iſta cõditione: vt eſt ca
ſus ſingul. ſecundùm Barto.in l.ſi quis in teſtamento.ff.de cõ
ditio.inſtitu.vbi per illum textum dicit Barto. quòd licet a-
liquis poſsit inuitari ad adoptandũ ſpe lucri: vt lege,Titio cẽ
tum.§.Titio.ff.de condit .& demonſtratio. hoc tamen fallit
in filio : quia ſi filius non impleat conditionem , non dicitur
amittere lucrum, quoniam hæreditas eſt ſibi, quaſi debita:
vt lege finali.C.de condi. & lege, ſi quis legatum. §.finali.
ff.de fal.& per eundem in lege final.ff.de liber.agno. Et licet
text.in lege,ſi quis in teſtamento.non loquatur de matrimo
nio, ſed de adoptione, eadem tamen ratio eſt in vtroq; : quia
etiam adoptio prohibetur fieri metu pœnæ:vt in dicto §.hæ
res,& dixi in lege,quidam cùm filio.ſuprà eod.Vnde Barto.
in illa materia concedit,quòd extraneus poteſt inuitari ad ad
optandum ſpe lucri,per l.Titio centum.præallega.ex qua al-
legatione manifeſte oſtendit,quòd idem iuris eſt in matrimo
nio,& adoptione.Sed ad hanc ſecundam rationem poſſet re-
ſponderi,quòd text.in l.ſi quis in teſtamento.non diuinando
ad eum probat contrarium,id eſt non ſubaudiendo, maxime,
ſicut non debet ſubaudiri:quia licet hæreditas patris dicatur fi
lio quaſi debita, in diſpoſitione tamen iuris,quæ agit de amiſ
ſione huius hæreditatis,cõputatur tanquàm lucrum: gloſ.eſt
nota.& menti tenenda, quam ibi approbat Barto. & com-
muniter docto.in lege,ſi emancipata.C.de iur.& fact.ignorã.
Sed difficilius eſt reſpondere ad text.in §.hæres.ad cuius in-
tellectum dicit Bart,in dicta lege,ſi quis in teſtamento.quòd
priuatio lucri dicitur damnum: & ideo ſi hæres ex priuatio-
ne lucri cogeretur adoptare,incurreret pœnam : adoptio au-
tem non debet fieri metu pœnæ.Pro iſta cõcluſione vide gl.
nota.in lege tertia.§.ſi quis autem.ff.de itiner.actuq́ue priu.
quæ expreſſe vult,quòd amiſsio lucri iam quæſiti ſit incur-
ſio damni. In contrarium facit gloſſa.nota.in lege,ſi duo.ff.
de acquirenda hæreditate.quę vult,ꝙ quãdo damnum habet
originem à lucro,error iuris noceat in damno,ſicut in lucro.
Præterea gl.no.in c.cũ ſecđm.de hæ.li.vj.quã all.Ant.de Bu.
in c.j.

in c.j.de spon.vult,ꝙ licet per pœnā impositā à lege nō possit impediri libertas matrimonij,pōt tamē induci priuatio lucrorū,quæ erāt quæsita ante matrimoniū:quia ista nō dicit pœna,sed amissio lucri:super quo vide quod no. Bald.in l.nemini.C.de nupt.glo.tamen contraria reperitur ad istam xxxvj.q.ij.c.de puellis.pro qua facit tex.in d.§.hæres.Pro opinio.autem Oldra.facit text.hic allegatus,vnde ista materia est multum dubia.Sed tamen secus in dispositione hominis:per l.id quod habetur.in §.hæres.quicquid sit in dispositione iuris cōmunis,vbi plus permittitur, quàm hominis,in omnibus casibus,ad l.ea quæ.potest responderi,quòd ibi pecunia donata nunquàm fuit quæsita vxori,cum constante matrimonio ex donatione non transferatur dominium illi,ergo pecunia quæ extabat,& non erat consumpta,potuit conueniri in causam creditā,quia non erat acquisita mulieri:illa autē quæ erat consumpta,& ex qua mulier non erat facta locupletior,transiuerat in dominium vxoris: & licet illa non possit conuerti in causam crediti:quia tamen mutuū consistit in quantitate,quæ recipit functionē,id est vt vnū surrogetur loco alterius: vt l.si is qui duos.ff.de solu.loco illius pecuniæ cōsumptæ subrogatur ea dē quātitas in genere,quæ cōsideratur:sicut consideraretur illa pecunia consumpta,si extaret.Sed in illa non esset translatum dominiū,ergo nō diceretur offerri ius quęsitū vxori.Et licet ex hac conuersione in causam crediti mulier remaneat dānificata , quia soluit de patrimonio suo id in quo nō fuit locupletata: hoc tamen est in consequentiam ex natura cōtractus crediti,siue mutui,ex quo quis tenetur ad tantundē,quantum acceptit:vt l.cū quid.ff.si cert.peta.

4 †Non est autem inconueniēs,vt in consequentiā mulier teneatur ad pœnā,non sub ratione pœnę,sed quo ad effectum,licet ad eam non possit obligari:sicut videmus,ꝙ in consequentiā potest auferri libera testamēti factio aliquo casu:vt l.si quis seruum. ff.de acti.emp.& not.Bar.in l.stipulatio hoc modo.s.eo.Vel potest dici ad d.l.ea quæ.ꝙ damnum qđ habet originē à lucro,cōputatur vt lucrū, seu vt amissio lucri,si lucrū debet redire ad eum,qui fuit causa lucri:secus si ad alium:lex enim magis fauet offenso,qui fuit causa lucri,ꝙ alteri:vt patet in l.fina.C.de reuo.dona.& in c.si.de dona.Sed ista solutio cōcluderet,quòd in casu l.ea quæ.obligatio ad pecuniam creditam non cōmitteretur,vel potius nō transiret ad hæredē mariti:& esset nimis magna restrictio ad illam l.vnde tene primam solutionē,quā s.dedi.

b facta ad diem sine pœna, & ideo potuerit purgari mora[b]: sec9 si esset adiecta dies, & pœna, quo casu id quod venit in principali obligatione deberetur pure: & id quod venit in principali stipula. deberetur sub conditione: si id quod venit in principali conuentione non præstaretur, tunc non fieret purgatio moræ. l. magna. C. de contrahen. & cõmit. stipul. & l. traiectitiæ. §. de illo. s. de actio. & oblig. Nec obst. secundũ Bar. quòd hic debetur vsura ex stipulatione, qua aliquando vocatur pœna: vt l. qui sine. de neg. gest. & l. cùm stipulati sumus. & Bar. s. eo. nam hic pœna non fuit deducta in stipulatione sub nomine & forma pœnę, id est, si principale non pstaretur, sed fuit deducta sub forma sortis & principalis obligationis. Sentit tamen Barto. in verbis suis vltimis in solut. huius cõtrarij, ꝙ etiam si esset adiecta pœna, admitteretur tamen purgatio moræ, quo ad actionem conseruandam. Et pro clariori intellectu huius dicti opponitur contra istam solut. glo. quòd imo hic fuerit adiecta dies & pœna: nam si tacite videtur actũ, quòd stipulatore non offerente in termino obstet sibi exceptio agenti: ergo videtur stipulanti adiecta pœna priuationis ipsius actionis, & p consequens non videtur mora posse purgari: nam priuari iure suo sine dubio est pœna, in l. criminali. & quod ibi not. de iurisdic. om. iudi. & lege, is qui delatorem. j. de iure fisci. cum multis alijs iuribus. Solu. dicendum est, quòd hic pœna non fuit adiecta ex conuentione partium, sed venit ex dispositione legis propter naturam dispositionis ex tacita partiũ voluntate: quia enim fuit appositus in stipulatiõe modus, qui debebat impleri intra certũ terminum, ex natura defect9 modi inducitur: aliàs quòd obstat exceptio ex tacita volũtate partium. Quòd autem à lege inducitur ex præsumpta voluntate cõtrahẽtium, magis dicitur dispositio legis, q̃ hominis: vt est casus, & ibi per Barto. in l. si testamẽto. ff. de vulga. & pupil. & ideo videmus, quòd quãuis interesse in obligatione facti succedat post moram ex tacita conuentione partium, non tamen impedit purgationem moræ: vt l. si insulam. s. eo. Et ideo dicebat hic Pau. de Cast. quòd si fuisset expresse appositum pactum, ꝙ vltra terminum stipulator non deberet audiri, tũc nõ admitteretur purgatio moræ in terminis huius §. per legẽ, si super possesione. C. de trãsac. qđ dictũ credo esse verũ in se, quia nõ debet esse melioris cõditionis actor q̃ reus, vt s. dixi: & etiã alia ratione statim dicenda. Tex. tamẽ in l. si sup possessione. põt euitari faciliter, vel intelligendo ꝙ ibi terminus fuit appositus cõditioni, quo casu nõ admittitur purgatio moræ ad actionẽ quærẽdam de nouo. Vel potes dicere, ꝙ cum ille tex. dicat illum excludi, qui non satis fecit implemento, quòd debebat facere, ꝙ ille qui purgat moram incõtinẽti, vbi partis aduersæ nõ interest, dicatur satisfecisse. Credo tamẽ dictum esse verũ alia rõne: quia quãdo pactũ apponitur incõtinenti, iuxta contractũ, exceptio quæ oritur ex pacto, etiam anteq̃ opponatur, elidit actionẽ ipso iure incontinẽti: ita no. declarat Barto. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. p l. lecta. Et ibi etiam hoc declarat. ff. si cer. pe. & sic hoc ipso quòd esset transactus terminus pœna quæ resultat virtute pacti, traheret secum suam executionẽ: ergo mora nõ posset purgari, iuxta regulam positã in l. si is qui. ff. de le. ij. Et si dicatur, ergo etiam hic nõ posset purgari, ex quo pactum fuit appositũ incõtinenti. Rñdeo singulariter, & est nouũ dictum, ꝙ p pactum expressum incontinẽti habet locũ, qđ dictum est: sed p pactum tacitũ quod resultat ex alia conuẽtione expressã, nõ inducetur iste effectus, & ideo poterit purgari mora: & ad hoc no. tex. singulariter iuncta gl. Aduerte tamẽ, quia licet q̃n terminus pfigitur à partibus implemẽto cõditionis, non possit purgari mora post lapsum termini ad actionẽ quærẽdam: si tamẽ ipse terminus pfigitur à iudice etiã cum cõminatiõe expressa, ꝙ post terminũ aliquis nõ audietur, admittitur purgatio moræ re integra: ita tenet no. Baldus in l. si quis hæres instituatur. §. j. ff. de hære. insti. alleg. Inno. ad hoc secundũ dictum in c. cũ in tua. qui ma. accusa. poss. Sed Bar. hic sentit cõtrarium p l. si seruus. de bon. auto. iudi. pos. & forte melius p regulã hic positã: nam Inno. nõ loquitur de eo q̃ excluditur ab actione quærenda, sed qui excluditur à iure cõpetenti: & sic in terminis suis agitur de cõseruatione actionis, seu alterius iuris, nõ de actione de nouo quærẽda. Singulariter tñ limitantur ea quæ s. dixi secũdum Pau. de Ca. ꝙ habeat locũ in cõuẽtione partium, nõ in conuẽtione iudicis, cuius pceptum magis debet fundari sup æquitate: vt l. qđ si Ephesi. in fin. ff. de eo qđ cer. loc. Et ad istam materiã vide qđ sing. not. Archi. & Ioã. And. in c. si capitu. de pręben. lib. vj. & qđ ponit Bald. in

8 l. acceptã. C. de vsur. & in l. j. C. de his quæ pœ. not. ¶ † Extra glo. dixit hic Raph. p istum tex. ꝙ si aliquis vendit rem alicui, cũ hoc ꝙ debeat soluere ptium infra certum terminũ, tacitẽ videtur actum, ꝙ post terminũ nõ facta solutione resoluatur cõtract9: qđ dictũ esset verũ sine dubio, q̃n pactum esset appositũ p modũ cõditionis, scilicet si solueris infra terminũ: tunc enĩ nõ impleta

a ¶ Ad sñiam. Adde d. Pet. Phil. Cor. in cõs. cj. in ĩfra p. et in cõs. ccviij. inc. circa. per totũ. in j. parte.

b ¶ Mora. Adde do. Pet. Phil. Cor. ĩ cõsi. xxv. incip. ĩ hac. in litera v. in ij. pte.

impleta conditione in termino, sine dubio contractus nõ haberet locũ: vt d.l.cum ab eo. Si verò sit appositum, ꝙ significet modum, prout ipse ponit: tunc dicendum est aliter, videlicet ꝙ aut istud pactum de soluẽdo infra certum terminum apponitur stipulatori per promissorẽ, aut apponitur emptori per venditorẽ, vel ecõtra. Primo casu loquitur ꝓprie tex. noster, quod videt̃ actũ tacite, ꝙ post terminũ stipulator non possit petere: & ratio est, ꝙ si promissor impleuisset ex parte sua, & tradidisset rem stipulatore non adimplente, seu non soluente infra terminum, cõpeteret promissori cõdictio ob causam, ex quo propter modũ appositũ in cõtractu nulla põt cõpetere actio ad cõsequendũ id quod deuenit in modo: vt est casus in l.iij.C.de condi.ob causam. & plene per Bar.in l.si.ff.eod. tit. Sicut ergo promissori competeret actio ad repetendum, si soluisset, multo fortius competeret exceptio ad non tradendum implemẽto nõ facto: per regulã l.inuitus.§.cui damus.de reg.iur.& hoc probatur not.hic, qđ debes addere ad not.in d.l.fi. In scđo casu posito ꝑ Rap.dicẽdũ est, ꝙ nõ resolueret contractus, ex quo actiõe ex vẽdito venditor posset agere ad pretium elapso termino, vt modus appositus in contractu impleretur: & econtra emptor, si modus fuisset appositus venditori: vt probatur in d.l. cũ ab eo. Sicut enim si venditor tradidisset rem modo non impleto, agere non posset condictione ob causam, quæ nõ habet locũ in contractib⁹ nominatis, in quibus vtriq; contrahentiũ oritur actio ex contractu: vt l. fin.& ibi per Bart.de condi.ob causam. ita eadem rõne nõ debet cõpetere exceptio ad resoluendum contractum, ex quo põt vẽditori esse succursum iure actionis: & ideo tex.in l.si fundus.in prin.ff.de leg.cõmis. vult, ꝙ ad resoluendũ contractum ex l.cõmissoria expresse debeat apponi, ꝙ si pecunia non soluitur infra terminum, res sit empta, quasi sentiat iuriscõsultus hoc quod dixi, ꝙ si apponitur terminus simpliciter, non videat̃ actum vt contractus resoluatur. Et secundũ hanc distinctionem intellige, quod notabiliter tradit Ang.in consil.suo cc.in ordine, vbi dixit declarando dicta Bar.in l.eum qui ita.§. qui ita s.c.quòd licet terminus appositus promissioni in dubio, non videatur adiectus causa limitandę obligationis: vt l.si mandato Titij.§.pen.ff.man. istud est verum, nisi ex parte eius cui fit promissio deberet aliquid impleri ex natura dispositionis: tunc videtur actũ, quòd si ille non impleat infra terminum, debitor nõ sit vltra obligatus: ideo infert ibi, quòd si promisi tibi reuendere rẽ infra certum tempus, elapso termino, non teneor amplius ad reuendendum, si tamen non obtulisti pretium in tempore debito: allegat tex. qui bene facit in l.ij.C.de pact.inter emp.& vendi. Et licet iste tex. posset intelligi, quòd ibi fuerat apposita conditio, si pretium solueretur infra terminum, qđ videt̃ firmare tex. dũ dicit, ꝙ si cõditionibus nõ paruerit: potest tamẽ adhuc recipere intellectum Ang. qa ex prin.tex.non apparet, ꝙ aliqua conditio fuerit expressa: sed ex natura primę promissionis de vendendo videtur intelligi, ꝙ ille qui vult sibi vendi, offerat pretiũ: in dubio aũt in contractibus magis videtur modus ꝙ̃ conditio, secundùm Bar.& doc. in l.cũ mota.C.de transact. Et tunc esset dicendum, vt s.dixi, ꝙ ideo obstat ibi exceptio agenti, quia promissori nõ poterat aliter esse succursum per viam actionis, vt s.declaraui.

Ea lege. Prohibitio alienationis facta in contractu non impedit translationem dñij, sed facit cõmitti stipulationẽ ad interesse. h.d. Secunda ibi: quęritur. Tertia ibi: rñdit. ¶ †Primò not. ꝙ quando prohibitio alienationis fit respectu certæ personæ, sub appellatione alienationis cõprehenditur etiã hæredis institutio. Concordat tex. in l.codicillis.§.matrẽ.de leg.ij. secus si alienatio prohiberetur fieri simpliciter. Si autem ꝓhiberetur fieri in certum genus personarũ, tunc distinguitur, vtrum ille q succedit vt hæres, succedat ex testamẽto, vel ab intestato: vt hic plene ꝑ Bar. ¶ †Scđò nota, ꝙ ex pacto cõtrahentium, etiã si sit appositum super re, q̃ erat tradẽtis, tẽpore cõtractus, non impeditur alienatio ipso iure, sed cõmittit̃ stipul͂o ad interesse: hoc tñ fallit pręcipue in duobus casib⁹. Primus est: alienatio sui natura sit irreuocabilis: verbi gratia, datio libertatis, vel consecratio rei: sed si res fiat religiosa, tunc enim per pactũ impeditur alienatio ipso iure. l.ea quidem.C.si man.ita fue.alie.& l.fina. C.de pact.inter empt. Secundus casus est apponens pactũ de non alienãdo, reseruat sibi aliquod ius in re, saltẽ pignoris vel hypothecę. l.fin.C.de iure emphy.& l.si creditor.§.fin.de distr.pig. scđm literã Pisanã, quæ est verior, & de modo & cautela, per quã possit impediri translatio dñij in contractu ex pacto de non alienando[a]: vide plene per Bar. & Mod. in l. qui absenti.in prin.de acqui.poss. ¶ In gloss. posita super verbo, interest. ibi not. ꝙ etiã curare debuit. Hæc gl. semper allegat̃ tanꝙ̃ notabilis, ꝙ ille qui est prohibitus alienare, tenetur etiã curare, & facere vt ex facto vel non facto ipsius non sequatur alienatio legalis: & ꝙ̃tum est respectu nõ facti, hoc solum habet locũ, qñ prohibitio alienationis fit in certam personam: nã si fieret respectu incertæ personæ, tunc non obligaretur qs facere aliquid, ꝓpter qđ alienatio legalis impediret̃: vt l.cũ pater.§.cũ inter. ff.de lega.ij.& plene hic per Bar.& alios. Respectu aũt facti ista est regula cõis, & vera, ꝙ prohibitus alienare videtur prohibit⁹ facere aliquid, ex quo necessario debeat sequi alienatio, vel ex hominis dispositione, vel dispositione legis. Primũ probat̃ in l.magis puto.§.si fundus.ff.de reb. cor. Secundũ tenet gl.ordi.& no.in l.itẽ quia.s.de pact.de cuius intellectu vide Cyn.& per Bal.in l.certi iuris.C.loca.& per hanc theoricam decidit̃ notabilis qõ per Fran.de Alb.de Arc. quem refert & sequit̃ Bar.in l. hac edictali.in prin.C.de secun.nup. vtrum maritus secundi matrimonij lucretur dotem ex forma statuti in præiudicium filiorũ primi mr̃imonij: de quo etiã ponit idẽ Bal.ĩ l.vna.C.de inof.do. ¶ Facit etiã ista gl.ad illã no.qõnẽ, quã ponit Bar.ĩ l.si constante.in prin.ver.quartò quæro.ff.solut.ma. vtrum minor recipiẽdo dotẽ obliget bona sua ex dispositione legali. Ad quas qõnes vide tex.sing. quẽ ibi ponderat Bar.in l.in conditionib⁹ primũ. in prin.ff.de condi.& demonstra.qui multũ facit cõtra decisionẽ suam in l.si constante. In glo. ibi: videlicet ad contractũ.not.istã glo.perpetuo, quę ponit duas notabiles cõclusiones. Prima est, ꝙ alienatio quæ fit in ecclesiã, dicitur fieri in potentiorem. Pro quo vide bonã gl.in c. potuit. & ibi per docto.extrà, de loc.& quod not.in c.j.de alie.feu.

¶† Secundò nota, ꝙ monasterium in succedendo habetur loco filij: sicut videtur probari in c.ĩ ꝑsentia[b].extrà, de prob. Sed multi reprehendũt istam gloss. vt hic poteris videre per Bart.& qa non est nostra materia, dic vt ple.scribit̃ in d.c.in ꝑsentia. & in aut̃.nisi rogati.C.ad Trebel.per Bal.& Bart. in l.si ita qs.§.si cui.ff.de leg.ij.& de materia satis vulgari, de qua multa posuit Ioan.de Imol.in l.Lucius.ff.de hæred.insti.& hic etiam aliquid tãgit. Quantũ autẽ ad decisionẽ qõnis positæ in gl. Dy. videtur hic sentire, ꝙ si sit appositum pactum expresse de non alienãdo in certã ecclesiam: verbi gratia, in ecclesiã maiorẽ: tunc nullo modo poterit succedere ecclesia, etiam si aliquis ingrediat̃ monasteriũ, quia isto casu videt̃ prohibita non solum successio ex testamẽto, sed etiã ab intestato, vt infrà dicetur. Si verò prohibitio alienatiõis nõ sit facta respectu certę ecclesiæ, sed gñaliter respectu cuiuscunꝙ; ecclesiæ. & tunc Dy.hic, quẽ sequitur Bar. distinguit ꝙ aut ecclesia instituit̃ hæres, & videtur prohibita talis alienatio, per ea quæ habentur in l.peto.§.fratre.ff.de leg.j.& quia ecclesia instituta hæres non tenet locum filij, licet teneat locum filij respectu ingredictis monasteriũ, vt cõiter dicunt doct.in c.in ꝑsentia.extrà, de probat. Si verè ecclesia succedat iure legitimo, tũc poterit succedere, qa talis successio non videt̃ prohibita: vt infrà dicã, scđm cõem sententiã doct. Ex hoc infert hic Ang. clarius, ꝙ si aliquis ingrediat̃ monasteriũ, poterit succedere monasterium, non obstante prohibitione, qa succedit iure legitimo. i.ex legis dispõne, per quã bona ingressi transferunt̃ in monasteriũ: vt in aut̃.ingressi.C.đ sacrosan.eccl. Bar.ĩ aut̃ ꝑdicta, videt̃ sentire iuxta finẽ, qa res ꝓhibita alienari in eccl͂a nõ trãseat ad monasteriũ per ingressum: all.gl.positã, & hanc opi. sequit̃ hic Io.de Imo. quia ista nõ videt̃ successio mere ꝓcedens ex dispositione legis, sed ex facto voluntario ipsius ingredictis, vbi videtur ꝓhibita alienatio, iuxta regulã traditam in prima parte glo. Sed forte posset defendi cõtraria opi. quando monachus non offert expresse sua, sed se tm̃: tunc eñ bona trãsferuntur in monasteriũ: qa ille censetur mortuus ciuiliter, vt dicitur in d. authẽ. ingress.& in corpore vnde sumitur. Vnde ex facto hominis nõ sequitur immediatè alienatio, sed ex morte ficta, q̃ ꝓcedit à facto: vnde ista videt̃ quædam successio intestati, & per consequens haberet locũ regula, de qua infrà dicet̃. & bene facit tex. pro ista parte in d.l.in conditionibus. Et aduerte, qa qñ alienatur emphyteusis eccl͂æ in aliã ecclesiam, tunc etiã si nullũ pactũ est appositum non de alienando, est in potestate ecclesiæ, quæ concessit emphyteusim reuocare rem ab ecclesia, vel apud eam dimittere: vt est tex.in authen. de alie.emphy.§.j.secundùm Bart.in d.authent. ingressi.& Moder.hic. Aduerte tamẽ: quia si est facta dispositio de non alienando in ecclesiã, debet distingui spẽs alienationis: quia si est contractus, non impeditur trãslatio dominij, sed agitur ad interesse: si autem esset vltima voluntas, vel dispositio legis, alienatio esset tunc nulla, vt infrà dicam. Illud etiam scias, ꝙ vbicunꝙ; apud aliquẽ residet ius, quod non est perpetuo duraturũ: ver-

a ¶ De nõ alienãdo. Tu vide d.Alex.đ Imol.in consi.x.j. parte.

b ¶ In ca. in ꝑsentia. Vbi vide Fel.ĩ xx. col.& d.Iac.May. ĩ authen.si qua mulier.de sacrosanct. eccle.

bi gratia, fundus censualis, qui debet reuerti in concedentem post tertiam
generationem, nūquàm tale ius poterit alienare in ecclesiam, quia eccle-
sia non moritur. xij. quæst. ij. capit. liberti. ita decidit singul. Arch. & Ioā.
And. in ca. j. de immu. eccle. lib. vj. ita tenet Bald. licet eos non alleget in
ca. imperialē. in prin. de prohi. feud. alie. per Fed. ¶ † Extra gl. plene pro-
sequit̃ hic Barto. materiam ꝓhibitæ alienationis, quem effectum operet̃
ista ꝓhibitio, & præcipue in cōtractibus, & dispōne legali: cui Ange. &
d. Io. pauca addunt, quæ statim dicent̃, additis quibusdā alijs vltra ipsos.
Adde igitur primò, inquantū Barto. hic, & in l. nemo. s̃. de pact. vult, ꝙ
prohibitio alienationis factæ in contractu reddat contractum nullum, si
ius cōpetebat alicui in re, super qua apponitur pactum, per l. si creditor. §.
fin. ff. de distra. pign. nam hoc intelligit do. Io. esse verum, si sit speciali-
ter interposita hypotheca super re ꝓhibita alienari: secus si res illa sit ge
neraliter obligata creditori apponenti tale pactū. hoc dicit sentire Bar.
in l. qui absenti. §. j. iuxta fin. cōmenti. s̃. de acqui. pos. Mouetur ratione:
q̄a cùm casus d. l. si creditor. in fin. sit spālis contra regulas iuris, nō debet
trahi vltra casum in eo expressum: vt in regula, quæ à iure. cum alijs, de
re iudi. Pro ista cōclusione vltra ipsum vid̃ bonū tex. & ibi not. per Bal.
in l. j. C. de neces. hære. instit. vbi patet iuncta alia lege ibi allegata in glo.
quòd alienatio irreuocabilis fortius impeditur per hypothecam specialē,
quàm ꝑ hypothecā generalem. † Et aduerte, quia in casibus in quibus
alienatio non valet ipso iure, dixit glo. singu. in auhē. vt de cætero non fi
ant cōmu. §. j. quòd si contrafiat, & alienentur res, ille qui apposuit pactū
poterit eam occupare ꝓpria autoritate. Quinimo videtur sentire illa gl.
arguendo ex illo tex. ꝙ semper pactum de non alienando reddat aliena-
tionem nullam: quod est falsum, vt patet ex præmissis. & illam glo. alle.
Ange. hic, & Bald. in c. j. §. hoc quoq; de suc. feu. Et iste est locus, de quo
do. me. dicit se non recordari, allegans candē gl. in l. qui absenti. §. j. de ac-
quir. poss. Aduerte tamen, quia si bene respicias ad finem illius §. verbū,
comprehendere, quod ponitur ibi in tex. declarat quòd cōprehensio fiat
per rei vendicationē, & sic autoritate iudicis non propria. Præterea tex.
ille, posito ꝙ hoc diceret, videtur loqui in casu speciali fauore ecclesię: vñ
nō esset trahendus in consequentiam in alijs casibus, cùm regula sit in op
positum: vt l. extat. ff. quod me. cau. & l. si quis in tantā. C. vnde vi. † Se-
cundò adde, ꝙ quādo alienatio prohibetur non simpliciter, sed inter vi-
uos, vel per viam cōtractus: tunc non cōprehenditur alienatio, quæ fit ꝑ
vltimam voluntatem: vt l. pater. §. fundū. de legat. iij. & l. militem. in fin.
ff. de re iud. facit tex. in l. verba gesserunt. ff. de verb. sig. & tenet hic Io.
de Imo. qui sic intelligit l. j. C. non licere habita. lib. xj. cuius intellectus
mihi placet, quia vltra inductionem ipsius etiam in fin. l. repetitur verbū
contractus, de quo dic vt hic plenius per eū. Ex his infert hic Ang. no. ꝙ
si ex forma statuti aliquis prohibetur alienare rem ex contractu, vel in-
ter viuos in forensem, hæres poterit donare vel vendere rem forensi, vł
alio titu. inter viuos transferre, si testator hoc iussit in testamento: quia
pro isto iussu testatoris cōpetit actio ex testamento contra hæredem, vt
vendat: vnde magis dicit̃ vltima voluntas, & solutio debiti procedentis
ex vltima voluntate, quàm simplex contractus: & ideo non comprehen
ditur sub statuto: ita disputauit Iaco. But. quem refert & sequitur Ioan.
Andr. in addit. Specu. super rub. de re. permu. per rōnem pręadictam, quę
probatur in l. si hæres. de actio. empt. & l. vxore. §. agri plaga. de legat. iij.
quod dictū etiā Ang. allegat hic. quinimo vt refert ibi Io. And. etiam si
testamētum sit nullum, in quo testator mandat rem vendi, adhuc tenuit
Oldr. disputando publice, quòd vendens non incidat in prohibitionem
statuti: per ea quę habentur in l. si. de reb. eccl. licet illa l. loquatur, qñ a-
lienatio erat prohibita in fauorem personæ, cui sola voluntas testatoris
poterat præiudicare, licet non esset vltima voluntas. Nam etiā si defun
ctus corā duob⁹ testibus declarasset, ꝙ permittebat filio suo minori talē
rem alienare, hoc sufficeret, licet ista non esset vltima voluntas. Sed in ca
su nostro disponens non poterat tollere fauorem publicum per omne ge
nus dispositionis, sed solùm per vltimam voluntatem, quæ nō dicitur vl
tima voluntas, quādo est nulla: vt l. non putauit. §. non quæuis. ff. de con
tratabu. & not. in l. ij. in prin. queād. testa. ape. Vnde istud dictum nō af
firmarem pro nūc, licet autoritas sit magna. Pro cōclusione ista facit tex.
in l. si quis seruum. ff. de actio. empt. & ea quæ dicunt Barto. & alij in l. fi.
C. de pact. Ad confirmationem autem primi dicti vide text. optimum, ꝑ
quem ita decidit ibi do. me. in l. si tibi pecuniam. ff. si certum peta. vbi pa
tet, ꝙ ille qui contrahit ex necessitate præcedentis obligationis, non di-
citur propriè contrahere, sed magis absoluere fidem, & implere præcedē
tem obligationem. & hæc opin. est cōmunis, & vera, licet Bald. in l. cæte
ra. §. fin. de leg. j. ex illo tex. arguat contra eam. Item aduerte, quantum
ad istam quęstionem, quia Ioā. And. in addi. prædicta, videt̃ pręsuppone
re in themate, ꝙ statutum per quod publicat̃ res in cōmuni, si alienet̃ in
forensem valeat. & ita videntur præsupponere dicti disputantes, q̄a solū
quærunt vtrum alienans, vt s̃. comprehendatur in verbis statuti. Sed ip̄e
Ioan. And. hoc reuocat in dubium in c. fin. de immu. eccle. libr. vj. in no-
uella: vbi concludit, quòd quo ad pœnam publicationis rei alienatæ sta
tutum valet, respectu eorum qui fecerunt statutū, vel conse[illegible]erūt statu
to verè, vel interpretatiuè: respectu autem aliorum videtur sentire quòd
non valeat, ita vt in foro conscientiæ res posit retineri per fiscum, per
ea quæ habentur in ca. quæ in ecclesiarum. de constit. vbi cōcluditur per
aliquos, quòd solus princeps potest auferre ius quæsitum alicui de iure
gentium ex causa. Vnde dicit ibi, quòd si statutum esset factū domino lo
ci, ita ꝙ ciues nullo modo possunt dici consensisse dicto statuto: tunc in-
distinctè esset verū, ꝙ in foro consciētiæ nō posset retineri per fiscū. Tu
autē aduerte: quia licet inferior à principe non posit auferre singulariter
ius priuati quæsitū de iure gentiū sine causa, tamē statuēdo gñaliter pro
pter vtilitatē publicā videt̃ ꝙ posit: vt l. Lucius. §. fin. ff. ad mu. & per ea
quæ tradit Bar. in l. Antiochensium. ff. de pri. cre. & ego plene scripsi in
dic. ca. quæ in ecclesiarum. Vnde quia ista quæstio depēdet ab illa, dic vt
ibi not. per doct. & de quæstione ista vide Pet. de Anch. eleganter in re-
gula, possessor malæ fidei. de regu. iur. vbi refert ista dicta Io. And. Ter-
tiò adde ad prædictā materiam qđ no. Bar. fin. in l. murileguli. C. de mu
rile. li. xj. vbi voluit not. per illum tex. ꝙ statutum prohibēs alienari rē
in certum genus hominum, non habet locum, si ille in quē est facta alie
natio, est paratus subire illam qualitatē post alienationē factam, propter
quā permittebatur alienatio: & sic videretur dicendū, ꝙ si forensis vellet
effici ciuis, confirmaretur alienatio in eum facta. qđ posset concedi, quā-
do simpliciter annullaretur contractus: secus si res publicaretur ipso iu-
re in fiscum, quia tunc non videretur admitti purgatio moræ facta exe-
cutione: iuxta l. si is qui. ff. de leg. ij. Dixit etiā Bart. no. in l. si quis in gra
ui. §. vtrum. ff. ad Syl. ꝙ tale statutum non haberet locū, quādo permit-
teretur alienatio simpliciter ex forma alterius statuti propter vtilitatem
publicā. Quartò adde singulariter ad istam materiam, ꝙ ille qui per pa-
ctum promittit non alienare: etiā si iuret non alienare, non obstante iu-
ramēto poterit alienare, licet teneatur ad interesse: ita dicit sing. Inno. in
c. dilecto. extrà, de præbē. quē etiam sequitur Arch. in c. si à sede. de præ
bē. lib. vj. & Guil. in Spec. in ti. de emp. & ven. §. tertio loco. ver. quid er-
go. quæ dicta refert eleganter, & cū certa distinctione do. Abb. Mod. in
c. intellecto. extrà, de iureiu. Quintò adde ad ea quæ tangit hic Bar. ꝙ qñ
per l. ꝓhibetur alienatio simpłr, videtur taliter prohibitus etiam nō pos
se habere rem pro delicto, ne ex facto suo præcedenti alienatio contra l.
dispositionem sequatur: glo. est not. quā ibi approbat Bart. in l. prima. §.
j. ff. si ex noxa. causa agatur. Dixit etiam not. hic Io. de Imo. quòd qñ ꝓ-
hitio donatiōis sit in certum genus personarum, tunc sicut non prohibe
tur aliquis succedere ab intestato illi qui est prohibitus alienare, ita ille
idem qui esset successurus ab intestato, non prohibetur institui expresse
à testatore: allc. glo. quam reputat singularem in l. pater. §. Iulius Agrip
pa. ff. de lega. iij. quam glo. tenebis menti, quia mirabiliter facit ad ea quę
scribit Barto. & Moder. in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth.
vbi dixit, quòd si filia excluditur ab intestato ex forma statuti, stante ma
sculo vel fratre moriente, multo fortius excludetur ab impugnando te
stamentum, si illi idem qui succederēt ab intestato, essent instituti: quia
quod permittitur in causa intestati, multo fortius videtur permitti in cā
testamenti: quoniā voluntas testatoris expressa est fortior, quàm tacita:
vt l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. & l. ij. §. fin. ff. de bono. poss. scđm ta-
bu. Aduerte etiam in ista quæstione, quod quędam glo. singularis dixit:
quod ibi approbat Bald. ꝙ licet prohibitus alienare, aliquando videatur
prohibitus etiam relinquere ex vltima voluntate, quantum ad hoc vt a
lienatio sit nulla: quantum tamen ad pœnam quæ imponitur à lege alie
nanti, non comprehenditur vltima voluntas: ita singul. decidit gloss. &
plene declarat ibi Bald. in c. imperialem. in princ. de probi. feu. alie. per Fe
de. Illud etiam scias, quòd si imponit̃ pœna alienāti ex contractu, illa pœ
na si sit legalis, non habet locum in eo qui alienauit ductus iusta igno-
rantia: casus est not. quem ibi not. Bald. ad hoc in capit. j. §. si vasallus. si
de feu. fuc. controuer. inter do. & agna. † Vtrum autem prohibitus alie-
nare posit delinquendo transferre ius in fiscum, vide per Barto. not. qui
consuluit super ista materia: vt ipse refert in lege, si quis in tantam. C.
vnde vi. & lege, si finita. §. si de vectigal. vel §. sequent. ff. de damno infe.
Et ad materiam nostram adde bonum text. in lege, Pantonius. §. rei. ff.
de acquiren. hęred. vbi probatur, ꝙ prohibitus alienare potest instituere.
Et ad ea quæ s̃. dixi, referendo dicta Inno. in c. dilecto. extrà, de præben.
adde quòd glo. allegata in contrarium in l. si pecuniam. de condi. ob cām.
quæ allegatur per Bald in l. prima. C. de sent. quę pro eo quòd quis obli
gatur præcise ad factum ex iuramento. scđm Io. de Imo. in l. ij. §. sed &
si qs. ff. de dona. non dicit hoc: quia licet dicat, ꝙ pars quæ iurauit imple-
re id quod erat implendum in contractu innominato, per hoc iuramen
tum faciat, quòd res non dicatur integra ex parte eius qui debebat im-
plere, & sic non admittatur pœnitentia ex parte eius, qui impleuit: nō
tamen dicit illa gloss. quòd ille qui debet implere, posit cogi ad factū
præcise. Vnde do. Anto. de Butr. in c. per tuas. extrà, de arbitr. ex quadā
doctrina Innoc. ibi posita, quam allegat etiam dominus meus in l. hęre-
ditatem. ff. de dona. dicit, quòd etiam si sit iuratū, nihilominus in facto suc
cedit obł̃o ad interesse. Sed illa doctrina non potest euitari, vt ibi decla-
rat do. Abb. & ideo ipse idem do. Anto. in c. veniens. extrà, de iureiu. te
net simpliciter, ꝙ aliquis posit præcise cogi ad factum, si interuenit iura
mentum: & hanc opin. sequit̃ do. Abb. in d. c. per tuas. & in dicto c. veni-
ens. mouet̃, quia iura simpłr dicunt, ꝙ iuramentum est seruandū, vbi non
vergit in dispendiū salutis &c. vt c. cū cōtingat. & c. si verò. de iureiur. &

ca. q̄uis.

10 c.quis.de pac.li.vj.¶†Secũdò,qa iurm debet impleri in forma a specifica[a],nõ per æquipollens:vnde q iurauit soluere,non potest cõpensare:vt in c.ad nostrã.& ibi not.de iureiur.Tertiò p c.ex rescripto.de iureiurã.& p c.cũ tẽpore.iũcta glos.extrà,de arbi.D.Ioan.de Imo.in d.§.sed & si quis.dicit ꝙ aut simpliciter aliquid fuit iuratum,ita ꝙ iuramentum non accedit alteri obligationi:& tunc vera sit præcedens opin.ꝙ quis cogaꝛ præcise ad factum.Aut fuit adiectũ stipulationi,vel alteri contractui præcedenti,in quo cõtinebatur promissio facti:& tũc assumat naturam contractus cui accedit:vt l.fin. C. de non nu. pecu.& l.fi.ff.q satisda.cog.& sic succedet obligatio ad interesse.Mihi placet opi.d.Abb.& do.Ant.simpliciter in d.c.veniens.quia obligatio ad interesse in cõtractibus non succedit nisi post moram:vt l.stipulationes non diuiduntur.§.Celsus.s.eod.& l.si insulam.mora autẽ p̃supponit delictum, & quòd quis non seruauerit id quod promisit:ergo sequitur ꝙ nõ seruãs ex negligentia id qđ iurauit,non põt excusari à periurio, in c.venit.de iureiur.Sed huic rationi posset rñderi,ꝙ nõ seruans promissum in tempore incidat in pœnam:& tunc liberabitur postea à periurio,purgando moram,& soluendo interesse:nã si etiã aliqs p̃cise posset cogi ad factũ põst interpellationẽ extraiudicialẽ,incideret in piuriũ non implendo,& nihilo minus cogereꝛ ad factũ,& nõ ad interesse.Hęc tamen opi. placet per iura adducta per do.Abb.& per tex.quem etiam ipse adducit in l.si quis.C.de transact.vbi patet,ꝙ iuramentũ habet vim clausulæ rato manente contractu.¶†Et sic videꝛ,ꝙ ad id quod deuenit in contractu omnino possit quis cogi: & quãuis illa l.possit euitari aliquo modo,intelligẽdo ꝙ ille qui tenetur ad pœnam,& ad factũ principale,præstando interesse liberaretur:hoc tñ non credo fuisse de mente literæ. qa cũ pœna succedat loco interesse:vt l.fi.de præto.stipu.ex quo p præstationẽ pœnæ nõ euitatur p̃statio rei principalis,non videtur similiter,ꝙ possit euitari per præstationẽ interesse vltra pœnã.Et ex his infert ad decisionem casus nostri, ꝙ ille q iurat nõ alienare,si hoc facit promittendo alicui pro suo interesse alienando,nulliter alienat,siue iuramentũ interponaꝛ de non alienando, siue accedat stipulationi p̃cedenti, quia propter reuerentiã iuramenti inducitur hoc,vt quis cogaꝛ præcise ad factũ.Vnde iuramentum nõ sortireꝛ in hoc naturam sui principalis,quia est maior ratio,cur aliquis præcise debeat cogi,cũ est iuratũ,quàm cũ simpliciter fuit promissum:ar. eorũ quæ habentur per Bar. in l.ij.ff.de iurisd.om.iud.In legibus autẽ allegatis in oppositum eadẽ æquitas & ratio facit, vt partes videantur sensisse in iuramento, ꝙ in contractu principali,si bene inspicias decisionem illius l.Si verò aliqs iuraret nõ promittendo alicui pro suo interesse,sed simpliciter propter vtilitatem publicã,vel ecclesiæ suæ:tunc posset p̃cedere dictũ in c.dilecto.præallegato.aliàs non video,quomodo procedat stante veritate prędictorum,quia non alienare est non factũ, quod continet factum: sicut dicitur in l.stipulatio ista.s. eo. & patet de se,qa propter hoc succedit obligatio ad interesse. Tangit etiam Ioan.de Imol.vtrum alienatio possit impediri per præceptum arbitri, vel iudicis, quã quæstionem posuit Inno.in c.Raynaldus.extrà,de testa.& Bar.in l.filius. §. diui. ff.de leg.j.& ita sequitur hic Io.de Imol. vide etiã Archidia. in c.ij.de reb.eccle.non alie.in vj.& Bal.eleganter.in l.fina.de pact.inter empto.& vend.vbi dicit,ꝙ quando partes apponunt pactum de non alienando,si volunt impedire alienationem,cautela est quòd faciant contractum coram iudice,qui cõfirmet pactum contrahẽtium,& autoritate sua interdicat alienationem:vide etiam ad materiã nostrã quòd not. ponit Bal. in l.j.in fin.C.de his quæ pœnæ nomine.vbi quæritur,vtrũ si est apposita pœna in pacto de non alienãdo, seu in dispositione,in qua aliàs alienatio redderetur nulla,vtrũ appositio pœnæ conseruet actum nullitatis:vide ad materiam bonum tex. in l.diuus.ff.de pet.hæred.qui videtur probare secundũ vnũ intellectum,quòd qñ alienatio prohibetur à l.in fauorem tertij,illa prohibitio non operatur,si fauor defertur in odium ipsius tertij,si nõ fieret alienatio.

Filia. Transactio generalis restringitur ad causam propter quam fuit facta seu interposita,etiam circa eã 11 dem rem.hoc dicit.Secunda est ibi:respondi. ¶ † Nota quòd verba transactionis generalis restringuntur ad causam, propter quam transactio fuit facta: fuit autem facta transactio propter litem motam de inofficioso: nulla enim alia lis erat mota,vel sperabatur moueri tempore transactionis.Vnde necesse est dicere,quòd propter illã litẽ fuerit trãsactũ,aliàs trãsactio non valeret:vt l.ij.C.de transa.& licet glos. dubitauerit de hoc ar.in l.si de certo.C.de trãsa.doc. tñ dicunt hic, & ibi, ꝙ hæc q̃õ decidiꝛ in hoc tex.super quo vide ibi Bart.Dicit tñ ibi Ioan.de Imo.ꝙ forte opi.cõtraria posset saluari, qñ verba trãsactiõis essent ita gñalia,ꝙ nõ possent restringi ad causam, de qua præcesserat lis salua ratiõe sermonis:vt l.si ex pluribꝰ. ff.de exc.quæ verba possunt esse vera in pacto simplici,iuxta ea quæ no.Bar.in l.Aurelio.§.Caius.ff.de lib.leg.Sed in trãsactione dato ꝙ partes per illa verba voluissent cõprehendere omnẽ causam,de qua nõ esset quæstio,nec esse speraretur,vtrũ ista verba operetur aliquid,esset maius dubium:de quo dic vt no.in l.cum Aquilia.ff.de transact.Qua aũt pœna puniaꝛ ille qui dixit testimonium falsum,& non probauit,vide in l.post legatum.in princi.ff.de his quibus vt indignis.

SVMMARIVM.

1 Seruitutem cõstitui sibi qui stipulatur,an ipso iure habeat seruitutem constitutam.

2 Contractus seu dispositio quando dicatur perfecta absolute & simpliciter.

Si sub vna. Diuersitas nominũ significantiũ eandẽ rem non vitiat stipulationẽ.h.d.¶In gl.vnica posita sup prin.l.ibi: vt promittis &c.bene exemplificat,& idẽ esset vt dixi in summario,vt si alia nomina diuersa significarẽt idem: vt si stipularer vitulam,& tu respõderes,promitto iuuẽcuiã: vel si stipulareris iuuẽculam,& ego responderem,promitto,quæ idem significant:vel si stipularer ducatos Venetos.& de materia dic vt no.in l.quæ extrinsecus.s.eo.

Si quis viam. Stipulatio vitiatur,si ante rẽ perfectã peruenit ad eũ casum, à quo incipere non põt.h.d.¶†No.primò,ꝙ ille qui stipulaꝛ seruitutẽ sibi cõstitui,vel simpliciter ad fundũ suum,nõ habet constitutã seruitutẽ ipso iure:quia in contractibus non transfert dominium,vel quasi ex solo titulo sine traditione, prætereꝗ in certis casibus:vt l.traditionibus.C.de pact. & l.fi.C. de sacro san.ec.quæ licet loquantur in dñio,extenduntꝛ tamẽ ad quasi dñium.i.ad seruitutes,quarũ ille cui debeꝛ seruitus, diciturr esse quasi dñs,secundũ glo.in l.ij.§.quędã.ff.de interdi. de quo vide per Bal.in l.cũ res.C.de prob. In legatis aũt acquiriꝛ seruitus ipso iure,quãdo seruitus esset expresse cõstituta,secus si tacite.Primũ probatur in l.si partem.§.fin.s.quẽad.ser.amit. Secundũ in l.seruum filij.§.fi.ff.de leg.j.& vide qđ no. Bart. in l.j.ff.de ser.leg.¶†Secũdò no.& semper tene mẽti,ꝙ cõtractus seu dispositio non diciꝛ perfecta absolute & simpliciter, nisi qñ est perfecta vltimata perfectione,quę est perfecta executio contractus:facit optime ad not.per gl.& Bal.in l.j.C.de peri.& cõmo.rei ven.¶In glo.posita super verbo, euanescit. Respõdeo, faciat eã cedi à venditore:gl. hic videꝛ cõtra istum tex.qui dicit,ꝙ isto casu stipulatio annullaꝛ:vnde non potest habere locũ cessio,si extinguiꝛ actio.Bar.dicit, ꝙ ista glo.põt saluari in duobus casibus.Primus est, quãdo stipulatio interpretaꝛ:vt in exẽplo gl.nõ ad cõstituẽdã seruitutẽ fundo dñanti,sed ad causandũ aliquã obligationẽ personalẽ respectu promissoris,quã stipulator acquirit sibi cõtemplatione rei quę est apud eũ:et tunc enim licet alienetur res in alterũ, cuius occasiõe fuit cõtracta obligatio,non tñ annullabiꝛ stipulatio,sed teneꝛ vẽditor actionẽ cedere emptoris:vt l.fluminũ.§.adijciꝛ. ff. de dã.infec.& l.dãni.§.emptor.ff.eo.Cõtra qđ dictũ insurgit hic Io.de Imo.dupľr.& primò inquãtũ Bar.dicit,ꝙ vẽditor cogitur hoc ius cedere per iura illa præallegata.Hoc nõ videꝛ verũ,secundũ eũ,quia iura illa loquunꝛ,qñ obligatio fuit acquisita vẽditori ad recuperationem dãni,qđ poterat inferri in re, pro qua ipse vẽditor esset obligatus emptori, nisi cederet actionẽ.Nos aũt loquimur in actione personali,quæ cõtinet lucrũ:vñ nõ videꝛ ꝙ vẽditor teneatur eã cedere emptori: qa forte si vult,põt facere promissori,vt amplius nõ teneaꝛ,nam nõ põt argui de legibus loquẽtibus in dãno ad lucrũ:vt l.fi.in fi. C.de codi.& l.ij.§.licẽtia.C.de iure deli.& in veritate iste articulꝰ est nouus in ista materia,qa Bar.nõ attingit eũ in l. si tertius.§.officiũ.ff.de aqua plu.ar.Sed cõtra istã opi.multũ facit, qa actio personalis,q acquiriꝛ vẽditori,debet cedi emptori,et si cõtineat lucrũ,dũmodo illud lucrũ oriaꝛ occasione rei trãslatæ in emptorẽ.Casus est in l.eum qui.in prin.& l.si vẽdidero. ff.de fur.& no.gl.in l.quod sæpe.§.si res.ff.de contrahẽ.emp. Sed ad ista iura posset rñderi,ꝙ loquũtur de obligatione quæsita post cõtractũ emptionis ante traditionem, quo tpe omne lucrũ & incõmodũ debet esse emptoris:vt l.si ea res. in princ. de act.emp.& l.qui in puteum.§.si postea.ff.quod vi aut clã. nos autem loquimur in obligatione quæsita ad lucrum venditori ante venditionẽ factam.Sed tamẽ hæc rñsio nõ placet, quia ego video ꝙ obligatio quæsita vẽditori ad p̃siones an-

¶ Specifica. Adde Fel.plene in d.c.ad nostrã.de iureiu. al leg.hic per Areti.

te venditionem pro tẽpore quod currit post vẽditionẽ, debet cedi emptori, & tamẽ pensio est lucrũ proueniẽs ex re vendita: ita dicit gl. no. in l. Iul. §. si fructibus. ff. de act. emp. quã approbat Bar. & declarat in l. fi. in fin. ff. de iure fis. vbi omnino est videndũ. ¶ Præterea licet obligatio sit acquisita ante venditionẽ, respectu tamen effectus & executionis ipsius quæ habet locum post rem venditam, & nõ ante, eadem videtur esse ratio, vt eadẽ ratio debeat cedi emptori: quia respectu huius executionis, & huius effectus, obligatio antè videtur collata in tempus, quod sequitur emptionem. Vnde perinde est, ac si illo tẽpore esset interposita: ar. l. in tẽpus. ff. de hær. inst. & iõ magis placet opi. Bar. ꝙ venditor teneatur cedere, licet iura q̃ allegat non multum faciãt. Et hanc suã singularẽ doctrinam hic adde ad ea quę ponit in l. si tertius. §. officiũ. s̃. de aqua plu. ar. Secũdò reprehendit do. Io. istud dictum, inquantũ Bar. dicit, ꝙ isto casu cessio poterit fieri post traditionẽ rei factam alteri: nam hoc non videt̃ verũ, qa eadẽ ratio videtur esse in casu nostro, quæ est quando stipulatio fuit interposita ad seruitutẽ constituendã: ideo autẽ illa stipulatio euanescit alienatione facta in alterũ, qa stipulatoris desinit interesse. Sed hoc eodẽ modo desinit interesse stipulatoris, ex quo nõ habet amplius rem, propter quã fuit stipulatus: ergo similiter annullabitur stipulatio. Tu autẽ aduerte, qa si vera est opi. Bar. de qua modo dixi, ꝙ venditor teneat̃ cedere: tunc nõ desineret interesse venditoris, quia hoc solũ interesse sufficit ad hoc, vt non extinguatur actio, vel vt possit cõpetere. Casus est in l. si vendidero. in prin. ff. de fur. vnde non est opus, ꝙ propter hoc ius non cõpetens emptori, competat regressus de euictione, contra venditorẽ: sicut voluit Rapha. quẽ hic refert Pau. de Cast. sed satis est ꝙ teneatur cedere actionẽ. Si aũt teneremus opin. Io. de Imo. ꝙ venditor nõ tenetur cedere hãc actionẽ per stipulationẽ, quæ cõtinet lucrũ: tunc adhuc dico, ꝙ argumẽtum suum nõ procedit: quia in casu §. nostri stipulatio nõ annullatur ex eo, quia stipulatoris nõ intersit, sed quia natura rei deductæ in stipulatiõe impossibilitatẽ cõtinet, non enim potest constitui seruitus realis nõ habẽti fundũ: vt no. in l. pecoris. ff. de ser. rusti. prædio. & per Bar. in l. Mela. §. fi. ff. de ali. & ciba. leg. Vnde maior ratio est annullãdi stipulationẽ in casu §. nostri, q̃ in casu posito per Bar. Sed do. Rapha. sentit, ꝙ qñ post traditionẽ desinit interesse, ista stipulatio annullaret̃, nec posset cedi actio, vbi successor singularis non haberet regressum cõtra suum actorem. & ponit exẽplũ, quando res cui debebat cõstitui seruitus, esset donata. Sed Pau. de Ca. hic videtur defendere, ꝙ etiã in isto casu vera sit opi. Bart. qa interest nostra saltem propter hoc, vt ille qui habuit causam à nobis, habeat plenius ius in re, propter quod interesse autor põt stipulari & pacisci singulari successori, licet non sit habiturus regressum contra eum: vt est casus in l. si tibi. §. si pactus. in vltimo respõso. s̃. de pact. vbi probat̃, ꝙ pactũ donantis prodest donatario. Sed hoc affirmare est periculosum, quia videt̃ cõtra text. in l. Iul. §. si fundũ. s̃. e. vbi actio ex stipulatu non competit actori, quia nihil sua interest, quando successor singularis nõ esset habiturus regressum de euictione cõtra ipsum: & per illum tex. videret̃ posse affirmari dictũ do. Rapha. ꝙ actio non esset cedẽda, & consequenter ꝙ stipulatoris nihil interesset, & per cõsequens euanesceret stipulatio. Forte tamẽ posset sustineri dictũ Bar. simpliciter, vt etiam eo casu quo venditor non tenet̃ cedere, possit cedere si vult: quia quãdo desinit interesse regulariter, desinit actio competere exceptionis: vt not. gl. in l. qui aũt. §. j. in fi. gl. magnæ. s̃. si quis cau. Vnde si ille cui fit cessio, habet interesse, quod nõ erat penes cedentẽ, ex quo actio cõpetit ipso iure, cessio potest valere: qa vt dicit hic Paul. de Ca. quãdo desinit interesse ope exceptionis, & non ipso iure, & non est eadẽ ratio in cedente & cessionario, quia cedentis non interest, sed bene cessionarij: tamen actio, quæ erat inutilis penes cedentem, potest esse vtilis apud cessionariũ: vt l. fin. C. de iure dot. & probatur ex no. in l. Modestinus. j. de sol. & l. Papi. ff. man. Adde etiã dictis doc. inquantum saluando gl. istam dicũt, ꝙ in casu huius §. gl. posset procedere in duobus casibꝰ, quorũ vnum ponit Bar. & cõiter doc. aliũ ponit Io. de Imo. Primus est, si traditio rei venditæ, & cessio actiõis simul fiãt: tũc enim valebit cessio, quia nõ reperitur adhuc extincta per traditionẽ præcedentẽ, sicut si traditio antecessisset. Vnde est eadẽ ratio tũc, ꝙ valeat cessio; sicut si trãsmittitur obligatio in hæredes stipulatoris, vnà cum dominio transit ius obligationis: vt l. si vnus. §. fin. ff. de ser. rusti. prædio. & l. pluribus. §. & si placeat. j. eod. ¶ Secundus casus est, quando cessio fieret emptori post venditionem, & ante traditionẽ: in quo casu Bart. tenuit, ꝙ cessio nõ valet, quia reperitur facta ei qui non est dominus fundi, & sic non potest sibi deberi seruitus: vt l. ij. ff. cõmunia prædio. Sed Io. de Imo. hic tenet cõtrarium, dicens ꝙ aliquis non sit dñs fundi tẽpore quo fit cessio: videtur tamen ꝙ ista cessio valeat, sicut ille cui fit cessio posset stipulari seruitutem fundo futuro: vt l. si seruitus. §. fi. ff. de serui. vrb. prædio. & l. Labeo. ff. de serui. rusti. prædio. Vnde secundũ eũ in duobus casibus stipulatio, de qua hic in gl. nõ euanesceret, & in vno casu dũtaxat euanescit: quæ verba nihil aliud important, nisi ꝙ destruunt istum tex. in l. pro parte. ff. de ser. in quibus simpliciter dicitur, ꝙ alienatio facit euanescere stipulationem, nam debebat poni regula in cõtrarium, ex quo de tribus casibus qui pñt cõsiderari, in duobus stipulatio valet, & solũ in tertio euanescit: vt patet ex præmissis. & iõ non recedẽdo à tex. dico ꝙ nec in primo nec in secũdo casu cessio valebit. Et primò rñdeo ad exemplũ allegatũ de hærede: nam nõ est simile aliquo modo in casu nostro, quia ibi per translationẽ fundi factã in hæredẽ non mutatur persona stipulatoris: † qm̃ cũ hæres reprȩsentet personã defuncti:[a] vt l. cũ aũt. ff. de rei ven. fundus videtur esse apud eum qui fuit stipulatus: & ideo durat obligatio ad seruitutẽ constituẽdã: sed singularis successor non reprȩsentat personam sui autoris,[b] nisi quo ad quædam, & largo modo: vt l. quædam. §. is aũt. & ibi no. ff. de edẽ. & l. ad tẽpus. §. j. ff. de vsur. Quòd aũt ista prima cõclusio nõ sit vera, probatur: qa licet cessio actionis, & translatio dominij fiãt simul eodẽ tẽpore, nõ tamen fiunt simul rõne & ordine intellectus: stipulatio enim in casu gl. est accessoria ad translationẽ rei, quia cõmodior vsus rei non põt intelligi, nisi habita re. Vnde secundùm ordinem rationis prius præcedit rei traditio, deinde sequitur translatio per cessionẽ: quod cõpetit ad cõmodiorem vsum rei. Modo stat regula quòd illa causa quæ si prȩcederet dispositionẽ sequẽtẽ ex interuallo, redderet eã nullã, si præcedat dispositionem nõ tẽpore, sed ordine intellectus & rationis, similiter impedit dispositionem sequẽtem. Casus est no. in l. j. in fi. cũ l. seq. & de re. co. vbi patet, ꝙ sicut dñium prȩcedens in persona pupilli oblĩonẽ impedit, ita impeditur obligatio, si simul & semel simĩati tẽporis dominiũ & oblĩo pignoris causentur, qa ratione & ordine intellectũ translatio dominij præcedit: quia in casu illius l. anteq̃ esset translatum dominiũ in pupillũ, res non poterat obligari transferenti, quia erat sua. l. neq; pignus. ff. de reg. iu. Quòd aũt prius & posterius cõsideretur dupliciter, vt s̃. dixi, ꝓbatur: & ibi hoc tenet Bar. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hære. insti. ¶ Secũdus etiã casus positus hic per Io. de Imo. non placet, vbi debes cõsiderare, ꝙ si aliquis stipulatur seruitutem ad fundũ, qui est in rerũ natura, sed nõ est stipulatoris, sicut est in casu nostro: tunc stipulatio non valet, nisi fiat sub conditione: ita declaraui tibi plene eliciẽdo istam cõclusionem ex isto tex. in l. existimo. in prin. s̃. e. Vnde falsum est, qđ dicit hic Io. de Imol. ꝙ emptor anteq̃ tradat̃ sibi fundus, posset stipulari seruitutẽ fundo, quẽ non habet. Et si dicatur, quare ergo potest simpliciter interponi stipulatio seruitutis pro fundo futuro, qui non est adhuc in rerũ natura? Respondeo, illud est ideo, quia ista stipulatio ex natura rei deductæ in ipsa habet tacitam conditionem, si fundus producat̃ in esse: vt l. interdũ. in prin. & ibi no. s̃. e. Sicut enim ille qui stipulatur rẽ, quæ adhuc non est in rerũ natura, videtur stipulari conditionaliter: ita oportet dicere de eo qui stipulatur ius ad rem, vel in re, quæ non est in rerum natura per eandem rationẽ: quia si principalis non est in rerum natura, ergo & suũ accidẽs non potest esse successorium: quod non intelligit̃, nisi respectu rei, cui cohæret, intellige in specie, vel in indiuiduo, loquendo magis proprie, licet seruitus in genere possit cõsiderari, sicut & quælibet alia species: & vocatur tũc seruitus in abstracto, secundùm Bar. & Vltramon. in l. j. ff. de ser. leg. Præterea posito sine præiudicio veritatis, ꝙ stipulatio simplex valeret ad constituendã seruitutem in fundo, qui nõ est stipulantis tẽpore stipulationis: eadem ratio quæ facit valere stipulationem, si fundus postea efficiatur stipulatoris, impediet cessionem fieri in casu nostro: ideo enim valeret stipulatio, quia traheretur ad tempus acquisitionis, post quod inciperet interesse stipulatoris, & ex tunc inciperet habere effectum: sicut dicimus in oblĩone fideiussoris, qui intercedit ante principalem: de qua in l. iij. & l. si stipulatus. de fideius. Sed cessio quæ fit ante traditionem, referatur ad tẽpus, quod est post traditionem: quia illo tempore incipit cessionarij interesse: tunc reddetur nulla, per ea quæ s̃. dixi in prima conclusione. Quia tamen hæc secunda ratio possit aliquo modo euadi, plus placet ratio primo loco assignata: & per hoc habes expeditam gloss. tuam difficilem cum suppletionibus ad ipsam. ¶ Extra gloss. aduerte, quia domi. Ioannes de Imola hic dicit, quòd Bart. in isto §. ponit duo dicta, in quibus videtur contradicere his quæ dixit in l. si stipulatus. s̃. eod. Primò inquan

quan

a ¶ Defuncti. Adde d. Pe. Phil. Cor. in cõsi. cxij. inci. q̃q̃. ĩ lĩa k. in ij. pte. & d. Bart. Soc. in cõs. ccxiij. inc. pñs. vers. qbꝰ præmissis. circa me. in ij. parte. sed tñ adde, ꝙ est verũ iuris fictione, qa in veritate differunt; cũ diuersæ sint psonæ, & diuersas aĩas hñt: & iõ vinculum vnius nõ ligat aĩam alterĩꝰ, nisi illiꝰ culpa interuenerit, secũdũ eũdẽ do. Bar. Soc. in cõsi. lxj. inc. in pñti. ver. sed hæc obiectio. circa me. in j. parte.

b ¶ Sui autoris. Addẽ Bald. in c. j. pe. col. ver. iij. nota. q suc. di. in vsi. feu. vide tamẽ cõtrariũ tenẽtẽ Spec. in ti. de sen. §. vij.

quantũ hoc dicit, ꝙ ista promissio, promitto non impedire te vt aquam ducas iuxta domũ tuã, est personalis, nec constituit seruitutẽ fundo dñanti. ¶ Secundò inquãtũ dicit, ꝙ si promitto tibi affirmatiuè, ꝙ liceat tibi ducere aquã iuxta domũ tuã, similiter ista promissio erit personalis: per l. apud Iulia. §. scio. ff. de leg. j. & per no. in l. pe. ff. de ser. lega. nam cõtrariũ videt̃ tenuisse in istis duobus, secundũ cum in d. l. si sic. ¶ † Tu autẽ b aduerte, qa in primo dicto Bar. nullo mõ sibi cõtradicit, quoniã ipse vult ibi, ꝙ oblĩo negatiua sit realis, scilicet quo ad hoc vt trãseat ad hæredes stipulatoris, nõ quo ad hoc vt cẽseat̃ cõstituta seruitus in re acquisitæ rei: dicit̃ ergo ibi oblĩo realis, qa licet ex ea oritur actio personalis dũtaxat, trãsmittit̃ tñ ad hæredes stipulatoris: & ita loquuntur iura allegata per eũ. Nõ tamẽ dicitur realis, vt constituat ius in re: & ita loquitur hic. & licet ipse non alleget, potest adduci bona ratio, vt ita sit: quia sicut stipulatio affirmatiua interposita per verba significantia merũ factũ non constituunt seruitutem, vt fuit dictum in d. l. si sic. & hoc sentit Bar. ita stipulatio negatiua, per quam quis se obligat ad non impediendum merum factum, secundùm dictum Barto. hic est etiam de mente ipsius, vt ibi declaraui in d. l. si sic. Vnde dic vt plene fuit dictum.

SVMMARIVM.

1. Actus ad naturæ necessitatem pertinens contractui interueniens, non dicitur actus extraneus.
2. Responsio ex interuallo secuta vitiat stipulationem.
3. Dictiones, incontinenti, statim, mox, & aliæ similes, qualiter accipiantur, hic habes remissiones.
4. Tempus cùm non est à iure limitatum, declaratio pertinet ad iudicem. & vide in nu. 7.
5. Vir bonus dicitur esse iudex.
6. Arbitrium habens debet illud secundùm rationem & æquitatem formare, non autem ex capite suo.
8. Assignatio termini fieri debet attenta possibilitate & qualitate personæ principalis.
9. Dictio, plurimis, ex sermonis proprietate qd significare hẽat.
10. Verbum, multitudo, quid significet.
11. Vterqꝫ, & alter, quid significent.
12. Impossibile quid dicatur.
13. Promittẽs id qđ de pñti præstari non põt, statim obligatur.
14. Prouisio cùm sit in certo loco, obligatio quando dicatur oriri.
15. Debitor quantitatis cũ quis est, difficultas excusat in duobus.
16. Difficultas debitoris an excuset eũ à piurio, habes hic, remissiue tamen.
17. Contrahentiũ verba in dubio secundũ qualitatẽ cõtrahentiũ intelligi debent.
pulatio incepit in persona stipulatoris: quia stipulatus est sibi & hæredi. & tunc acquiritur actio alijs cohæredibus. Sed tamen ipsis agentibus obstat exceptio: quia ex quo ius quod resultat ex facto, totaliter fuit acquisitum illi cui voluit, alij hæredes agunt contra voluntatem stipulatoris. Si verò sola persona hæredis fuit cōprehensa in stipulatione, tunc ipse solus aget, nec competet actio alijs ad factum: quia obligatio quæ incipit oriri in persona hæredis, potest prohiberi, ne oriatur, secundùm ea quæ dicta s. defendendo opinio. Petr. Tu autem aduerte, quia in primo casu vbi sequitur Bartol. & reprehendit Angel. ratio sua non videtur bona: nam in casu nostro totum illud quod voluit stipulator acquiri illi cui prouidebat, est sibi acquisitum: quia in facto indiuiduo, sicut in seruitute, seruitus competit in fundo cuilibet insolidum: vt lege, via constitui. §. si fundus. de seruit. rustic. prædio. & lege, loci corpus. §. si fundus. ff. si serui. vendi. nec est bona ista consequentia: hoc ius insolidum in casu nostro acquiritur alteri, ergo non est totum acquisitum illi, cui stipulator prouidit: quia imo quo ad ipsum factum est totum acquisitum: nam potest vti seruitute solus insolidum: & quilibet alter habens partem in fundo. † Vtamur ergo meliori ratione, defendendo Barto. & dicamus, quòd licet stipulator hoc casu videatur velle, ꝙ seruitus non acquiratur alijs: tamen hoc non potuit velle ad impediendum translationem actionis ipso iure in cohæredes: quia sicut ex prouisione l. xij. tabul. obligatio quæ competit ad rem diuiduam transfunditur pro rata ad omnes cohæredes: vt l. pro hæreditarijs. C. de hæredib. ac. ita actio quæ competit ad indiuiduam ex legis dispositione trāsfunditur in omnes hæredes insolidum: vt l. ij. §. ex his. sępius allegat. Contra hanc ergo dispositionē l. nō potuit dispensare stipulator, vt actio insolidum transiret ad vnum, & nō ad alios. Et ex hoc sequitur reiecta distinctione Ioā. quæ fundatꝛ super illa differentia Petr. quæ nō est vera, de qua simpliciter esset dicendū, ꝙ actio cōpetat oībus hæredibus ad ipsum factū: quia tñ intentio stipulatoris fuit, quòd hoc factū solus hæres haberet, cui fit ꝓuisum, agentibus obstabit exceptio. & ita salua dictum Ang. Aduerte etiam, qa in secūdo mēbro ipse ponit exemplū falsum, qđ etiā inferius ipse dānat in qōne de interesse: nā si Codex scribēdus debet acquiri soli hæredi cui fuit facta ꝓuisio: tūc istum Codicē scribi & tradi interest solū illius, cui fuit facta prouisio: ergo aliorum nō interest, quibus nihil est acquirendū. vnde nō sumus in casu qōnis nostræ: & hoc fatetur inferius [illegible] idem Ioā. & est verisimū. Adde etiam inquantū hic Bart. dicit, ꝙ in facto diuiduo est idem dicendū, qđ in stipulatione dandi, continēte aliqđ diuiduū. Nam quo ad acquisitionem faciendā, illi cui stipulator prouidet, doctrina Barto. est verissima, quia nō acquireꝛ sibi, nisi pro ea rata ꝓ qua est hæres: quia ꝓ alijs portionibus stipularetur extraneo. & hoc est qđ dicūt doct. contra glo. in l. auus. ff. de pac. vt refert hic Ioan. de Imol. ꝙ in pacto de non petendo acquiriꝛ exceptio cohæredi, cui fit prouisio pro rata dūtaxat. Sed quo ad aliū effectū, videlicet vtrū actio acquiratur alijs cohæredibus, sunt opin. nam Ioan. de Imol. dicit, quòd ista doctrina nō videtur vera: quia stipulatio, amplius non peti, cōtinet factum diuiduum: vt l. iiij. §. Cato. s. eo. tamē hoc facto potest paciscens coarctare prouisionem, quo ad hoc vt nō extendatur, nisi ad heredes quos vult: vt l. auus. præalleg. dicit tamē, ꝙ aliquo casu stipulatio, rem ratā haberi, quæ similiter cōtinet factū diuiduum, acquiret actionem alijs cohęredibus: de quo prosequere vt hic per eum, quia bene dicit in isto. Sed in qōne principali aduerte, quia iura quæ ipe allegat, reprehendūt opin. Bart. in facto negatiuo, de cuius natura est, ꝙ possit deduci in obligatiōe personaliter: vt l. si sic stipulatus. s. eo. & declarat hic Bartol. in tertio casu principali. In hoc autē facto negatiuo nō loquitur Barto. dū dicit, ꝙ est idem quod in obligatione dandi: quia expresse in hoc cōmento affirmat in duobus locis, ꝙ ista obligatio pōt esse personalis. vnde non est verisimile, ꝙ contradicat sibijpsi. Intelligamus ergo dicta Bart. de facto affirmatiuo, qđ secundū omnes trāsit ad hæredē, sicut obligatio dandi: vt l. veteris. C. de cōtrahē. & cōmit. stipul. † Sed cōtra istud dictū Barto. fortius facit: quia ego s. qñ tractaui de pacto de non petendo, dixi ꝙ ratio quare istud pactum poterat esse personale erat, qa cōtinebat factū, qđ quidem de sui natura ita cohæret personæ, vt nō possit transire ad heredē: quia proprie cōsiderando factū illud qđ præstaret hæres, nō venit in obligationem. quæ rō vniformiter videtur limitare in quolibet facto, & istud ego cōcessi superius in primo articulo. Nunc autem considerando diligentius, & saluando dicta Bar. hic, dico esse aliquā differentiā inter facta affirmatiua & negatiua: quia per l. veteris. C. de cōtrahē. & cōmit. stip. natura obligationis dandi attribuitur facto affirmatiuo, de quo loquiꝛ illa l. vt j. dicā. Vñ sicut in obligatione dandi obligatio quæsita stipulatori transit ad heredes, etiam inuito stipulatore ex l. xij. tab. ita etiam obligatio facti affirmatiui eodem modo transibit. Sed natura obligationis ad rem dari non est attributa facto negatiuo per aliquam l. & ideo facilius potuit fieri personaliter rōne quā dixi. Quòd aūt tex. in l. veteris. loquatur de facto affirmatiuo, tenent cōiter doc. in l. si sic stipulatus. & satis patet de mēte literæ in rōne decidendi: dicitur eñ ibi, ꝙ obligatio facti debet transire ad hæredes, qa hominū industria cōiter reperitur esse similis, aut nō multū differens: quæ rō proprie respicit factum affirmatiuū: nam factū negatiuum nec requirit industriā, & de sui natura æqualiter pstatur ab oībus: vnde rō adaptaꝛ ad factum affirmatiuū. Circa secundū articulū principalē, quādo quæritur qualiter ꝓmissor possit obligare vnum ex hæredibus. Io. de Imo. addēdo ad dic. Bart. cōsiderat duos casus. Nā aliquādo quæriꝛ vtrum possit in facto indiuiduo grauare vnū, ita ꝙ alij nō obligeꝛ. Aliqñ quæriꝛ de facto diuiduo, scilicet de stipulatione, amplius non peti. Circa primum ipse concludit, ꝙ aut quæritur de obligatione facti, aut quæriꝛ de obligatione ad interesse. Primo casu subdistinguit, quòd aut factū indiuiduum, in quo grauatur vnus hęres, potest ab eo solo adimpleri: verbi gratia, si aliquis ꝓmisit cōstituere seruitutē in fundo suo pro se & Titio hærede futuro, & postea illum fundum prælegauit soli hæredi grauato. Aut factum indiuiduū pōt præstari etiam ab alijs hæredibus: quia fundus remāsit cōmunis in hæreditate. Primo casu tenebitur ad factū solus ille qui fuit grauatus: quia ista videꝛ fuisse intentio ꝓmissoris, vt ex quo solus poterat præstare, solus teneteꝛ. Secūdo casu omnes tenebunꝛ insolidum ad ipsum factum. Si vero quæris, quomodo committatur stipulatio ad interesse: tunc ipse concedit, quòd in vtroq; prædictorum casuum omnes hæredes tenebuntur ad interesse pro rata: & in hoc est differentia secundùm eum inter hæredes stipulatoris & promissoris: quia vt suprà dictum est, secundùm opinio. suam non committitur stipulatio ad factum, vel ad interesse alijs cohæredibus, quorum non interest: sed in facto indiuiduo, si vnus ex cohæredibus promissoris contrafacit, omnes videntur contrafecisse: & sic committitur stipulatio contra omnes: allegat tex. in lege ij. §. item si ī facto. & in l. idem iuris. & in §. Cato. s. eo. & satis probatur ista conclusio in dicta lege, Iulia. secundū eum. vbi patet, quòd quāuis factum indiuiduum sit personale, tamen obligatio ad interesse committitur contra omnes. Primum dictum suum cū reuerentia non procedit: nam alia sunt clara, & bene dicta: vult enim, ꝙ ꝓpter hoc qa solus hæres, cui facta prouisio est, dñs fundi in persona ipsius solius, cui fuit facta prouisio, implementum sit possibile. Sed hoc est falsum: qa in alijs cohæredibus, ad quos non pertinet fundus, implementū nō est impossibile, sed difficile, qa possent redimendo partē suam à cohęrede etiam ipsi pstare seruitutem. Vnde ista difficultas nō impedit obligationē oriri cōtra eos, vt clare dicit Barto. in l. continuus. §. illud. & in l. iiij. §. Cato. s. eo. alleg. l. nō dubiū. in fin. de leg. ij. cū simi. vnde propter hoc nō impediꝛ transmitti obligatio ad cohæredes. Et licet cōcedam hoc casu, ꝙ volūtas promissoris videꝛ fuisse, vt ille solus graueꝛ, qui fuit noīatus, ex quo ille solus faciliter poterat implere ꝓmissum, non tamē valet cōsequētia: ergo alij nō teneñ, qa s. fuit dictum in hæredib9 stipulatoris prouisio legis, quæ transfert actiones in hæredes insolidū actiue & passiuē, vbi in obligatione indiuiduū nō potuit alterari per ꝓmissorem ipso iure: fatendū tñ esset, ꝙ ope exceptiōis, qa stipulator petit cōtra id, quod videꝛ cōuentū, petendo ab alijs cohęredibus, posset repelli per ea quę dicta sunt s. in glo. ꝓcedenti, in casu cōuerso, scilicet in hæredib9 stipulatoris. In facto autē diuiduo ipse dicit simpliciter, ꝙ quo ad ipsam obligationē facti, pōt vnus grauari ꝓ rata sua, ita quòd alij non obligabūtur: sicut ecōtra superius dixerat, quòd poterat prouideri vni pro rata sua, ita quòd alijs non acquireretur actio. Tu aūt hoc intellige secūdùm quod s. tenui, sequendo Bart. in factis negatiuis, quibus non est attributa natura obligationis ad rem dari, vt mō dixi. Sed aduerte, quia inquātū ipse postea infert, ꝙ ꝓpter cōuentionē vnius, qui solus erat obligatus ad factum diuiduū, ꝓ parte sua cōmittiꝛ stipulatio ad interesse cōtra omnes: hic videꝛ esse error ex inaduertentia: qa tex. in l. ij. §. fi. & in l. seq. quę ipse alle. s. eo. loquiꝛ in obligatione facti indiuidui: nā ī obligatiōe facti diuidui datur regula in oppositū, etiam quo ad pœnā cōmittendā, quæ facilius cōmittiꝛ contra vnū in obligatione diuidua, ꝙ stipulatio ad interesse: vt patet in l. v. §. si forte s. eo. daꝛ regula in oppositū in l. iiij. §. Cato. s. eo. tit. secundū oēs. ꝙ si vnus cōtrafacit pro parte sua, cōmittiꝛ stipulatio cōtra illum tātùm, & non contra alios. Vnde hoc non est tenendū aliquo modo: & qa s. in princ. cōmenti, assignando rationem differentiæ inter stipulationē & pactum de non petendo, dixi quòd quædam rationes fundantur in ęquitate, & tamen non esset dicendum, quòd possent finiri tempore. Aduerte, quia tu posses dicere, quòd istud exemplum ęsset ineptum: quia illæ actiones sunt ex contractu partium, sed extra id quod agitur: vt lege, si is qui. in fine. ff. commod. vnde non potuerunt limitari tempore à princip. Ex postfacto autem, ex quo semel fuerunt perpetuæ, tolli non possent ipso iure: melior est ergo inductio facta de lege, nemo potest. in fine. & de lege, obligationum fere. §. placet. quę loquuntur de legato, cuius obligatio etiam inducitur ex voluntate defuncti, quasi contractu hæredis adeuntis: & fundatur super æquitate: vt optime probat text. in lege, hæreditas. §. j. s. alleg. & bene facit textus in lege, quidam. §. de illo. C. de neces. ser. hære. instit. vbi dicitur, quòd non exequi voluntatem defuncti est impium. Adde vnum casum, in quo contra regulas iuris stipulatio est pœnalis, & nō trāsit ad hæredes: vt patet in l. sancim9. in fi. C. de do. de quo vide per Bar. in l. Stichū. §. stipulatio. s. eo.

SVMMARIVM.

1 Dictio, vsq;, & inclusiue & exclusiue poni potest.
2 Electio in dubio ad debitorem pertinet, in contractibus in dispositione alternatiua.
3 Expressum cùm aliter exprimitur quàm tacitè inest, tūc non valet tantum tacitum, quantum expressum.
4 Dictio, quoties, restringitur ad duas vices.

Eum qui

EVm qui certarum. Hoc dicit: qui promittit dare in nundinis, non teneẽ soluere, nisi tẽpore nundinarũ penitus completo. Secũda ibi: Proculus aut. Tertia ibi: sed ego. ¶ In glo. posita super verbo, Proculo. ibi: forte dic. secundũ Dy. & omnes, ꝙ vbi constaret de mente contrahentiũ sine sorte, & sine dubio, vera esset sententia gl. vt l. eum qui calẽdis. §. e. Ex quibus autẽ cõiecturis hoc possit constare, dic vt ibi per Bart. & Moder. Et adde dictis eorũ inquãtũ Bar. hic videẽ reprehendere gl. Inst. de inuti. sti. §. pen. quæ dicit, ꝙ qui ꝓmittit vsq; ad nundinas, teneẽ in prin. nũdinarũ, quasi dictio, vsq;, ponaẽ exclusiuè. Nã Bar. dicit, ꝙ illa gl. est vera, qñ constaret de mẽte contrahẽtiũ: aliàs nõ, ꝑ istũ tex. Ang. autem simpliciter sequitur illã glo. quã reputat esse singularẽ. Sed Io. de Imo. sequitur sentẽtiã Bar. quia cũ ista dictio, vsq;, possit poni exclusiue & inclusiue[a], verba stipulatoris sunt in dubio interpretanda contra eũ: vt l. veteribus. ff. de pact. & sic debẽt intelligi exclusiue. Tu autẽ dicas, ꝙ per vnã l. reprobatur illa glossa, & dictum d. Io. videlicet per tex. in l. eũ q ita. §. c. vbi patet, ꝙ in promissione quæ fit vsq; ad calendas, dictio, vsq;, stat inclusiue: & tamen ꝙ ponatur inclusiue, hoc respicit fauorem stipulatoris, quia ibi agitur de obligatione finiẽda: vnde tãto esset maior fauor stipulatoris, quanto plus cũ effectu duraret obligatio. Dic ergo, ꝙ hoc ꝓcedit ex ꝓprietate huius dictionis, vsq;, †quæ si apponitur tẽpori pro termino terminãte, semp ponitẽ inclusiue, qñ ille terminus sub dispositione põt cõprehendi: scđm Bar. qui ita declarat in l. patronus. §. Sempronia. ff. de leg. ij. & sequitur Bal. in l. à caligato. C. de nu. Collige etiã ex isto tex. ibi: vel exiguũ &c. ꝙ quãtũ ad defectũ exactionis dilatio concessa debitori non expirat vsq; ad vltimũ momẽtum tpis. Quid autẽ sit, quo ad pœnæ commissionẽ, vel ad commissionem interesse, vide plene ꝑ Barto. in l. cũm stipulatus sim mihi à Proculo. §. eod. & ibi scripsi.

Cum pure. Si electio pertinet ad debitorẽ, põt variare in electione, nisi sit commissa sibi electio expresse per verbũ, qñ voluero. Scđa est ibi: quia diuersa. ¶ †No. ꝙ in contractib' in dispositione alternatiua electio in dubio pertinet ad debitorẽ[b]. Quid autẽ sit ĩ vltimis voluntatibus, vide in l. Lucio. ff. de leg. ij. & vide bonũ tex. in l. si heres. ff. fa. ercis. cũ gl. vbi videẽ ꝓbari, ꝙ etiã in alternatiua legis electio pertinet ad debitorem. Hoc tamen fallit in gratia concessa à superiore, in qua electio pertinet ad eum, cui conceditur: scđm Bar. in l. q duos. ff. de le. j. & in l. fi. ff. de cõsti. prin. sup quo vide qđ scripsi ĩ d. l. q duos. Quid autẽ sit ĩ impositione pœnarũ,[c] vide per Bar. in l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. & ꝑ Cy. in l. quicunq;. eo. tit. & per Bar. in l. j. §. expilatores. de effrac. & expila. & forte dicemus aliquid in vlt. ¶ Not. secundò, ꝙ electio q̃ conceditur à lege debitori, videẽ potius cõcedi ꝑ futurũ indicatiui. i. qñ volã, vel quẽ volã, q̃ ꝑ futurũ subiũctiui, vel prẽteritũ. i. quẽ voluerim. & ad hoc no. istũ tex. Bar. hic, de quo dicemus in tertia gl. ordi. ¶ †No. vlt. ꝙ qñ expressum exprimiẽ aliter, q̃ tacite insit, tũc nõ valet tm̃ tacitũ, quãtũ expressum[d]: de quo vide plenissime qđ scribit Bart. & Moder. post eũ in l. iij. de leg. j. ¶ †In gl. sup verbo, pure. ibi. i. simpl'r. no. hãc gl. ad ea q̃ scribit Bar. & Moder. ĩ l. j. §. si quis simpl'r. §. eo. & in l. j. de vulg. & pu. Nã tm̃ importat lex vel statutũ dicens, ꝙ aliquis pure debeat respõdere positionibus vel capitulis, ac si diceret, ꝙ deberet respondere simpliciter. Et aduerte secundũm responsionem gloss. illa non dicitur dispositio simplex, quæ qualificatur aliquo modo: de quo tamen dic, vt in dicto §. si quis simpliciter. ¶ In glos. super verbo, quoties. ibi: æstimabitur quanti potest valere &c. ¶ †No. hanc glo. perpetuo, quæ in effectu vult, quòd sicut quando præstatio est omnino impossibilis deuenitur in executione æstimationum: vt l. si seruum. §. fi. §. eod. l. si seruus. de conditio. furti. ita quando est multũ difficilis, licet non est impossibilis, & est vnus effectus difficultatis addend' ad ea quæ habentur in l. continu'. §. illud §. eod. Aduerte tamen, quia æstimatio in genere quantũ potest valere ista actio, potest diminuere faciliter de iure stipulatoris propter expensas quæ poterunt verisimiliter fieri in lite, iuxta gloss. notabi. in l. per diuersas. C. manda. Vnde cũm aliis modis possit prouideri etiam inuito reo, vt auferatur sibi facultas variandi, vt j. dicetur, non videtur recurrendum ad æstimationem, ex qua potest inferri præiudicium stipulatori. Quid enim si promissor esset homo litigiosus, & qui male libenter solueret, ita quòd propter expensas actio æstimaretur minoris pretij: vt dixi. Vnde videtur standum regulæ: quòd sicut inuito creditore æstimatio non potest solui pro re: vt lege, si domus. §. qui confitetur, ff. de legatis j. ita econtra inuito debitore ipse debitor non cogitur soluere æstimationem pro re: iuxta not. in l. j. in princ. ff. de act. emp. Vnde Pet. & Iac. de Are. ponunt aliam practicam: videlicet ꝙ assignatur terminus à iudice debitori ad eligendũ: & si eliget, nõ poterit amplius variare. Si autem nõ eliget, aut est dicẽdum ꝙ trãsferatur ius eligendi in creditorem: vt in l. j. in fi. ff. de solu. & quæ traduntur in simili in l. legato gñaliter. ff. de legat. j. in gl. & in l. hæredes. in §. si incerto. ff. famil. ercisc. Aut dicendum erit, ꝙ electio habeatur pro facta ab ipso debitore, vt videatur elegisse, quod est deterius sibi: vt l. mancipiorum. ff. de opę. le. & l. fi. §. pe. C. de iure deli. Et hanc practicã in effectu approbauit hic Bal. & Angel. ne dictum prætoris sit elusorium: contra l. prætor. in princi. ff. de iudi. Addit tamen Bal. ꝙ terminus debet statui cũ cõminatione, ꝙ si non eligit pendente termino, vel si eligit amplius, non poterit variare vel eligere supple. Ioan. autẽ de Imo. hic multis verbis nititur impugnare istam practicã, quam etiam Bart. nõ videẽ reprobare. Et primò, quia l. mancipiorum. quã ibi allegant, in qua fuit appositus terminus cũ comminatione, facit in oppositum, secundũ eum: nam ibi dicitur, ꝙ si res est integra, non obstãte lapsu termini poterit fieri electio. Ergo cũ sit hic integra, quia dñiũ rei electę si fuit translatum in stipulatorem, videtur ꝙ ille possit variare, vel iterum eligere, vel si nunquam elegit, possit eligere simpliciter. Secundò dicit ipse, quòd illa opin. glo. in l. legato generaliter. in §. si incerto. quæ vult, ꝙ in cõtumaciã hæredis transferatur electio in legatarium, communiter non tenetur: vnde ibi notata faciunt potius in oppositum. Tertiò dicit ipse, ꝙ lex j. in fin. de solu. non facit ad materiam: quia licet ibi transferatur electio in creditorem, non agitur de multo præiudicio, quoniã creditor debet eligere, vt bonus vir, scilicet in causam duriorem: sed hic posset fieri magnum præiudiciũ, si electio transiret in stipulatorẽ, qñ esset multa disparitas pretij inter res quæ sunt in obligatione alternatiua. Non ob. tex. in l. fin. §. pen. de iure deli. qui videtur probare, ꝙ electio debet haberi pro facta ad detrimẽtum debitoris: nam illud ideo statuitur, quia potest sibi imputari culpa, cur omisit beneficiũ inuentarij: quę cõsideratio non habet locũ in casu nostro. Nõ obstat id quod dicit Bal. de cõminatione: quia iudex ita cõminando non videtur posse auferre beneficiũ iuris ipsi reo, quod est vt possit variare: vt in regula, indultum. de reg. iur. Confirmatur ista sua responsio vltra eũ, quia ista continuatio nõ habet vim sententiæ interlocutoriæ: vnde licet post lapsum termini pars excludatur, qñ iudex eoipso termino pronunciauit reum non esse audiendũ, secundũ Bal. not. in authen. ad hæc. pe. col. C. de vsu. & in l. diffamari. C. de ingenu. & manu. secus tamen est, qñ cõminatio fuit apposita in assignatiõe termini: vt clarè probat tex. in d. l. mancipiorũ. & bene facit qđ habeẽ in l. j. & ij. C. cõmi. vel epistolas. & hoc est, quod dicit not. Innoc. in c. cũ in tua. extrà, qui accu. pos. quẽ sequitur Bald. in d. authen. ad hæc. & in l. si qs hæres instituaẽ. in princ. & ibi per Ang. ff. de hæred. insti. Tu autem in ista materia, quia illa practica, ꝙ transferatur potestas eligendi in creditorẽ, videtur bona, & probari per duas nota. leges, videlicet per tex. in l. hæredes. §. si incerto. in vlti. rñs. ff. famil. ercisc. vbi dicitur, ꝙ si electio hominis legati in genere competenti hęredibus, & ꝑ vnũ ex hęredibus, fit vt ipsi non eligant. & propter hoc hæredes, si plures damnati fuerint legatario, ꝙ sic elegissent, possunt agere cõtra impedientẽ fa. erc. quæ verba non possunt aliud significare, nisi ꝙ hæredibus per contumaciam non eligentibus legatarijs ipse poterit eligere hominem pluris pretij, q̃ hæredes fuissent prestaturi. Confirmatur hæc conclusio per tex. in l. legatario. §. si duo. & ibi per Bar. ff. de fideicõ. lib. vbi probatur, ꝙ si duo hęredes ex plurib' seruis habẽt eligere aliquos, quos velint esse liberos, & vnus ex eis litigat, seu est cõtumax, alter solus poterit eligere, & ipse perdit ius eligendi. & si potestas eligendi videtur translata in pœnã ipsius debitoris in creditorem, manifestum est quòd amplius debitor non poterit eligere, vel variare. Si autem esset vera secunda pars conclusionis eorum, quòd electio haberetur pro facta, in eo quod esset maius detrimentum ipsi debitori: quod videtur velle probari in dicta lege, de ætate. §. qui tacuit. de interrogat. actio. tunc ista consequentia nõ videtur bona, videtur elegisse id quod est sibi deterius: ergo non potest variare, quia ad istam fictam electionẽ traheret lex ꝑ interptationẽ passiuã, vt sicut in vera electione poterat variare, ita & in ficta: vt l. j. §. lex Falci. ff. ad l. Fal. nisi forte diceres, & esset satis tolerabile defendẽdo cõem sñiam, ꝙ qa ista ficta electio induciẽ in pœnã debitoris erit irreuocabilis, ne aliàs pœna esset elusoria. †Pro concord. istarũ opin. põt dici, ꝙaut ille cui fuit statutus terminus, & nõ eligit, vult eligere, anteq̃ actor ipse eligat: & tũc hoc vr̃ fieri posse,

a ¶ Et inclusiue. De qua dictiõe vide tu Fel. in c. qđ ad consultationẽ. de re iudi. circa prin. ij. col. & quod ibi dixi in apost.

b ¶ Ad debitorẽ. Vide ple. & no. Feli. ĩ c. inter cęteras. de rescrip. & qđ ibi dixi in apost.

c ¶ Pœna[illegible]. Vide tu Fel. in c. sicut. de Iudę. col. ij. añ me. ver. in gl. fi. ĩ princ.

d ¶ Expressum. In quibus autem casibus non operatur vt expressum, vide remissiuè in c. si qs contra. in j. colũ. in ver certos casus. de fo. compe. & qñ ꝑ expresso habeaẽ, in c. ex literis. in fi. v. col. ibi: an & quando. de fide instr.

licet sit trāslatū ius electiōis in creditorē: qa res dicit adhuc integra. Aut creditor ipse elegit, ꝙ videtur fecisse hoc ipso, quòd petijt vnā de duabus: vt est tex. no. in l. si vnus. §. si hominē. ff. de pac. & tūc quia creditor videtur acceptasse ius translatū in eū, res non dicetur amplius integra: ideo debitor non poterit amplius eligere. Ista distinctio ꝓbatur singulariter in l. cū quidam. circa me. ff. de leg. ij. vbi dicit, ꝙ si is qui habet potestatē eligēdi certas personas est in negligentia vel in mora eligere, ꝑdit ius eligēdi: & tñ re ītegra pōt pœnitere & recuperare ius eligendi, quousq; vnus ex his qui ipso negligēte vocātur ad legatū, petat seu incipiat petere legatū. Pro ista cōclusione facit optimè tex. in l. de die. §. fi. ff. qui satisda. cog. vbi patet, quòd reus cui cōpetit electio locorū in satisdādo, si semel recusauit satisdare in domicilio, nō potest postea venire, & petere se ibi remitti ad pręiudiciū actoris, & ꝙ iste terminus assignatus debitori transferat potestatē eligēdi in creditorē: vt dicit cōis opi. tenet expresse Ioā. An. in ti. de cōtumacia. §. sequitur. versi. sed pone. in addi. Spe. vbi est omnino videndū. Posuit & aliam practicā hic do. Bar. dicēs quòd si debitor bis variādo consensit in vnā rem, nō potest ampli⁹ variare. †Quia ista dictio, quoties, posita in tex. restringitur ad duas vices: vt l. fideicommissaria. §. si quis decē. ff. de leg. iij. cū alijs hic allegatis per eū. Sed cōtra istā opin. tenet hic Bal. & Ang. & sequuntur Io. de Imo. Mouētur primò ex generalitate ipsius literę, quę simpliciter permittit, quòd toties possit mutari volūtas, quoties[a] re⁹ vult: hęc autē dictio de sui natura importat, vt toties quis possit facere actū; quoties voluerit: vt l. sicut in annos. in princ. ff. qui. mod. vsusf. amit. Secūdò mouētur ex l. qui ex pluribus. in fi. s̄. eo. vbi tex. dicit, quòd volūtas debitoris promittētis vnū de pluribus pendet vsq; ad solutionē: & sic patet ꝙ vsq; ad actū soluendi potest variare. Non obstāt iura allegata per Bar. & primò tex. in §. si quis decem. cū concordātijs. quia ibi hic statuitur propter magnitudinem præiudicij, quod posset sequi, si dictio, rursus, vel iterū, non restringatur ad secundā vicem: nimis enim grauaretur. hęres toties teneretur soluere legatū, quoties legatarius perderet sibi datū à testatore. Sed hic nō agitur de tāto pręiudicio: quia quātumcunq; debitor variet, & quotcūq; vicibus, erit remediū, vł vt fiat cōdēnatio in ęstimatiōe, vt dicit gl. vel iudex interloquatr̄: vt ponit hic Bar. id quod reus semel eligit pręstare debere. Tu vero dic formalius, & verius, quòd in d. §. si quis decē. fit ista interpretatio, vt fugiatur infinitas, quę solet sonare in absurditatē: vt l. si finita. in prin. & ibi per Barto. de dam. infec. Sed in casu nostro infinitas potest aliter vitari, vt dictū est: igitur non est opus restringere isto modo proprietatē istius dictiōis, quoties. Nō ob. lex, si mulier. C. ad Velle. quia ibi secūdùm Ang. cōcurrebat in eandē rem huius consensus. Sed ista responsio, vt dicit Ioā. de Imo. est falsa: quia etiā hic Bart. intelligit, quòd re⁹ variādo bis cōsenserit in idē. Vnde ipse respondet aliter, dicēs quòd ibi per binū consensum tollitur priuilegiū speciale Velleiani, hic autē tolleretur ius cōmune: facilius autē tollitur priuilegiū, ꝗ̄ ius cōmune. vt l. eius militis. §. militię. ff. de test. mili. igitur casus nō est similis. Sed ista responsio nō est cōtra tex. & glos in l. in cōtractibus. §. sed quoniā. C. de non nu. pe. vbi per duplicē promissionē tollitur exceptio nō nu. pe. quæ cōpetit de iure cōmuni: sicut etiā videmus, quòd geminata cōfessio plus operatur, ꝗ̄ vnica: vt l. cū scimus & ibi per Bart. C. de agri. & cēsi. li. xj. Dic ergo, & meli⁹, quòd isti casus sunt valde diuersi: quia in prędictis iuribus primus actus ideo confirmatur ex actu geminato[b], vbi aliàs nō valeret: quia ex primo actu nō pręsumitur cōsensus maturus & deliberatus, sicut ex geminato, & ideo à primo actu poterit recedi nō sequente secūdo. Sed in casu nostro debitor qui elegit, nō potest recedere à prima electione, quasi fuerit indeliberata. sed quia significatus verborū tacitus vel expressus suspendit obligationē alternatiuā in volūtate debitoris vsq; ad actū soluēdi, & ideo nihil facit secūdus cōsensus in prima electione, quia adhuc remanet ratio cur posset variare. Vnde sequere sentētiā Bal. & Moder. Posset etiā adduci nouū remediū vltra doc. videlicet quòd post duas electiones variatas iudex interloqueretr̄, quòd si vlterius variauerit debitor, extunc illa electio quā fecerit debeat mādari executioni. Dico autē quòd ista interlocutoria cōditionaliter pōt fieri: vt l. à diuo Pio. §. in vēditione. & ibi per Bar. ff. de re iudi. nec videtur auferri causa beneficiū indultum debitori à iure, cōtra l. iiij. si quis condēnatus. ff de re iudi. quia propter tot varietates probabiliter iudex pōt pręsumere contra debitorē: cū hoc facit animo frustrādi stipulatorem. Casus est notabilissimus in l. fi. in vlti. rñ. ff. de bo. aut. iudi. pos. vbi dicitur, quòd si aliquis allegat casum post binā conditionē sibi factā, nō statur suo iuramēto, sicut prius, quia lex pręsumit contra eū. Sicut ergo impeditur variatio à lege in casu in quo lex probabiliter suspicatur de fraude: vt est casus no. in c. ij. in fi. de rescri. lib. vj. ita iudex, si suspicatur de fraude, poterit coarctare facultatē datā debitori à lege. & ista sufficiāt, quo ad hūc articulū. ¶ In gl. super verbo, expresse. ibi: vel tertio dicas. in hac parte glo. repetit aliquātulum clarius id quod dixerat in prima glo. & vult, quòd etiā si promissor promittat vtrū volet, nō ꝓsit variare, nisi vsq; ad lit. conte. sicut nō pōt stipulator. Sed ista glo. cōmuniter reprehēditur per omnes: quia cū debitor ꝓmittit vtrū volā, videtur exprimere id quod tacite inest. & sic expressio nihil operatur: quia exprimitur per eū modū per quē inest, iuxta regulā traditā in l. iij. ff. de leg. j. Nō ob. tex. in l. iij. §. generaliter. de eo quod cer. loc. quia ibi ideo attēditur tēpus lit. contesta. quia reus erat in mora, & electio cōpetebat actori. vnde nō potest purgare morā post lit. cōte. secūdùm Bar. & Moder. Et occasione hinc sumpta Bar. hic ponit solēnem distinctionē, quādo ex parte actoris vel rei cōcedatur variatio circa res, de qua dic vt hic per eū: quia eius dicta sequuntur cōmuniter Moder†. Et qñ admittatur variatio[c] in alia materia, vide per Bar. in l. de rebus. ff. re. amo. & in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. Tu potes addere vnam l. no. videlicet tex. in l. cuius bonis. ff. de cur. fur. vbi videtur probari singulariter, quòd qñ ex mera legis dispositione defertur electio alternatiua alicui, no licet regulariter variare. & bene facit tex. in d. c. ij. in fi. de rescrip. lib. vj. Cętera pertinētia ad istā materiā supple ex his q̄ dixi, multis additis vltra doc. in l. si quis stipulatus sit. s̄. e. & ex his quę scripsi in l. quicquid astringēdę. & in l. qui ex plurib⁹. s̄. e. vbi tetigi multa addēdo, qualiter possit fieri declaratio, & vtrū possit fieri plus ꝗ̄ semel. ¶ In ea. gl. ibi: inter tacitū & expressum &c. gl. ista videtur dicere contra ll. quas allegat. vnde Bartol. & Modern. saluando gloss. dicunt, quòd id quod dicit glo. de mandato expresso, habet locum in eo qui de mandato alterius stipulatur sibi: tunc enim cùm sit quæsita sibi actio, licet ex prouisione mandantis, nihilominus ius quæsitum non poterat auferri: vt l. fi. ff. de solu. & quod ibi no. facit l. fi. & quod ibi habetur s̄. de pact. & quod no. in l. si post mortem. §. fi. ff. de contratab. hoc tamen dictum limitat hic Paul. de Castr. Dicitur enim esse verum, quando quis fuit adhibitus ad stipulandum animo donādi, secus si stipulatus est procuratorio nomine mādantis: quia tunc mandans posset prohibere debitorē sibi soluere, sicut potest liberare debitorem in præiudicium stipulatoris, quia ipse videtur esse principalis in obligatione, ex quo ad eum debet redundare vtilitas: allegat text. in l. si cum emptore. in fine. & quod ibi per Bartolum. ff. de pact. & in lege, apud Celsum. §. mandaui. ff. de do. except. Sed tu aduerte, quia secundùm hoc etiam posset prohiberi debitori, quòd nō solueret adiecto, quòd exigendo pecuniam tenetur eam restituere stipulatori actione mandati: vt l. Iulia. §. si fundum. s̄. eodem. & tamen hoc est falsum, & contra l. vero procuratori. & l. aliud. de solut. Et ideo forte potest dici, quòd licet mandans possit liberare debitorem, non tamen potest prohibere stante obligatione, quin soluat ipsi procuratori. vnde super hoc est cogitandum. Aduerte etiam, inquantum gloss. dicit, quòd adiectus habet tacitum mandatum. nam hoc non transit sine dubitatione: de quo vide quod fuit dictum in dicto §. si fundum. Pondera etiam gloss. tuam, inquantum allegat legē, si cùm dies. in fin. ff. de arbit. nam secundùm Ange. hic videtur velle, quòd si arbiter assignat terminū debitori, qui est statutus à iure, iste dicitur terminus hominis, & non legis, & sic non poterit purgari mora: iuxta not. in lege, si insulam. suprà eodem. Sed Ioan. de Imo. dixit, ꝙ si glo. intellexit, ꝙ idē terminus fuit expressus, qui est statutus à iure, nō bene dixit, per ea quæ habentur in l. ij. ff. de leg. j. vbi communiter tenetur oppositū. Vnde dic vt ibi fuit dictum. Et aduerte, quia illa limitatio quā posuit Pau. s̄. ad glo. nostram, non est vera, licet in lectione præcedenti reliquerim cogitandum. Nam iura allegata per eū bene probant, quòd de voluntate debitoris pōt auferri actio illi qui fuit stipulatus procuratorio nomine. & ita loquitur text. in l. idemq;. §. si cui. ff. man. & in l. mulier. in fi. ff. de iure do. Sed nos nō sumus in isto casu, imo quærimus vtrū possit impediri facultas soluendi ipsi debitori, si velit soluere: & dicēdum est, ꝙ nō, qa stipulator nō potest mutare formam datā stipulationi à prin. vt l. vero procuratori. j. de solu. vbi assignatur ista ratio. Vnde iō simpliciter standum est istis iuribus, quæ habent quòd debitor non potest prohiberi, & satis probatur ista conclusio in d. l. aliud. iuncta l. Iul. §. si fundū. quam s̄. allegaui. & hoc singulariter teneas menti ad ea quæ scribit Bart. in l. cum emptore. in fin. ff. de pact. Et ad ea quæ s̄. diximus circa materiā potestatis variandæ, aduerte per text. in l.

---

4 (margin)

a ¶ Quoties. De quo vide sing. d. Ale. de Imo. in consi. cxlv. ij. parte.

b ¶ Geminato. Quid aūt oper[illegible] geminatio actus, vide tu oī no Fel. in c. si cautio. de fi. instru. in viij. col. in fin. & d. Pe. Phi. Cor. in cō. lxviij. inc. ardua. in litera t. in iij. pte. & in cōsi. xlix. inci. in pñti. in prin. & ī cō. lxx. inc. repetito. in lr̄a b. ea. parte. & in cō. lix. inc. diu post. in lr̄a f. in ij. pte. & in cōs. clxxvij. inc. ī hac. j. lr̄a i. la j. e. parte. & in cōs. lxxij. inci. plene. in lr̄a g. h. & se. & ī cō. lxxxj. inc. p̄sens in lr̄a [illegible]. & se. & ī cōs. xcix. inci. dns. in lr̄a a. in j. parte. adde qđ dixi in apost. ad ti. lo. s̄. alle.

c ¶ Variatio. Vide tu Fel. in c. p̄sentia. in ij. co. in ver. quid aūt. de test. & in c. cū olim. de re iudi. circa me. iij. col. vbi ꝙ in Papa, clericis, & principibus est prohibita.

in l.cuius bonis.s̄.alle. Posset decidi qō,quam format Cy.in l. quicunq;. C.de ser.fugi.videlicet vtrum quando electio pœnarū cōpetit reo ex le gis dispositione, reus posset variare:nā vr̄ dicēdū, ꝙ non, ex quo sum9 in mera dispositione l. Tene etiā mēti quādā no.doctrinā quā Bald.ibi posuit ad propositū,in qua vult ꝙ si reus interrogatus à iudice ante senten tiam latā,quā pœnā velit eligere,nihil respondet,ꝙ poterit ferri senten tia & transferri electio in iudicem:quia cū sententia q̄ fertur criminalib9 debeat trahere secū suā executionē:iuxta nota.in l.qui vltimo. ff.de pe.non debet ferri alternatiuè:qđ dēm̄ vtrū sit verū,nō examino nūc. Vide etiā ad materiā istam tex.& qđ ibi per Bal.in l.statuli.§.si Stichū. ff.de le.ij.vbi probaꝛ, ꝙ qn̄ terminus ad eligendū statuitur à testatore, si hęres nō eligit intra terminū,trāsfertur ptās ipso iure in legatarium,nec purgatur mora post terminum:quod est not. Franc. Aretinus.

SVMMARIVM.

1 ☞Obligati aliqui insolidum ad quippiam faciendum, vnius interpellatio non constituit alios in mora.
2 Promissio de defendendo continet factum indiuiduum.
3 Stipulatio duplę diuiditur in duas, in prætoriam.s.& iudicialem.

CVm ex causa. Obligatio de defendendo est indiuidua: & ideo vno omittente committitur pœna insolidum contra omnes, quæ tn̄ præstaꝛ ꝓ portionibus hæreditarijs. Secđa ibi: quia insolidum. Tertia ibi: sed cū vno. ¶ †No. ibi: insolidū omnes &c. ꝙ quādo aliqui sunt obligati insolidum ad aliquid faciendum, interpellatio vnius non constituit alium in mora: vt patet hic, dū dicitur, ꝙ omnibus est denunciandū: & l. in executione.§.insolidum.s̄.eo. ¶ †No.secūdò secundū doct. ꝙ promissio de defendendo continet factum indiuiduum: & istud est expeditum in persona promissoris: vt l.iiij.§.Cato.in fi.de verbor.oblig. Sed in per sona hæredū promissoris non debet mutari conditio ex persona hæredum: vt l.ij.s̄.eod. Sed contra istam conclusionem quam Barto.sequitur in d.§.Cato.in ij.q.prin.vbi alle.istū tex.multum facit ista litera ibi: cui9 indiuisa natura est. Nam ex his verbis hic iuriscōsultus videꝛ velle, ꝙ defensio hic sit indiuidua, non ex natura sua, sed ex natura rei, ꝓpter quā debet fieri, quæ est indiuidua: q̄ verba hoc significant, vt etiam sentit gl. ꝙ super vna re natura venditionis est indiuidua: quia non est verisimile, ꝙ emptor fuisset empturus partem rei sine tota re. & sic videtur, ꝙ si promissio de defendendo esset interposita ex ea quæ sui natura esset diuidua. verbi gratia: si promisit te cōseruare indēnem, & defendere ab obligatione centū, quæ tutius prætendit sibi deberi à te. tunc videretur secus. Non obst.text.in §.Cato.in fi.quia possemus dicere, ꝙ illud nō est, quia promissio de defendendo sui natura sit indiuidua: sed quia etiam in obligatione indiuidua non potest fieri solutio pro parte inuito creditore, vt l.tutor.§.Lucius.ff.de vsu. Hoc tamen non determino nunc, qa ☞non est nostra materia. sed vide plenissime in d.ij.qō.in §.Cato. ¶ †No. vltimò, ꝙ licet ex facto indiuiduo committatur pœna contra omnes hæredes, ex contrafactione vnius: illa tamen pœna non soluitur ab omnibus insolidum, sed ex parte hæreditaria: & ita exponit glo.in l.ij.§.item si in facto.ver.hæreditario.s̄.eo.& est casus in l.executione.§. insolidū. s̄.allega. ¶ In tex. ibi: cæteris subsistere &c. quæritur pro declaratione literę, quomodo possit committi stipulatio de euictione aliquibus defendentibus, & aliquibus nō: nā aut euictio fuit sequuta in totū, & tūc omnes tenebuntur, non ex contumacia illorum qui non astiterunt defensioni, sed ex natura contractus, secundū quē etiam si omnes fuissent præsentes, nihilominus deberetur euictio, & committeretur stipulatio duplæ, vt l.euicta.ff.de euict. Aut isti præsentes obtinuerant: & tunc non videtur ꝙ committatur stipulatio duplæ, quia non committitur nisi re euicta: vt l.habere licere.de euic. Timore huius contrarij Bar.hic, & in fi. in prin.exponendo tex.intelligit secundū Iaco.de Are.& Oldra. ꝙ præsentes creditori agenti hypothecaria soluerunt ꝓ parte sua id quod petebat creditor: sed nō soluerūt ꝓ parte absentiū, & sic ꝓ corū pte res fuit aduocata p hypothecariā: & isto casu cōmittiꝛ stipulatio insolidū, qa res nō fuit defensa ꝓ parte absentiū: & hoc exēplū poniꝛ in l. rē hæreditariā. ff.de euic. Vel pōt ponere secūdū eos, ꝙ fuit actū cōtra emptorē rei vendicatione, ꝙ præsentes soluerūt litis æstimationem pro parte sua, sed non pro parte absentium: vt est exemplū l.fi.§.j.ff.de rescin.ven. Et aduerte, quia isti doc.videntur sentire, & ponit clare do.Pau.de Cast. ꝙ isti qui erant præsentes: defendendo rem, & probando ꝙ agens iniuste agebat, non poterant ita defendere pro parte sua, quinetiam hoc probando prodessent consortibus absentibus, restrinxerūt se ad illa duo responsa. Mihi autem videtur, ꝙ ista restrictio non sit necessaria, si tenes intellectum Bar.& communē hic, ꝙ isti qui paruerunt, defenderant solum causam pro parte sua, & non nomine omnium: tunc enim sententia lata ꝓ eis, & probationes factæ ab eis, non prodessent consortibus suis: vt patet in l.ij. C.de consort.eiusdem litis. & bene facit rubrica in l.j.& ij.C. ☞res inter alios acta.cum simil. †De probationibus etiam est idem videndum: quia cui non prodest, vel nocet sententia regulariter, non prosunt vel nocent acta: intellige quo ad plenum præiudicium, secundū Innoc. in c.causam quæ.extrà, de testib.& Barto.in l.ij.ff. iudica.solui. Vnde considero duos casus in isto puncto. In quorum vno doct.verum sentirent, videlicet si hæredes qui comparuerunt, nō susceperint in se iudicium, sed astiterunt iudicio fundato in persona emptoris: tunc enim cū probationes fuerint factæ ab episcopo emptore, sine dubio respiciunt totam rem, & omnes autores ipsius, quia ipse repræsentat omnes in illa re: argu.eorum quæ habentur in l.si perlusorio.§.j.ff.de appellat.per Barto. Si autem hæredes, qui comparuerunt, susceperunt iudicium in se pro rata, & pro interesse suo: tunc potest contingere, ꝙ pro illa rata ipsi produxerunt probationes ex persona sua, & non ex ꝑsona emptoris: ergo istæ probationes non debent proficere alijs absentibus, nec etiam emptori, ex quo pro rata absentium ipse nihil probauit, licet alij pro rata sua suo nomine probauerint. Et isto casu non video, quare emptor non potuerit succumbere pro parte, & pro parte vincere. Iste tamen intellectus, quòd præsentes susceperint defensionem pro parte sua duntaxat, & non pro absentibus, non placet, vt j.dicam. ¶ In gloss. super verbo, cæteris. ibi: subaudi pro corū partibus. scilicet quoad hoc vt rectè videātur &c. Ista gl. videtur sentire, quòd isti qui erant præsentes in iudicio, volebant defendere duntaxat pro parte sua: & hoc dicit gloss. clarius in verbo, desuisse. & hunc intellectum sequitur hic Barto. dicens: si vnus voluisset defendere pro parte omnium, tunc stipulatio non committereꝛ ex persona absentium: alleg. l.si cum vno.si ex noxa.causa agaꝛ. Sed ista conclusio non videtur bona, duplici ratione. Prima est, quia isti volē do defendere pro parte sua duntaxat, non debuerunt admitti: vt dicit textus in d.l.si cum vno.ex quo eis competebat ius defendēdi insolidū. Secūda est fortior: quia si isti fuissent admissi ad defendendum pro parte, tunc sententia lata pro eis, vel contra eos, non prodesset neq; noceret absentibus, per ea quæ suprà diximus in præcedenti articulo. Sed contradicit text. expresse in lege, si rem quæ.§.j.ff.de euictio. ergo sequitur quòd isti defendebant insolidum, non pro parte: vnde forte posset attentari alius intellectus, quòd hic, & in l.in executione. præallega. & in dicta l.si rem quæ.§.j. ius defensionis fuerit deductum insolidum, & quòd tota res fuerit euicta. Et si dicatur tertiò, non esset differentia, vtrū isti essent ꝑsentes, vel absentes: quia etiā si omnes fuissent præsentes, & res fuisset totaliter euicta, ageretur contra omnes de euictione, vt l.euicta.ff.de euictio. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ istæ ll. inducunt hoc de nouo, videlicet ꝙ sentētia lata cōtra præsentes noceat etiā absentibus, & similiter prosit ꝓpter tria concurrentia: videlicet [illegible] ius defensionis cōpetit insolidū, qa denunciatio fuit facta absentibus, & [illegible] cōtumaciter se absentauerunt spreta denunciatione: nam aliàs in habentibus ius diuiduum datur regula in oppositum per Bald. in l.ij.in fine. C. communia vtriusq;.iud. ꝙ sententia lata contra vnum, vel pro vno, non ꝓdest vel nocet alteri: & hoc vr̄ ponderare iuriscōsultus in d.l.si rē q.§. j. Sed iste intellectus licet optime procedat ad l.si rem. §.j. præallegato. non tamen ad l.nostram, neq; ad §. insolidum. quia in his legibus apparet clarè quòd stipulatio committiꝛ cōtra omnes, propter cōtumaciā absentiū. Dic ergo, & clare, ꝙ in d.l.si rē quæ.§.j. poniꝛ quidē in prin. idem thema, sed decidiꝛ diuersus casus. Hic enim deciditur, qn̄ præsentes susceperunt defensionē ꝓ parte, vtrū stipulatio cōmittaꝛ cōtra eos: ibi vero deciditur, qđ si pręsens suscepit defensionē insolidū, & sñia fuit lata cōtra eū, vtrū ꝑiudicet absentibus. & respondeꝛ ꝙ sic, ꝓpter vim denūciationis absentib9 factę. & sic ibi est casus singulariter limitās ea quę tradit Bal. in l.ij.de consor.eiusdem lit. ꝙ quāuis singulariter sententia lata contra vnū super iure indiuisibili non præiudicet alijs, hoc tamē fallit, qn̄ alijs habētibus ius insolidū fuit denūciatū, quòd & ipsi adessent in iudicio, cū ad hoc tenerenꝛ ex natura contractus. De hoc tn̄ dicemus in l.ex duobus.j.de duobus re. Et ꝙ in d.l.si rem q.§.j. vnus defenderet insolidum, tenet ibi gl.expresse in verbo subsistere. & est ipsa veritas: aꝉs sententia nō præiudicaret alijs, vt s̄.dixi. Tene ergo intellectum Bar.& cōem, quem declarat, vt s̄.dixi in tex. ¶ Extra glo. opponit hic Bart. de l.pœnales.§.fi. ad l.Fal. vbi diciꝛ, ꝙ in stipulationibus prætorijs stipulatio cōmittitur tantū aduersus contra facientē: sed stipulatio duplæ videtur esse stipulatio prætoria: vt l.j.§.stipulatio duplæ.j.de præto. stipu. ergo videꝛ, ꝙ cōmittatur tātūmodo contra eū, q contrafecit. Sed ad hoc ipse rñdet, ꝙ iste tex.nō loquitur in stipulatione ꝓtoria: nā scđm eū stipulatio duplæ solū est ꝓtoria, quādo interponitur pro seruo vēdito: aꝉs diciꝛ ciuilis, & non prętoria: vt l.emptori.ff.de euictio. †Sed contra istā suā solutionē arguitur, ꝙ stipulatio duplę diuidiꝛ in duas, & dicitur cōis: quia aut est prætoria, aut iudicialis: vt l.quinq;.§.item duplæ, s̄. cod. Sed si stipulatio duplæ quando non est prætoria, est iudicialis: tunc idem vr̄ dicēdū qđ in stipulatione prætoria: qđ probo manifesta rōne: quia oīs stipulatio q̄ ꝓficisciꝛ à iurisdictiōe, censeꝛ quo ad sui qualitatē prætoria. Dicit enim text.in d.l.quinq;. ꝙ stipulatio duplę q̄ proficiscitur ex dicto ædiliū, ideo debet haberi ꝓ ꝓtoria, qa ꝓficisciꝛ à iurisdict. Ergo si stip͡lo duplę q̄ nō est ꝓtoria, est iudicialis, eadē rōne debet habere naturā stipulationis ꝓtorię. Cōfirmatur ista cōclusio quia stipulatio iudicialis in d.l. v.capiꝛ ꝓ illa q̄ interponiꝛ mediāte iudice, q debet habere equitatē ante oculos, sicut ꝓtor: vt l.qđ si Ephesi.in fi.ff.de eo qđ cer.lo. Ergo sicut ꝓpter equitatē ꝓtoris fit vt stipulatio ꝓtoria committaꝛ tantum aduersus eū qui contra fecit: ita idē debet fieri in stipulatione, quę pertinet ad iudicem. Et ad text.in l.pœnales, in fine, ad l.Falcidi. posset dici, quòd illa

Pupillus. Patris potestas non supplet defectum personæ pupilli in se obligando. h. d. Secunda ibi: qd' autẽ. ¶ 3 † No. primò ꝙ pupillus potest stipulari incontinenti, cũ fari põt: intellige, dũmodo incipiat habere aliquem intellectũ: vt l. in prin. s. eo. ¶ No. secundò, ꝙ pubes. i. adultꝰ, qui est in potestate, quantũ ad hoc vt ipso iure possit obligari, non indiget autoritate alicuius, sicut adultus qui non est in potestate, nec habet curatorẽ. l. si curatorẽ habens. & ibi plene. C. de in integ. resti. mi. ¶ No. tertiò, quòd largo modo pupillus dicitur etiã ille, qui est in potestate alterius, sed propriè non. l. pupillus. in princi. j. de verb. sign. ¶ 4 † No. vltimò, quòd in materia non odiosa regulariter masculinũ genus concipit fœmininum[b]; de quo vide per Bar. in l. j. j. de verbo. signi. & per Cy. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. & per gl. in c. generali. de elect. lib. vj. per Specu. in titu. de disput. & alleg. §. fin. & per Cy. in l. quisquis. C. ad l. Iu. maie. Quia gl. sunt faciles & claræ, super eis nihil est scribendum. Sed quia post gl. tetigit hic Barto. solenniter, in quibus casibus autoritas patris sufficiat, vel legitimetur persona filij pupilli in contrahendo, & in quibus non. Et communiter Ang. hic, & doct. Moder. videntur sequi distinctionem suam, quam retulit in voce, & illa est sequenda ĩ iudicando. Sed tamen si quis rectè inspiciat iura, potest defendi opi. Pe. de Bel. Perti. qui dicit, quòd omnia ista iura sunt correcta, quia pater est legitimus administrator bonorũ filij, etiã si non habeat in eis vsumfructum: mouetur principaliter per tex. in l. fi. §. sinautem in secunda. C. de bo. quæ lib. vbi dicitur, quòd si pater repudiauit hæreditatẽ filio existente adulto, vel in pupillari ætate, filius potest adire solus. Et patre nolente administrare, propter necessitatem dabitur curator filio, qui illam hæreditatem administret. Vnde pondero primò dum dicit, patre nolẽte administrare. quòd si pater vellet, non daretur curator, & ipse posset administrare, & tamen in illo casu non acquiritur vsusfructus patri. Secundò pondero verbum, propter necessitatem, quod indicat similiter curatorem dari in subsidium patre nolente administrare. Secundò pro ista conclusione bene facit tex. in ea. l. §. pen. qui incipit, si verò pater. vbi dicitur, quòd si hęreditas defertur in fanti, finita infantia si pupillus est in potestate, potest ipse acquirere sibi hæreditatem patre nolente illam adire. Si autem sit sui iuris, tunc poterit illam acquirere per tutorem, vel curatorem. Et sic satis ostendit, quòd minori qui est in potestate, nõ datur nec tutor, nec curator, nisi post hæreditatẽ aditam in casu, quo pater nollet administrare: vt dicitur in dicto §. sinautem in secunda. Et si dicatur, quis ergo autorabitur filio pupillo in aditione hæreditatis? Responde dupliciter, & primò quòd ĩ hoc casu legitimat' p̲sona pupilli à iure, vt ipse solus possit eam apprehendere: & ista videtur mens illius l. in illis duobus §. Vel potest dicere, quòd pupillus poterit adire cum autoritate iudicis, qui potest supplere defectum tutoris, & curatoris, & patris, qui non vult autorare, iuxta l. bonorum. & ibi per Baldum. C. qui admitti. & qd' habetur in l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. mino. Et ista solutio est magis iuridica. Non obstat tex. in auc. vt liceat matri & auiæ. §. j. iuxta fi. quia si bene respicias ad princ. §. ideo datur curator pupillo in illo casu, in quo vsusfructus non acquiritur patri, quia presupponitur ꝙ ille qui contulerat rem pupillo, non solũ dixerat ꝙ non volebat acquirere vsumfructum patri, sed vlterius ꝙ nullum volebat patrem ad illas res habere participium. Vnde per illa verba videtur vetuisse, ꝙ pater nullo modo illa bona administraret. & ideo necesse venitur ad curatorem. Pro opinio. tamen cõmuni multum facit text. in §. fi. eiusdem l. vltimæ. vbi dicitur, ꝙ quando datur aliquid filio cum hac conditione, ꝙ incontinenti illud exeat de dominio suo: tunc ista alienatio potest fieri sine alienatione paterna: quia cùm vsusfructus non sit remansurus, nisi p̲ momẽto penes patrẽ, p̲inde est, ac si sibi nõ esset applicãdus. Et sic dat' intelligi, quòd vbi pater nõ habet vsumfructum, filiꝰ posset alienare sine autoritate patris. Sed ille tex. posset intelligi, & restringi ad filiũ maiorem, in quo hoc est verum sine dubio: quia cùm non est facienda legum correctio p̲ subauditiones, secundũ gloss. in c. cupientes. §. quod si per xx. de electioni. in vj. nec proroganda à contrario sensu: vt l. omnes populi. de iustitia & iure. per Bartolum teneamus sententiam communem, licet sit valde dubia. † Et quia dictum est, quòd in his in quibus pater habet vsumfructum, requiritur autoritas paterna. Adde quòd etiam si agatur de alienatione rerum immobilium, subsistente causa legitima æris alieni sola autoritate patris sufficit, cùm habeat vsumfructum in re absq; decreto prætoris, & alijs solennitatibus: ita dicit singulariter Azo in summa, quem allegat & sequitur Bald. in l. præses. C. de transactionibus. & in l. fin. §. sinautem æs alienum. C. de bo. quæ libe. & in l. j. in princi. vbi perfectius loquitur. ff. de reb. eo. Secus si pater non esset legitimus administrator, puta quia fuit datus tutor filio emancipato, secundũ Bart. ibi: & est tex. in l. pupillorum. §. si pater. eo. titu. Et certe tex. in §. sinautem æs alienũ. & in §. filijs. non videtur requirere, nisi voluntatẽ paternã. Bal. tamen in l. generaliter. in prin. C. de secun. nupt. tenet oppositum, & ibi vide per eum. ¶ 5 † Quærit etiam hic Ange. vtrum pater ante lit. con. in his in quibus habet vsumfructum possit constituere procuratorem absq; consensu filij[c]: & refert Inno. tenentem in c. accedẽs. de procu. ꝙ requiritur consensus filij. Sed ipse miratur de hoc dicto, quia text. in l. j. C. de bo. mat. multipliciter videtur probare, ꝙ hoc põt pater solus: sicut subtiliter ostendit Andr. de Pisis, quem refert Bart. in d. l. j. cuius conclusionem sequitur communiter Barto. & alij in l. j. ff. de procura. & in l. neq;. C. eodem. Vnde Ange. videtur restringere dictum Innocen. quando litigaretur contra filium de nuda proprietate: aliàs hoc dictum non procederet secundũ eum. Ioannes autem de Imo. dicit, quòd licet ista sit communis opinio, tamen opinio Innocen. est verior per l. fi. §. vbi autem in vnum. C. de bo. quę liber. Et licet quidam nitantur respondere ad illam l. illæ tamen responsiones non placent sibi: nam illi qui dicunt, quòd filius intelligitur consentire, hoc ipso, quòd non contradicit per l. ij. §. voluntate. ff. solu. matrimo. non videntur bene dicere: quia ille tex. loquitur, quando actio competebat filiæ de iure speciali. Vnde non est mirum, si facilius tollitur ex sola patientia filiæ, quàm vbi ius competit filio de iure cõmuni. l. eius militis. §. milit. ff. de testamento militari. ¶ Præterea ista responsio vltra ipsum concluderet solum, & satisfaceret, quando filius sciret patrem agere, & non contradiceret. Vnde alij dixerunt, inter quos fuit Bartol. in dicto §. vbi autem. quòd requiritur consensus filij, sed videtur esse præstitus à filio hoc ipso, quòd consensit patri in aditione hæreditatis. Et licet dominus Ioannes non impugnet istam responsionem tamen infert violentiam textui: qa ibi dicitur, quòd vbi pater & filiꝰ cõmuni consensu adierunt hæreditatem, pater potest agere

a ¶ In l. accusatiõis, Et ibi vide Bal. et d. Ale. & Pau. de Ca. ĩ l. si cũ dote. §. trãsgrediamur. solut. ma. & Lud. in l. iij. §. si maritꝰ. ad Syl. & ĩ l. j. in fi. de ope. no. nun. & d. Ale. in l. non solũ. §. si mandato. de iniur. & ĩ d. §. vbi pleniꝰ. & in l. cũ fundum. de vi & vi arma. & Bart. Cepo. de ser. vr. c. xxiij.

b ¶ Fœmininũ. [illegible] de d. Pe. P[illegible] Cor. [illegible] incipi. stã tibus, per totum. in iij. parte.

c ¶ Fil. Adde Bal. in addit. ad Spe. in tit. de p̲c. ver. pater. & Car. in cle. j. vj. qõ. de p̲cu. & And. Zaba. in con. incip. in qua quærit', an hoc modo agẽs p̲r &c.

agere & defendere, cõsentiente tamẽ filio. & sic præsupponit, nisi destruas literã, q etiã post aditionẽ requiritur cõsensus filij. Ergo aditio nõ sufficit, vt videatur cõsensisse. Bene ego credo, hãc opinionẽ verã, qui male libenter recedo à verbis literæ, nec habeo pro absurdo, q hoc addatur ex illo nouissimo iure ad l. j. C. de bo. ma. quæ sine dubio. secũdũ sua tẽpora permittit soli patri agere, & cõstituere procuratorẽ. Et adde ad materiam istam, q qñ pater administrat bona filij emancipati, tenetur sibi reddere rationẽ[a], sicut quilibet alius. l. litis. §. fina. & ibi per Bar. & Ang. ff. de neg. gest. Quid autem iuris sit in prælato, vtrum possit constituere procuratorem solus ante lit. contest. vide plene in c. edoceri.[b] extrã, de rescrip. & qđ Bal. ponit post Pe. in auc. sed hodie. C. de epis. & cleri. & tãgit etiam Innoc. hic.

Si ita stipulatus fuero. Adiectus in stipulatione videt appositus gratia solutionis tantum: & qui respondet promittẽdo, stipulator facit stipulationem vtilem, licet non nominet personam adiecti. hoc dicit. ¶ In glos. posita super verbo, solui. ibi: vel forte sufficit interrogatio. Bar. hic, & cõiter doc. p declaratione glo. distinguunt: nam aut promissor simpliciter interrogãti rñdit, pmitto: & tunc vera sit gl. q videat pmisisse vtriq;. aut dicit personaliter, promitto tibi: & tũc nõ possit solui adiecto q promissor limitando se personaliter nõ videtur cõsensisse in persona adiecti, maxime per. §. Chrysogon⁹. s. eo. in l. si ita stipulatus. qui dicit, q in stipulationibus persona extrinseca nõ subintelligitur. Hanc distinctionem pbat ipse per duo iura simul iuncta: videlicet per tex. Insti. de duo. re. in princ. iuncta l. duos reos. in ij. rñ. j. tit. pxi. Primum dictũ credo verũ per regulam l. defensor. §. qui interrogatus. s. de inter ro. actio. licet aliqualiter faciat tex. in cõtrarium. Inst. de duo. re. in princ. dum exemplificat id quod primo dixerat, & vult relatio fiat expresse ad vtrũq;. Sed secundũ dictum est magis dubium: quia l. duos reos. non loquit in duobus personis, quarum vna repręsentat aliã, p quã repręsentationẽ duæ personę videnť vna. Nam ille qui promittit soluere stipulatori soluendo adiecto, qui recipit nomine stipulatoris, videtur soluere ipsi stipulatori. Vnde stipulatio videtur verificari in ipso: quia ipse videtur persona stipulatoris, maxime si habet mandatum à stipulatore: quod quando sit, vide in l. Iulia. §. si fundum. s. eo. Pro ista conclusione adduco tibi bonum tex. in l. si tibi. §. fina. cum ll. sequẽt. vbiq; ad l. & hæredi. ff. de pact. vbi patet, q ista dictio, tibi, quæ significat personalitatem in paciscente, vł à te, non excludit eum, qui si conuenitur, repręsentat personã paciscentis: quia conuenitur nomine paciscentis, sicut cùm pater conuenitur de peculio, vel tanq̃ defensor. Ad idem adducitur tex. in lege, si ita. §. si filio. ff. de bono. poss. secundũ tabul. vbi patet, quòd ista dictio, mihi, non limitatur ita ad personã demonstratam, quin etiam possit comprehendere aliam personam, quæ personam demonstratam repręsentat, videlicet hæredem, qui repręsentat personam defuncti. Et ad hoc si bene respicias, vadit mens iurisconsulti in tex. nostro, dum dicit quòd ad interrogationem videtur esse responsum. Nam secũdùm opin. Barto. nõ esset responsum ad totam interogationẽ, sed ad vnum ex duobus: ad quod tamen sufficeret esse respõsum, vt valeret stipulatio. ¶ Sed quæritur hic per Imol. posito quòd de adiecto non videatur esse intelligendum in responsione, vtrũ iste adiectus saltem posset exigere tanquàm simplex procurator, quousque stipulator non prohiberet: et videtur sub dubio forte quòd sic. Nos possumus dicere idem per textum singularem, quem ibi not. Barto. ad hoc in lege, si cum Cornelius. ff. de solutione. vbi probatur, quòd quãdo appositio adiecti fuit facta inutiliter, illa adiectio resoluitur in simplex mandatum: facit quod habetur per Bartolum & alios in lege prima. ff. de pact. Nec obstat si dicatur, quòd ibi licet adiectio esset inutilis, concurrebat tamen voluntas debitoris & creditoris in persona adiecti; quod nõ est in casu nostro: nam ad hoc est dicendum, quòd quia mandatum causatur à sola voluntate creditoris, sufficit quòd in casu nostro voluntas creditoris adsit. Ista tamen doctrina redditur dubia per textum not. in lege tertia. C. de contrahenda & cõmittenda stipulat. vbi videtur casus in oppositum quẽ Bal. ibi no. sed cras dicetur aliquid super hoc.

Inter eos. Stipulatio prima facie impossibilis, valet, si ille casus contingat. h. d.

Cum mihi. Diuersitas rei, vel temporis, vel quantitatis, nõ vitiat dispõnẽ in persona adiecti: & si principaliter obligatio annullatur, deficit etiã accessoria: secus si accessoria annulletur, quia nõ deficit principalis, h. d. Et diuidit in quinq; partes. Secũda ibi: tẽpora verò. Tertia ibi: sed rursus. Quarta ibi: ex hoc apparet. Quinta ibi: ex his omnibus. ¶ †No. primò secundũ cõem intellectũ, q quando nõ est eadẽ res, sed diuersa ab ea quæ venit in obligatione, est soluẽda nõ creditori, sed alteri, licet fiat solutio de volũtate creditoris, nõ contingit liberatio ipso iure. Et ex hoc no. elicitur secundũ intellectũ glos. Nã secundũ Bart. hic aliter erit dicendũ, vt j. videbis in prima glo. & est solennis limitatio ad ea quæ dicũtur Insti. de inuti. stip. §. si quis alij. & Instit. qui. mo. tol. obli. in princ. & sic intelligit l. qui hominẽ. §. si stipu-

6 latus. j. de solutio. ¶ †Secundò no. q stipulatio alternatiua, in qua pmittitur solui stipulatori aut tertio: licet in vno casu videretur habere conditionẽ annexã executioni, scilicet cũ debet fieri solutio adiecto anteriori die. Hæc tamẽ conditio nõ suspẽdit obligationẽ, quin statim sit contracta in persona stipulatoris. Ex quo sequit, q conditio adiecta executioni obligationis, nõ impedit obligationẽ oriri: de quo dicetur plenè in glo. Quòd aũt hoc sit verũ, licet gl. aliter senserit, patet ex illo tex. qa hic dicit, q anterior dies posita in adiecto nõ impedit adiectũ applicari stipulationi. Sed hoc esset falsum, si conditio apposita executioni impediret oriri obligationẽ in persona principali: quia vt j. patet in versi. sed rursus. non põt cõsiderari obligatio adiecti ante obligationem principalis: facit optime tex. in l. ex his verbis. C. qñ di. le. ce. & quod habetur[a]

7 in l. si cui legetur. in princ. ff. de leg. j. ¶ †No. tertiò singulariter, & semper tene mẽti in versic. sed rursus. q stipulatio interposita pure in persona adiecti, verificatur, vt sibi possit solui, nõ solũ si obligatio stipulatoris sit pura, sed etiã si sit conditionalis, dũmodo postea sit purificata. Ex hoc patet, q obligatio pura & purificata, quæ prius fuerat cõcepta sub conditione, sunt idem realiter. Nam si essent duo diuersa, stipulatio interposita, vt posset solui adiecto in vno casu, non verificaretur in alio: quia in stipulationibus quæ sunt stricti iuris, omissum haberetur pro omisso. l. quicquid astringendæ. s. eo. Et ex hoc deciditur singularis quæstio, quã format Ange. in l. fin. §. Titius. ff. de vul. & pup. videlicet q si ex forma statuti pro debito puro cõtẽto in instrõ põt fieri executio cõtra debitorẽ p capturã, istud statutũ habebit locũ in debito cõditionali purificato. & hoc tenet ibi Ang. Sed Ioã. de Imo. impugnat ibi istud dictũ. ex eo, quia q debitum purificatũ dicať purũ, istud est per fictionẽ, quia in cõtractibus conditio retrotrahit. l. potior. & l. qui balneũ. qui po. in pi. ha. Sed verba statuti nõ intelligũtur in casu ficto & improprio. l. iij. §. hęc verba. ff. de nego. gest. ergo &c. Hanc conclusionẽ tenet Bal. quẽ ipse nõ vidit in l. edita. C. de edẽ. in repe. Paduana. vbi dicit, q agens ex debito puro non debet vincere, si probat debitũ conditionale purificatũ: quia ista duo sunt diuersa. Tu aũt aduerte: quia si statutũ vel libellans se restringunt ad debitum, qđ à principio esset purũ, forte dicta Bal. & domini Io. essent vera. Sed si statutũ loquitur de debito puro, tũc interpretatio fit hoc modo de debito hoc puro, scilicet tẽpore, cũ pro eo agit: & tunc satis est debitum esse purificatũ. Vnde in casu nostro vides, q qui stipulatus est sibi conditionaliter, & adiecto pure, videt stipulari adiecto in casu, in quo conditio fuerit purificata. Pro ista conclusione facit optime tex. in l. sed & si de sua. §. fi. ff. de acq. hære. vbi probatur, q ille qui credit se purè institutũ, licet sit institutus sub conditione purificata, potest adire, quia ista duo non sunt diuersa: vt dicit Bart. subtiliter in l.

8 hæres institutus. s. eo. ti. ¶ †No. quartò ibi: hoc tamẽ. q qualitas adiecta in persona stipulatoris videtur repetita in persona adiecti: & hoc est ideo, qa ambę istæ dispositiones tẽdũt ad eũdẽ effectũ, & sunt circa eadẽ rẽ. cõc. l. si vt proponitur. j. de fideiu. & ponit Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. s. eod. Hoc tamẽ limitatur hic no. nisi in persona quæ venit accessorie, ad principalẽ dispositionẽ, sit adiecta alia cõditio diuersa: tunc enim propter specialẽ prouisionẽ factã in illa persona de alia prouisione per aliã cõditionẽ, illa prima nõ videtur repetita: vt satis colligit ex ver. sequẽti. quod semper not. ad ea quę

9 scripsimus post Bar. in d. §. Chrysogonus. ¶ †Not. vltimò, q vitiato principali, vitiatur accessorium[c], licet non econuerso, quia vitiato accessorio remanet principale: facit qđ habet in l. in pupillari. ff. de vulga. & pup. & in l. fideiussor obligari. in fi. j. de fideiusso. ¶ In glo. super verbo, exceptionẽ. hic gl. sentit in effectu tres casus, quos colligit Bar. elegantius in l. si cùm fundum. ff. de pactis. Vnde debes dicere, quòd aliquando soluitur id quod est in obligatione creditori, vel aliter de voluntate sua: & tunc contingit liberatio ipso iure: vt Institut. de inu. stipula. §. si quis alij. Aliquãdo soluitur alia res pro ea quæ est in obligatione ipsi creditori: & tunc similiter con-

[a] ¶ Rationem. Adde Bald. in l. falsi. & in auc. eisdẽ. in iiij. col. versi. quæro pone. C. de secun. nup. & Ang. ĩ auc. de nup. §. sed qđ sanatũ est. licet cõtrariũ teneat Bal. in l. si superstite. in ij. no. C. de dolo. quẽ vide etiã in l. orphanotrophos. C. de epi. & cle.

[b] ¶ [illegible]doceri. Et ibidẽ vide [illegible] in ver. solus præ[illegible]

[c] ¶ Accessoriũ. Addẽ eundẽ ĩ l. si quis. §. si suo testa. s. de vulga. & pupil. & qđ ibi dixi in apostil.

tingit liberatio ipso iure: Insti. qui. mo. tol. obliga. in prin. Aliquando soluitur alia res, quàm ea quæ venit in obligatione alteri de voluntate creditoris: & tunc glo. dicit, ꝙ non contingit liberatio ipso iure, sed ope exceptionis. Sed Bar. hic, & in l. hæres. §. aliter. ff. de leg. j. videt̃ restringere istũ tex. quando fit solutio de alia re alteri, qui est adiectus: quia cùm huic adiecto possit solui, etiã inuito creditore. l. aliud. j. de solu. nõ est ista perinde, ac si solueretur creditori, sicut quando fieret solutio procuratori simplici, cui non posset solui inuito creditore. & hanc differentiam videntur hic sequi Moder. Sed aduerte, quia si facis istã differentiã, oportet te restringere tex. ad casum, quãdo fit adiectio gratia debitoris: quo casu põt solui inuito creditore ipsi adiecto. aliàs si fiat gratia creditoris, nõ potest. l. hoc iure. §. si quis dederit. & ibi Bart. ff. de dona. †Est tamen casus no. in quo si soluitur aliud pro alio, etiam ipsi creditori volenti, non contingit liberatio: de quo vide per Bart. in l. eum qui ita. §. penul. s̃. eod. Nunquid autem solutio facta tertio autoritate iudicis liberet debitorem, & quando, vide Ioan. And. in titu. de obli. & solu. §. nunc aliqua. circa prin. facit quod not. Barto. in l. creditor. ff. de solu. Et licet ista dicta possint aliquo modo tolerari, quia tamen iurisconsul. in principio literæ dicit, quòd adiectio non potest interponi stipulationi super alia re: quæ verba videntur significare, quòd adiectio sit nulla, quasi ius ei non assistat: iuxta ea quę habētur in lege, stipulatio ista. §. alteri. suprà eodem. etiam videtur subesse ratio: quia ex quo super re soluenda adiecto non est obligatio in ꝑsona stipulatoris, adiectio nõ videt̃ posse consistere: vt infrà dicitur circa medium. suprà in alio casu. Ideo forte iste textus potest intelligi aliter, vt dicamus quòd adiectio est inutilis: sed tamen resoluitur in mandatis simplicis, iuxta ea quæ diximus in §. si ita fuero. suprà eodem. in fine. Hoc autem mandatum inducit lex, non ex pręsumpta voluntate stipulatoris specifica, cùm ipse voluerit facere adiectionem, non procuratorem simpliciter, sed ex leg. dispositione, quæ hoc inducit: quia præsumit, quòd si stipulator non credidisset hunc non posse fieri adiectum, verisimile est quòd ad minus voluerit eum esse procuratorem simplicem: argu. legis, tale pactum. §. finali. de pact. Vnde quia iste non est procurator tacitè vel expressè constitutus ab homine, sed à lege ratione prædicta, non est mirum si non contingit liberatio ipso iure, sed ope exceptionis, quia non potest dici solutio propriè ex voluntate creditoris. Facit optime pro ista differentia quod habetur in glossa ordinaria in l. si pupilli. §. itē quærit̃. ff. de negotijs gestis. vbi solutio facta de mea pecunia creditori ab eo qui non intendebat me liberare, sed se, cùm putaret se debitorem, liberat me ope exceptionis, non ipso iure: pro his etiam vide Bartol. in lege, non solum. in principio. ff. de procurato. vbi ponit aliquas differentias inter procuratorē cõstitutum à l. & ab homine.

Franciscus Aretinus.

¶Finit titulus, de verborum obligationibus.

De duobus reis. *Rubr.*

¶Veniamus ad l. ij. quia prima est expositiua.

SVMMARIVM.

1 Rei idẽtitas quæ tacite venit in ꝓmisione, cõstituit duos reos stipulandi & promittendi.
2 Verba testis intelligi debent vt ad id referant se, quod vt in pluribus contingit, non ad id quod rarissime, & difficilime potest contingere.
3 Rei duo stipulãdi quomodo constituantur.
4 Obligati ad vnum indiuiduum an dicantur duo rei.
5 Præuentio an duret quo ad ꝑuentionis effectum inter iudicem & iudicem, si instantia est perempta.

CVm duo. Duo rei stipulandi vel promittendi cõstituuntur per hanc dictionem, eadem: & petitio vel acceptilatio vnius prodest vel nocet alteri: vbi autem à duobus ꝓmittitur simpliciter certa quantitas, quilibet tenetur ꝓ parte, nisi sit actum ꝙ teneatur insolidũ. h. d. ista l. ij. & §. cũ tab. in l. reos. j. eo. ¶†No. primò ibi: eandem pecuniam &c. quòd idẽtitas rei, quæ venit in promissione, tacitè constituit duos reos stipulandi, & promittendi. & hoc tenet hic Barto. tam ex parte promissorum, quàm ex parte stipulatoris, siue promissio fiat duobus per vnum actum, siue per duos de eadem re. Et similiter siue promissio fiat per vnum actum à duobus vni, siue per duos de eadē re: & de hoc vltimo est casus Insti. de duo. re. §. si duo. videlicet ꝙ duo promissores, licet singuli promittant eandem rem separatim, & non vna ratione, constituuntur duo rei: sed econtra, quando vnus promittit duobus stipulatoribus diuersis actibus: verbi gratia, dixit Titius, promittis mihi centum: & reus respondet, promitto: deinde dicit Sempronius, promittis mihi eadem centum: & ille iterum dicit, promitto. vtrũ tunc constituuntur duo rei stipulandi, nõ est ita expeditum. Barto. hic tenet quòd sic, vt dixi: pro quo facit ista l. quæ dummodo interueniat identitas rei, non facit differentiam inter reum stipulandi, & reum promittendi. In contrariũ facit tex. quem Barto. hic adducit pro se in l. si ex re. §. sibijpsi. j. de stipu. seruo. vbi iurisconsul. videtur requirere, ꝙ duobus interrogantibus fiat vna responsio, & non duæ: & ita videtur dicere tex. Insti. de duobus reis. in prin. ponendo formam dictorum reorum stipulandi. Vnde vtrum istud dictum Bartol. sit verum, dicemus infrà, in prima glossa. vel si non est verum, quæ est differentia inter reos promittendi, & reos stipulandi? ¶†Secundò not. ibi: in versic. ideoꝗ petitione &c. exponēdo vt exponit glo. ij. ꝙ ista nomina verbalia significāt actiuè & passiuè: nam significant hic actiuè, quòd petitio vel acceptilatio vnius ex reis stipulãdi nocet alteri passiuè, ꝙ petitio vel acceptilatio prodest vni ex reis debendi: arg. ad nota. q. quã ponit hic Barto. dicit enim se respondisse per istum tex. cum glo. quòd si quis articulat, quòd Titius cognouit suã vxorem carnaliter, & violenter: & testes dicunt, vera esse in articulis contenta: per hoc non est probata intētio accusatoris, violenter à teste prolatum, potest intelligi dupliciter: vel quòd Titius intulerit violentiam vxori accusatoris: vel quòd ipsa vxor intulerit violētiã ipsi Titio. Vñ quia ista verba ambigua sunt, debent interpretari contra producentem, cùm proferuntur à teste: vt in c. in præsentia & quod ibi not. probat per Barto. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. s̃. ti. proxi. videtur ꝙ non sit probata accusatio, vel delictum intentatũ. & hoc sequitur hic Ang. dicens remedium esse, ꝙ iudex ex officio suo repetat testem, & faciat eum declarari, quomodo intellexit verbum, violenter, qđ facere potest, secundũ gloss. no. in aut. de testi. §. quia vero. quã adducit Bald. ad hoc in l. repeti. in princ. ff. de quæstio. & plene tradit Innoc. & Mod. in c. per tuas[a]. extrà, de testi. Potest aũt fieri ista repetitio à iudice, etiam post conclusum in causa, secundũ Ang. consil. exc. de quo vide in d. c. per tuas. & optime facit quod traditur in c. cum Io. extrà, de fi. instru. Sed quia iudex, si haberet testē suspectũ, non teneretur eũ repetere, secundũ Bald. in l. data opera. C. qui accu. non pos. ideo posset aliquando contingere, ꝙ ista cautela non vteretur iudex. Vnde Imol. hic simpliciter videtur tenere contra Bar. duabus rationibus in effectu. Prima est, quia ista verba ex communi vsu intelligendi non significant passiuè, vt vult Barto. sed actiuè simpliciter: ergo ita sunt intelligenda verba testis, sicut dicimus de verbis patris: quod intelligitur secundũ communem vsum loquendi. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. & in c. ex literis. extrà, de spon. facit optime text. & ibi per Barto. in l. Labeo. in princ. ff. de supel. lega. & quod not. glo. & ibi Bartol. in l. stipulatio ista. §. hoc quoq;. s̃. tit. proximo. Et per istam rationem etiam possumus dicere, ꝙ testis qui vidit à Titio rapi chlamydem, bene probet rapinam & violentiam: licet verbũ, rapere, aliquando capiatur in alio significato, quia communiter intelligitur de rapina violenta: licet Ang. teneat oppositum in l. postquam. de petitio. hæredi. Sed quia iste communis modus intelligendi est probandus, cùm sit facti, ista ratio non multum vrget. †Sed secunda, quam ipse assignat, est melior, videlicet quòd verba testis debent intelligi, vt referant se ad id quod contingit vt in pluribus, non ad id quod rarissimè & difficilimè potest contingere: difficilime autem contingit, quòd vir violenter cogatur ad actum venereum præcisè, secundùm Ioan. Andr. in capi. sacris. quod metus causa. & in c. is qui. extrà, de sponsa. ergo ad hunc videt̃ respectũ habuisse testis, sicut dicimus quòd quando pars pacificitur, quòd non vult teneri de casu fortuito, non videtur sensisse de casu raro contigenti. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahenda emptione. De cuius intellectu vide per Bartolũ in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. Tu autem aduerte, quia Barto. met hanc conclusionem videtur firmare in duobus locis: videlicet in lege, filiusfa. ff. de testamen. vbi remittit se ad hoc no. & plenius in lege, si vxor. §. penultimo. infra, de adulte. vbi addit idem esse, si testis dicat quòd cognouit eam per violentiam ꝗ

[a] ¶Per tuas. Et ibi omnino vid. Fel. & an iudex ex officio repetere possit, vide eum in c. cùm clamor. eo. tit. in j. col. ver. in eadem glos.

a tiam: quia similiter hoc verbum potest intelligi actiuè & passiuè.[a] Opi. tamen Ioan. videtur melior, & per rationem suam secundam, quam ego melius probaui quàm ipse: & etiam quia ista aduerbia quæ possunt significari in significatione actiua & passiua, accipiũt sensum actiuũ & passiuũ, secũdùm verbum à quo reguntur: nam si dicas, ista mulier est læsa atrociter, istud aduerbium significabit passiue, propter verbum passiuũ qđ præcedit. Si autem dicas, Titius læsit hanc mulierem atrociter: tunc significabit actiuè, id est ꝙ Titius intulit atrocem iniuriam: vt patet de se, & probatur in l. rem atrocem. cum ll. sequẽtibus. j. de iniur. Verbũ autem, cognouit, cũ habeat suum passiuũ distinctum à se, significat in significatione actiua: maxime, quia licet possit cõsiderari ꝙ aliquis cognoscat, & sic agat violenter, hæc tamen actio remota voluntate agentis non dicetur actio hominis, quia hoc modo posset agere instrumentum inanimatum. Vnde quando testis dicit, ꝙ Titius cognouit violenter, quia deponit de actu hominis, qui significatur per nomen suum proprium, non videtur ad talem actũ se retulisse. Actus enim hominum remota omni no voluntate non consideratur, vt actus eorum, quo ad aliquem iuris effectũ: vt patet in l. qui ad certũ. ff. locati. & l. j. §. furiosus. de ac. & ob. cũ multis aliĳs. & l. diuus. ff. de offi. præsi. & ista pars est æquior. ¶ Not. tertiò in §. cum tabulis. ibi: vt duo rei stipulandi &c. bonum text. pro conclusione, quam ponit Bartolus in ista lege ĳ. videlicet quòd idem sit dicere, promitto vobis duobus insolidum: vel, promitto vobis duobus in solidum vt sitis duo rei, vel tanquàm duobus reis. ¶ In gloss. posita super verbo, insolidum. ibi: sed hodie secus. Cum ista gloss. concordat quædam alia allegata per Bartolum, quas sequitur Iacob. de Aretio, & quidam aliĳ docto. ¶ Sed contrarium tenuit gloss. Institu. de fideiusso. §. si plures. & in auth. de duo. reis in corpore. & in isto §. cum in tabulis. & illas gloss. sequitur Barto. hic, & communiter Mod. videlicet quòd in modo constituendi duos reos, nihil sit immutatum. Nihil tamen allegat pro ista parte: ego autẽ considero, quòd pro ista opin. videtur esse casus in auṫ. vt cũ de app. cog. §. pe. ex qua sumitur auṫ. si qñ. C. de cõsti. pe. vbi probatur ꝙ per formam promissionis alternatiuæ inducitꝰ obligatio insolidũ in promittente: & tamen illa cõstitutio est posterior autẽti. de duo. reis. quia illa de duobus reis est in collat. vĳ. & in colla. viĳ. Non obstat text. in auten. hoc ita. C. de duobus reis. vbi videtur requiri pactum expressum: quia vt dicit hic Ioan. de Imola in fine commenti, illud verbum fuit additum à Guarnerio, scilicet verbum, expresse, qui non habuit autori. iuris condendi: nam text. dicit in corpore simpliciter, quòd quando tunc constituuntur duo rei debendi, quando est actum vt ambo teneantur insolidum: sed actum potest dici tacitè & expressè: vt l. eum qui. ff. si certum petatur. & lege, item quia. ff. de pactis. ergo verba text. non repugnant iuri antiquo. Sed contra istam communem sententiam arguo fortiter. Dicitur em̃ in præfatione dictæ auten. de duobus reis. quòd imperator intendit in ista materia explanare aliquid, & declarare aliud addere, id est partim declarare, & partim addere: sed si nihil est immutatum in modo constituendi duos reos, nihil declarat illa constitutio, sed solum inducit nouum beneficium modificatum, vt in ea: ergo necesse est dicere, quòd aliquid est immutatum in modo constituen
b di, videlicet vt nisi expresse sit actum, quòd ambo teneantur insolidũ,[b] in dubio non videantur constitui duo rei. Sed defendendo communem opin. possumus dicere, quòd inquantum imperator protestatur se velle declarare, in hoc non inducit ius nouum, sed idem dicit, quòd disponitur de iure antiquo: nec tamen lex est superflua, quia satis est quòd addat aliquid vltra ius antiquum. Vel potest dici, quòd illa explanatio fit circa nouum remedium diuisionis, quod conceditur, in quo declaratur, qualiter & quomodo habeat locum, & pro opinione communi non est aliqua ratio quæ stringat, nisi illa quam ego s. adduxi ad intellectum authẽ. si quãdo. C. de constit. pecu. ¶ Extra glo. adde dictis Barto. in prima quæstione, inquantum ipse dicit, quòd vbi sunt duo actus promittendi, duæ quantitates expressę, nisi promittẽtes promittant eandem quãtitatem, videntur promissæ duę summę diuersæ: & per consequens nõ constituuntur duo rei. ¶ Adde primò, quòd pro conclusione sua est textus optimus in lege, si pluribus. §. fina. ff. de legat. ĳ. vbi probatur, quòd si testator à duobus hæredibus nominatim relinquit duas quãtitates, etiam si sint eiusdem summæ, non constituuntur duo rei debendi in vna quantitate, sed duo debitores diuersarum summarum: & ita tenent ibi Dyn. & Bartolus, licet Baldus aliter senserit, & non bene, in lege, si ex toto. in princip. ff. de legat. primo, ꝓut ego ibi plenius scripsi, reprehendendo dicta sua. ¶ Secundò adde, ꝙ ista dicta procedunt, quando nõ præcederet stipulationẽ aliqua causa, in qua illi duo essent obligati ad vnam summam: nam si præcederet tũc, quia stipulatio viderꝰ interposita ex illa causa quæ pcesit, & de illa summa, vt solenniter declarat Barto. post glo. in l. Titiũ. s. de ver. obli. & no. eleganter Ioã. And. in addi. Spec. in rubr. de deposito. cuius dicta ego declaraui in dicta l. triticũ. siue duo isti cõstituerenꝰ duo rei, qa viderenꝰ ꝓmisisse eandem centũ: & isto modo ☞ vtiliter declarat dicta Bar. quæ aliter non ꝓcederent. ¶ †Scđò principaliter adde, inquantum Bar. hic vult, quòd si est vnus actus promittendi, plures sunt summæ expressę, in dubio viderꝰ intellectũ de vna & eadem
c summa pstanda à duobus, & per cõsequẽs constituunꝰ duo rei[c] l. stipulatio ista. §. cum qui. & l. eum qui ita. in princip. s. titulo proximo. nam Ioan. de Imol. hic dicit, quòd forte hoc dictum non est verum, quia iura prædicta loquuntur, quando vnus promittit in vna conceptione verborum duobus: quo casu põt præsumi, quòd senserit de vna summa, quia non videtur voluisse grauari duplici præstatione: argumen. l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. ĳ. quę ratio cessat, quando duo promittunt vni, vt de se patet. Tu verò sequere opinio. Barto. quia casus est pro eo rectè intuenti in l. si pluribus. in princip. ff. de lega. ĳ. vbi, quãdo hęredes grauãtur sub vna conceptione verborum, omnes videntur grauati in vnam summam, & tamen ibi non resultabat præsumptio: de qua dicit Ioan. de Imola. ¶ Tertiò principaliter adde, inquantum Bartol. hic dicit, quòd quando vno actu stipulandi duo promittunt vnam summã in dubio, quilibet obligatur pro parte, vt in §. nostro, nisi sit adiecta dictio distributiua, vt hic per eum. Nam hoc videtur esse limitandum dupliciter: & primò secundùm Barto. in l. iiĳ. §. actor. in fin. ff. de re iudica. quòd hoc non sit verum in obligatione rerum. Vnde si duo obligant se personaliter in vna quãtitate, deinde obligãt omnia bona sua, vel aliquas res suas, Barto. vult, quòd res videantur obligatę insolidum, licet obligatio personalis scindatur inter eos pro rata: alleg. text. in l. aliena. in princip. ff. de pigno. actio. vbi videtur probari, quòd si vna res simul obligetur pluribus, videatur quæri obligatio vnicuiq; creditori insolidum. Sed ille text. potest intelligi, quando vna res obligaꝰ pluribus simul ex diuersis causis. Vel si velis intelligere ex vna causa ibi loquitur, quando obligatio fit ab vno de re sua pluribus ex eadem causa. Sed quando plures, inter quos est diuisa obligatio personalis, passiue obligant ex illa causa res suas: tũc videtur dicendum totum suppositum, quòd res non intelligãtur obligatæ, nisi pro rata, quę sunt obligatæ personaliter. Casus est not. in l. j. in fin. C. communia de leg. quem ad hoc adducit Barto. in l. legatorum. in princip. ff. de lega. ĳ. vbi probatur, quòd quia legatum quantitatis scinditur inter hæredes, quo ad actionem personalem in partes, ideo etiam hypothecaria in rebus quæ peruenerunt ad hæredem à testatore, non causatur, nisi pro rata, de qua ille non tenetur: & tamen tacita hypotheca inducitur in legatis ex mente defuncti: vt patet in d. l. j. & ista opin. videtur æquior, licet Bald. teneat opini. Barto. in §. actor. in l. j. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; vniuer. no. ¶ Secũdò adde circa idem casum singula. in quo resultat obligatio insolidum ex vno cõtractu facto à pluribus in actione redhibitoria, vel quanto minoris: vt est casus in l. iustissime. §. proponitur. ff. de ædiliti. edicto. de quo Bald. valde miratur ad limitationem huius §. in l. si prædium. C. de ædili.
3 act. vbi omnino vide. ¶ †Circa secundam quæstionem principalem, in qua quæritur quomodo constituantur duo rei stipulandi, adde breuiter, ꝙ inquantum Barto. dicit, ꝙ quando stipulatio interponitur alternatiuè de iure ff. non constituebantur duo rei stipulandi, sed stipulatio erat inutilis: per l. j. §. si seruus fructuarius. j. tit. proximo. & per l. item si seruus. in fin. cum l. sequen. codẽ titu. nam hoc dictum de iure est dubiũ: nam primò videtur contra tex. in l. si Titio aut Seio. in vlti. responso. s. de lega. ĳ. nam ibi dicitur, ꝙ si hæres in cuius persona est posita electio, non eligit, vnusquisq; illorum potest agere insolidum, ac si solus esset nominatus in legato. Vnde est melior conditio occupantis, secundùm gloss. primã. quia hæres propter negligentiam perdit facultatẽ eligendi: sicut in l. si quis Titio. §. final. eodem titu. in simili casu. Sed si à principio impediretur constitutio duorum reorum per orationem alternatiuam, sequeretur quòd tale impedimentum superueniens ante obligationem executam redderet dispositionem nullam, per regulam l. pluri-

¶ Et passiuè. Vide oĩno hic d. Ale. de Imo. & in l. j. ff. de acq. posses.

¶ Insolidum. Adde Bar. in l. [illegible] certo, §. si duobus. vj. col. versi. itẽ dubitaꝰ an semper. s. cõmo. & gl. in ver. insolidũ. in l. j. C. quo or. qs. cõue. li. xj. vbi etiã per Bar. qđ nõ, nisi sit actum, prout hic Aretinus.

¶ Duo rei. Adde Pau. de Ca. in cõsil. xlix. inc. viso puncto.

bus.§.& si placeat.§.titulo proximo.cuius contrarium ibi dicitur. Præterea si aliter non possent constitui duo rei à principio ex oratione alternatiua, non daretur electio hæredi, vel debitori, dicendum esset quòd talis electio in dubio videretur sibi data: sicut diximus in lege ij.§.& generaliter.ff.de eo quod certo loco. vbi alternatiua mixta rerũ & locorum, etiam in rebus conceditur electio creditori contra regulas iuris, ne aliàs obligatio reddatur inutilis. Non obstat tex.in l.item si seruus.in fi. quia de modo tertij, id est serui, potest magis probabiliter dubitari, vtrum ille voluerit vtrique insolidum acquiri obligationem, vel alteri tantum, & cui: & ideo incerta est stipulatio. Sed quando duo rei ambo stipulantur alternatiuè, patet quòd mens fuit obligationem acquiri vtrique insolidum: aliàs quare fuissent ambo stipulati. Hodie autem ista alternatiua resoluitur in coniunctam: vt dicit hic Bartol.& bene per legẽ, cùm quidam.C.de verbo.signifi. Vltimò adde in ista quæstione, quòd licet Bartol.dicat, quando promissio fit duobus copulatiuè, eodem modo esse distinguendum, sicut dictum est in duobus reis promittendi: iura tamen videntur aliter dicere: quia licet duo rei promittendi obligentur insolidum, quando promittunt eandem summam repetita stipulatione in persona vtriusque: vt dicitur Institu.de duo.reis. §.duo. In reis tamen stipulandi, sicut tetigi ibi, non videtur requiri, quòd ex parte promissoris sit vna responsio, & non plures: vt patet Institu.de duo.re.in princip.& expressius in lege, si ex re.§.si ipsi.j.de stipu.seruo.ibi: si semel respõderit &c. Vnde si duobus reis stipulandi bis respondetur, licet promittat̃ eadem summa, iura non videntur velle, quòd sint duo rei stipulandi. Sed forte potest saluando dicta Barto.quòd ex quo in ambabus stipulationibus promittat̃ eadem res, duę istę ꝓmissiones habent̃ pro vna.¶ †Circa tertiam quæstionem principalem, in qua quæritur, vtrum obligati ad vnum indiuiduum dicantur duo rei: adde solum vnum verbum dictis Barto.inquantum ipse dicit, quòd etiam si agatur expresse, vt insolidũ acquiratur obligatio, vel vt insolidum obligentur rei promittendi, per hoc non constituuntur duo rei, quia exprimitur id q̃d tacitè inest: ergo expressio nihil operatur: vt l.non recte.C.de fideiusso.nam hoc non videtur bene dictum, siue sit actũ expresse, ꝙ sint obligati insolidum, siue ꝙ sint duo rei: quæ verba idem importãt: vt in §.cũ in tabulis. videtur enim exprimi id q̃d inest tacitè aliter quàm insit, quia obligat insolidũ, tanquã duo rei [illegible] el econtra duo rei stipulandi insolidum habent quædã, quæ non [illegible] petunt promissoribus, vel stipulatoribus rei indiuiduæ, si [illegible] duo rei. Nam sententia lata contra vnum à iure constituendo non nocet alteri: & licet vnus agat, & contestetur litem, alij non impediuntur agere: vt l.ij.§.ex quo quidem.in glo.§.titu.proxi. Et hoc fatetur Barto.& tamen secus est in duobus reis stipulandi: vt l.ex duobus.j.eo. vnde quando illi qui sunt obligati ad rem indiuiduam constituũt se duos reos insolidum, quia oriuntur diuersi effectus ab obligatione legali, quæ causatur ex natura rei, non videtur id quod tacite inest exprimi per modum, per quem inest. ¶ In glo.ij.ibi: solutio hoc petit &c. Ista solutio prima reprehenditur per omnes, quia est contra tex.in verbo, contestatione. in l.fi.C.de fideiusso.& etiam contra tex.in d.l.reos.C. eodẽ. ¶ Secunda solutio approbatur cõmuniter ab omnibus, & eam sequitur Bart.in l.ex duobus.i iij.quæst.principali.j.eo.& probatur optime in iuribus hic allegatis in gloss.& etiam ex isto textu si subtiliter inspicias: dicitur enim hic, quòd petitione vnius tota soluitur obligatio. Sed hoc non esset verum, si per solam petitionem alij conrei liberarentur: quia tunc non solueretur tota obligatio, sed solum respectu aliorum conreorum, non respectu cõuenti. Sed dubium facit in ista materia l.fina.C.de fideiusso.quæ vt ex ea manifeste patet, in hoc videtur inducere ius nouũ propter verbum, constituimus, positum in tex.& multofortius ꝓpter id quod sequit̃: dicitur eñ ibi, ꝙ ante illã l. hoc erat solitũ deduci in pactũ.et postea ĩfert, ꝙ si hoc põt fieri ꝑ actũ, et est solitũ fieri, eadẽ rõne potest fieri ꝑ l. & ideo inducit illã dispositionẽ ibi, quæ verba significãt, ꝙ ante illam legem si hoc non erat expressum pacto contrahentium ex lege, non concedebatur hoc creditori, vt vno electo non præiudicaret sibi, quò ad alios. Vnde disputando posset sustineri, quòd de iure antiquo esset distinguendum, an agatur actione stricti iuris, vel actione bonæ fidei, vel ex stipulatione interposita ad interesse super cõtractu bonæ fide, vt primo casu de iure antiquo, per electionem vnius factam in iudicio, siue per petitionem factam vno præiudicaret sibi creditor quo ad alios. Ita intelligatur iste text.& lex, si per imprudentiam. §.final. hic alleg.in gloss.quæ potest intelligi in stipulatione duplæ, in qua ꝓpter pœnam proceditur stricte magis, quàm procederetur in actione bonæ fidei: vt patet in lege, emptor. & lege, vaccæ.ff.de euict.nam lex ij. C.de duob.reis.quæ allegatur pro prima parte, si bene inspicias, parum facit. Non enim ibi dicitur, quòd vno electo nõ possit agi contra alios: nec verbum, electio, ponitur ibi ad hunc finem, sed ad differentiam casus præcedentis, vbi dicitur quòd plures rei obligantes se simpliciter nõ possunt conueniri insolidum, nec datur electio agendi contra vnum ꝓ toto: & si hoc teneres, verbum hic positum, tota &c. est restringendũ hoc modo, tota soluitur obligatio respectu conreorum. Secundo casu procedit textus in lege, reos, præallega.& in dicto §.si apud duos. Ratio differentiæ est clara, quia in contractibus bonæ fidei interpretatio debet fieri æquior, quàm in contractibus stricti iuris. De iure autem nouissimo per l.finali C.de fideiusso.possumus dicere hoc esse additũ, quòd in contractibus stricti iuris per electionem vnius alij non liberentur. Et licet ista consideratio sit pulchra, non tamen recedendum est à sententia communi, pro qua faciunt optime iura suprà alleg. Aliam solutionẽ tangit hic gloss.post istam, quia hic ideo per petitionem alij liberantur, quia petitio erat facta à creditore animo nouandi: & hanc sequitur hic Angel. Et ex ista infert, quòd dato quòd alias vnus ex reis stipulandi nõ posset nouare obligationẽ in præiudicium conreorum, iuxta distinctionem quæ ponitur in lege, si rem.§.si duo.infrà, de nouatio. & in lege, si vnus.in princip.ff.de pact.hoc tamen modo poterit nouare agendo contra vnum ex conreis debẽdi. Sed ipse non respondet, quo ad principalem lectu.dictis Barto. in lege, ex duobus.vbi Barto.reprehendit istam solu. ex eo, quia nouatur obligatio debitoris, quando agitur contra ipsum debitorem, & alius comparens in iudicio suscipit obligationem alienam in se.l.delegare.j.de nouatio.in fin. Sed si vnus ex reis debendi conuenitur ex obligatione propria, non suscipit alienam: ergo hic non potest cadere nouatio. Ioan.de Imo.dicit posse saluari hanc solutio.intelligendo quòd fuerit actum contra vnum ex reis debendi, & alter conreus suscepit iudicium in se, & sit contestatus litem animo nouandi: iuxta not. in lege solutionem vel iudicium.j.de solut. Vltimum tamen dictum Ang.sibi non placet, dicitur, non potest assignari ratio diuersitatis, cui stipulando vnus ex conreis non possit nouare obligationem, & tamen possit cõtestando litem. Sed quęritur pro perfectione argumenti, quod est cõtrà, vtrum per petitionem factam ab vno ex reis stipulandi præcludatur via alijs conreis credendi. Super quo dic, vt optime & plene scribit Barto. in l.ex duobus.in iij.quæst.j.eodem.† Cuius dictis adde, inquantum tãgit vtrum tenuta dicta contra contumacem creditori habeat vim contestationis litis, quo ad effectum præoccupandi.& reliquit indecisum. Nã Imo.hic dicit, securè posse teneri, quòd non videatur facta prœoccupatio primo, quia hoc non reperitur iure cautũ. Secundò, quia per dationem tenutæ lis non est cõtestata, & præoccupatio fit per contestationem.l.ex duabus.j.eo. Tertiò, q̃a tenuta data vni ex creditoribus, solet alijs prodesse, non nocere.l.cũ vnus.ff.de bo.auc.iud.poss.in l.fina.C.eo. Tu autẽ dicas, quòd sc̃da ratio non videt̃ vrgere: q̃a in causis, in quibus lis nõ est cõtestata, primus actus respiciens merita causæ habet̃ pro contestatione: vt l.nulla.& l.nihil arbitramur.C.de procura.& per glo.in c.j.de elect.lib. vj. Cũ ergo in datione primi decreti ad minus debeat probari debitum ꝑ iuramentũ: vt plene habetur in l.cũ proponas.C.de bon.authẽ.iudi.pos. ergo videtur, quòd lis debeat haberi pro contestata.& idem effectus sequit̃, vt in dictis iuribus. Tertia ratio non obstat, quia illa iura loquunt̃ in creditoribus, in quibus nõ est locus p̃occupationi, ita ꝙ petitio vnius prę iudicet alij: & sic est diuersa ratio. Vide ergo gloss.not.quã ibi ponderat Bar.& ad hoc in l.si qui rei publicę.ff.ex qui.cau.ma.per quã patet, quòd si tenuta cõceditur cõtra cõtumacem quia nõ soluit, vt ibi declarat Bart. non obst.ar.cõtra factum, quia tenuta cõceditur principaliter propter cõtumaciã: vnde licet in cõsequentiã debeat aliqualiter probari debitũ, propter hoc nõ dicunt̃ attingi merita causæ: q̃a inspicit̃ id q̃d agitur principaliter.l.si quis nec cãm. in fi.§.si cert.peta.& l.j.§.si te rogauero.ff.depo sit.¶ Secũdò adde dictis eius, inquantũ ipse vult in d.l.ex duobus. quòd si lis semel fuit cõtestata per vnum ex reis credẽdi, licet postea pereat instantia, tamẽ durat virtus p̃occupatiõis: per ea quæ habent̃ in l.fiscus.ĩ q. ff.de iure fi.& in l.ꝓperandũ.§.sinautem.C.de iur.na. Ioan.de Imo.hic videtur reuocare in dubiũ istam doctrinã: dicit eñ, ꝙ licet quo ad causandam malã fidẽ, duret effectus litis cõtesta.licet instantia sit perempta, tñ quo ad vitiũ litigiosi cõtractum ex lit.contest.nõ videtur durare effect⁹ perempta instantia: allegat tex.in l.j.sc̃dm vnum intellectũ.C.de p̃scrip. long.tempo. Præterea dicit ipse in casu nostro, ista præoccupatio quę fit per lit.cõtest. videtur præiudicare alijs conreis credendi, ne iudiciũ semel intentatũ sit elusorium: quæ ratio esset perempta instantia.& sic videt̃, ꝙ virtus præoccupationis in alia instantia non duret. Sed cum reuerentia, ista dicta nõ ꝓcedunt aliquo modo: nam lex prima.C.de præscrip. long. temp.vult, ꝙ respectu illius, contra quem fuit instituta lis, vitium litigiosi duret: q̃d patet, q̃a si successor singularis illius velit vti adminiculo sui autoris, obstat sibi vitium litigiosi: vt satis clare colligitur ex dicto text. Vnde Barto.melius intelligens illam l.in l.ij.j.iud.solu.dicit quòd vitiũ litigiosi perempta instantia est singula.vnde non trãsit contra singularẽ successorem.& ita propriè probat ille tex. Et quia virtus præoccupationis durat, & sequens iudiciũ subrogatur quodãmodo loco primi, æquum est vt etiam illud nouum iudicium non impediatur. Præterea illa ratio, quam assignat Imol.nõ probatur iure. Nam possumus dicere, quòd causa præoccupandi fit maior diligentia prius agentis: sicut dicitur in lege, si pluribus.in fin.de leg.j. Præterea etiam si alij possent agere, & sic præoccupatio impediret eos, tamen iudicium primi agentis non esset omnino elusorium, si ipse primo perueniret ad sententiam: sicut dicitur in lege, fina.de peti.hæredi.& in lege, si is à quo.de rei vendi. Tene ergo sententiã Barto.& vltra ea quæ dicit hic, adde ꝙ non solum effectus præterit⁹ respiciens cãm, sed etiam respiciens instantiã, non videt̃ expirare pempta instantia, dũmodo iudiciũ renouetur inter easdẽ personas: vt l.si quis repetere.

petere.in princ.ff.ad Turpil.& tenet Bar.in l.hos accusare.§. hoc beneficio.ff.de accu.licet aliter dixerit in d.l.ij.iudi.sol. & in l.ij.C.de fruct.& lit.expen.sed melius dicit in d.l.hos accusare.¶†Vtrũ aũt, quo ad effectũ præuẽtionis, inter iudicẽ & iudicẽ, si instãtia est perempta, duret præuẽtio[a]: vide per Ange.in l.cũ quædã puella.s.de iuris.om.iudi.& ego tetigi anno præterito in l.si pluribus.de leg.j.tractat etiã hic do.Ioan. de Imo.satis diffuse, nũquid per petitionem partis factã ab vno ex reis debẽdi, inducatur diuisio, quo ad aliquos, & quid si creditor recipit partem debiti ab vno, quod tetigit Bartol.in d.l. ex duobus.in princ.de quo nihil dico ad præsens: quia plenissime hunc articulũ tractaui in l.si ex toto.§.j.ff.de leg.j.Et adde ad dicta Bar.in d.l.ex duobus.ꝙ quãdo vnus ex reis debendi præoccupat alios per litẽ contest.nõ aliter debet fieri solutio, nisi caueat debitori, ꝙ conseruabit eum indẽnem ab alijs cõreis suis: vt l.cõmissaria.§.plerũq;.ff.de leg.iij.per quẽ tex. ita dicit Bar.in l.non solũ.ff.so.matrimo.& est istud verum, siue duo rei constituãtur ex contractu, siue ex quasi cõtractu. Casus est no.quẽ ibi not.Bal.ad hoc in l.liberto.§.j.ff.de nego.gest.Facit optime tex.no.& qđ ibi per Barto.in l. pater. ff.de do.præleg.¶ In ea.glo.ibi:sed contra.s.de pact.&c.doct. communiter in l.ex duobus.j.eo.dicunt, quòd est differentia inter pactum & acceptilationẽ.Sed vtrũ hoc sit verum ibi dicetur pleniꝰ, & an ista solutio bene faciat cõtra l.si vnus.¶ In ea.glo.ibi.l.de pupillo.in fi.& l.quia in rem dic. aliàs est lex, de pupillo.§.si pluribus.de oper. noui nuncia. Et licet gloss. non soluat, vera solutio est secundum Iac. de Arena, & Ioan. de Imo.hic, ꝙ ibi plures renũciationes erãt factæ respectu diuersorum locorum, & sic diuersarũ rerum. Vnde non est mirum, si ad remissionem vnius renunciationis non sequitur remissio alterius, quæ est penitus diuersum quid à prima.l.si seruitus.in princ.ff.de serui.vrba.prædio. Sed in casu nostro obligationes plurium reorum debendi, & econtra reorum credẽdi, habentur pro vno per proximitatem rei, & vnicam solutionem, quæ sufficit ꝓ oĩbus: & ideo sufficit vna remissio, vt in tex.nostro. Et quia s.diximus in j.parte glos.ꝙ Ioã.de Imol. reprehendit Ang. inquantũ voluit, ꝙ vbi aliàs vnus ex reis credendi non possit nouare, tamen possit cõtestando litem, quia non videtur esse ratio differẽtiæ inter nouationẽ, quę fit extra iudiciũ, vel in iudicio, secundũ eum. Adde ꝙ si opin. Barto.est vera in l.solutionẽ vel iudicium.ff.de solut.quòd creditor agens nõ cogatur suscipere defensorem in iudicio, qui cõparet animo nouandi: Ioan.de Imol.bene dicit, quia in vtroque casu ꝑiudicatur socijs siue cõreis ex volũtate nouãtis. Sed si opi.aliorum esset vera, quæ ibi irritatur, ꝙ creditor cogeretur inuitus suscipere defensorem, qui vult nouare obligationem, tunc opin. Angel. posset ꝓcedere. quia nõ est nouatio, quam ipse faciat voluntariè, sed quæ venit in consequentiã ad iudicium intentatum, quòd solus vnus ex reis credendi intentare potest. Vnde ista quæst.pendet ab illa.

Franc. Aret.

SVMMARIVM.

1 ☞Dictio, post, potest significare ita actum factum incontinenti, sicut ex interuallo.
2 Interuallum inter primam & secundam obligationem duorũ reorum quando vitiet eorum constitutionem.
3 Factum simul quando dicatur aliquid.
4 Creditor à debitore potest petere partem debiti.
5 Exceptio dilatoria solutionis ante sententiã opponi debet.

In duobus. Constitutio duorum reorum promittendi valet, etiam si separatim promittant, & ex interuallo nec inducitur nouatio per sequentem promissionem. hoc dicit. Secunda ibi: & si ex interuallo. Tertia ibi: & patrui. Quarta ibi: cum hoc actum. ¶†Nota ibi: post posterior &c. quòd ista dictio, post,[b] potest significare ita actum factum incontinenti, sicut ex interuallo: nam vides, quòd adaptatur ad vtrunque casum positum in tex.& hoc est quod dicit Barto.ĩ l.fructus.in fin.ff.solu.matri.quòd verbum testis deponentis per istam dictionem, post, est ambiguum: quia potest significare incontinenti post, & ex interuallo post. Ad idem text.in l.quoties.§.fin.ff.de hæredi.institu.¶†Secundò nota.in versi. & si ex interuallo. quòd interuallum inter primam & secundam obligationem duorum reorum non vitiat eorum constitutionem, dummodo sit actum, quòd sint duo rei: vt dicitur in fin.tex. In dubio tamẽ, si nõ appareret hoc tacitè vel expressè actũ, de iure isto ꝑsumeretur nouatio per interuẽtionẽ nouæ ꝑsonæ: hodie secus, vt Instit. qui.mo.tol.ob.§.ꝑterea.& l. in personã.§.qui pecuniam.ff.de pact.¶Et aduerte, ꝙ nõ credo ꝙ quando secunda promissio sequeretur ex interuallo, licet promittens promitteret eandẽ quãtitatẽ, quã primus, per hoc videreť actũ, vt non tolleretur prima obligatio, & essent duo rei: licet Io.de Imol.hic videatur sentire oppositũ, & ratio est, quia sicut cõstitutio duorũ reorum fit circa eandẽ rẽ, ita & nouatio primæ obligationis continet eandẽ rẽ, quæ versabatur in prima: aliàs nõ fieret nouatio.l.scire debemus.§.j. s.ti.proxi.Cùm ergo ista dictio, signũ sit æquiuocum, vel potius cõmune vtriq; actui, nõ probat vnũ ex his actis necessariò geri, vel præsumptiuè.l. non ob hoc.C.vnde cogna.& in c.in præsentia.extrà.de proba.Esset opus alia coniectura, per quã ex interuentu nouæ personæ cũ stipulatio interponitur ex interuallo, nõ videretur facta nouatio, & multofortius idẽ esset, si hoc esset expresse actum.¶†No. tertiò ibi: simul &c. iuncto ver.seq.secundũ qđ exponit glo.magna in fi.ꝙ propriè illud dicitur esse factũ simul.[c] quod est factum vno & eodẽ tempore, & instãti. Vnde id qđ sequitur incontinẽti, propriè nõ dicitur factũ simul. Saluantur tamẽ dicta testiũ, si incõtinẽti vnus vidit post aliũ aliquid fieri, secundũ Bar.in l.quærebatur.ff.de testa.mili.& bene facit qđ habetur in l.lex Cornelia.in fi.& l.seq.ff.de vulg.& pup.¶ In glo.iij.doc.hic cõmuniter reprobant istas sol.positas in glo.& respondent aliter ad contrariũ. Dicũt enim, ꝙ aliquando aliquod interuallũ est inter interrogationẽ & rñsionẽ: & tũc vitiať stipulatio: vt l.duos.§.j.j.eo.& Inst.eod.in prin.sicut vitiareť, si vnus stipularetur ab vno.l.continuus.& ibi not.s.titu.proxi. Aliquando est interuallum inter primã promissionẽ, & secundã: quia vnus ex reis debendi promittit hodie, alter cras: vel vni promittitur hodie, alteri cras: & tunc hoc interuallum non vitiat constitutionẽ duorum reorũ, dummodo cõstet ꝙ partes hoc agebant, ꝙ constituerentur duo rei: & ita intelligitur tex.noster. Sed ista solu.non placet Imo.hic, quo ad text. Instit.eo. in princ.quia ibi non dicitur, ꝙ stipulatio vitietur, sed ꝙ non constituuntur duo rei. Præterea vltra eum ibi nulla fit mentio de interuallo, & maxime ꝙ interuenerint inter interrogationẽ & responsionem. Vnde dic melius secundũ eum, licet non ita formaliter dicat, sed hoc sentit, ꝙ iteratio actuum in stipulatione tunc impedit cõstitutionem duorum reorũ, tam ex parte reorum promittendi, quàm ex parte reorum credẽdi, quãdo sunt duo actus promittendi, & duæ summæ specificatæ: quia censetur facta promissio de diuersis summis, & sic impeditur constitutio duorũ reorum: & ita propriè loquitur tex. Insti.eo.in princi. Sed quando actus stipulandi esset iteratus, & promittendi, & tamẽ duo rei debendi promitterent eãdẽ summam, vel duo rei stipulandi stipularentur eandẽ summam: tunc non impeditur cõstitutio duorum reorum: & ita propriè loquitur tex.noster: & tex. Inst.eo.§.si duo.& ita distinguit Bar.in l.ij.s.eo. Vel potes dicere, ꝙ siue duo promittant eãdem summam expresse constituũtur duo rei: vt d.§. si duo promittãt simpliciter.hoc tamẽ acto, ꝙ sint duo rei, cõstituerentur duo rei debendi vel credendi.& ita loquitur tex. noster. Licet enim sint duo actus stipulandi, & duæ summæ expressæ in promittendo, per hoc tamen, ꝙ est actum, ꝙ sint duo rei, videntur partes intellexisse, ꝙ vna summa sit in obligatione bis expressa. Vnde Bar.in l.ij.s.e.dicit pro primo mẽbro tam in reis debendi, quàm credendi, ꝙ si est actum, ꝙ sint duo rei, semper constituũtur, non distinguẽdo diuersos modos constituendi duos reos, sicut postea facit, qñ nõ est actũ, ꝙ constituantur duo rei: & habes optime declaratũ istud principiũ. Vel põt dici, ꝙ iste tex.in versi.cũ hoc actũ.cõplectitur vtrũq; casum: videlicet qñ est actũ expresse, ꝙ sint duo rei, vel tacitè, q̃a duo promiserũt eãdẽ summã. Et aduerte, quia qñ prę cedunt duo actus stipulandi, & sequitur vna responsio, ex parte promissoris semper constituũtur duo rei, licet rei credendi non sint stipulati specificè eandem summam: vt probatur Insti.eo.in princip.

Vbi duo. A duobus reis promittẽdi potest peti res promissa insolidum, vel & pro parte solu. vnius liberat omnes, & facta vni liberatur ab omnibus. hoc dicit. Secunda ibi: hoc enim est. Tertia ibi: partes aũt. Quarta ibi: vtiq;.¶No. primò ibi: ab alterutro. quòd ista dictio, de ꝓprio significatu importat alterũ duorũ: de quo vide in l.si ex toto.§.j.[d] ff.de leg.j.¶†Nota secundò ibi: partes &c. ꝙ creditor potest petere à debitore partem debiti. Et potest intelligi iste text. vel quòd ab vno tantum petatur pars debiti, vel ꝙ ab vtroq; petatur, id est à singulis pro parte.& hoc est intelligendũ, nisi debitor petat à iudice integrari petitionem, & cogi actorem ad petendum totum, ne causæ continentia diuidatur: vt notat Bartol.& Moder.in l.quidam æstimaue-

[a] ¶Præuentio. Vide Fel.ĩ c.cũ M.in viij. col.circa me.ver.extra glo.de constitu.

[b] ¶Post. De qua dictione vide eũ.do. Fran.Are.in l.si ita qs.§.se iactauit. in ij.no.s.de ver.obli. & qđ ibi dixi in apostil.

[c] ¶Simul. Adde ad materi[illegible] Are. in l.ij.§.prius.s.re de vulga.& pup. & qđ ibi dixi in apostil.& per eundem etiã in l.fit.§.fin.& in d.l.lex Corn.co. ti.& Fel.in c.pastoralis.de rescript.in ver.ad idẽtitatem.

[d] ¶§.j. Et idẽ Bar.in glo.in versi. quæro dicitur hic.

tut.in fi.ff.si cer.pe.debet et petere partē nō tanq̃ promissam sed tanq̃ partē totius summæ promissæ. Si tñ simpliciter peteret, sustineret libellus, secūdū gl.& Bar.ibi in l.scire debemus.in prin.s.tit.proxi.¶ No.etiā ex ver.seq.& creditor pōt petere partē debiti à reo,& partem à fideiussore:qđ dicit d. Pau.raro alibi inueniri.¶ In gl.in verbo, vna.ibi: propter vnū debitū &c.expone,id est,propter vnā rē debitā,quæ versat in obligatione vtriusq;.& ex hoc no.ꝙ vnū dicit simpliciter vno modo,quo ad essentiā,alio mō quo ad effectū ipsius. Et est argumentū,ꝙ pro vna stipulatione pluriū reorū credēdi nō debeat solui nisi vna gabella,ad cui⁹ euitationē satis est, vt duo cōtract⁹ habeant pro vno,vel qa præcedēs ordinat ad sequentē cōtractū[a],vel ecōtra,sequēscontractus est executio primi,vel qa duæ obligatiōes æquè principales tēdūt ad vnū effectū,vt hic de primis:vide qđ not.Bart.in l.fi.§.licet ff.de pub.& Bald.in l.cū dote.C.de iure do.& bonū tex.& qđ ibi not.in l.si tibi pecuniā.ff.si cer.pe.Et qñ vna stipulatio continet plures res,vtrum sit soluēda vna gabella,vel plures, vide Bal.in l.ij.§.præterea.C.de iure do.¶ In glo.vlti.glo.nō soluit cōtrariū,sed Io.de Imo.soluit,ꝙ ibi illæ duę obligationes oriunt ex diuersis causis penitus separatis: & ideo solutio vnius nō liberat aliū.Hic aūt oriūtur obligationes ex eadē causa,et ideo licet verè sint plures, habet ꝓ vna,scđm eū.Sed ista rñsio nō videt sufficiens:qa qñ agitur ad interesse,licet obligationes orianť ex diuersis causis,si soluit semel interesse,liberat debitor.l.si dolo.§.j.& ibi not.ff.de re iudi.& plene declarat Bart.in l.fi.§.vlti.ff.de eo per quē fact.erit. Dico ergo melius,ꝙ ibi loquitur de solutione facta,nō pro interesse,sed ꝓ pœna:quo casu solutio facta ab vno non liberat aliū regulariter.de hoc tamē dic vt tradit in l.si ex multis.ff.de publ.& in l.si quid id qđ .& in l.si familia.ff.de iurisd.om.iud. ¶ †Extra glo.adde dictis Bar.in prima qōne principa.dum dicit,ꝙ ille qui agit cōtra plures reos debēdi,petens eos cōdēnari insolidū,debet ꝓtestari ꝙ est vnica solutione contētus:aliàs libellus nō est admittendus:per l.j.in fi.C.de fideiuss.mi.nam hoc dictū impugnat Bald.in l.si pluribus.ff.de lega.ij.quē sequit ibi Ioā.de Imo.& Pau.de Cas.mouet,qa ex narratis in libello apparet, ꝙ agitur tanq̃ contra duos reos. Vnde qa hoc tacitè inest ex natura obligationis,ꝙ in obligatione duorū reorum solutio vnica sufficiat:vt in tex.nostro:istud videtur tacite deductū in libello,ergo nō fuit necessariū exprimere.l.nō recte.C.de fideiuſ.& l.iij.de lega.j. Nō ob.tex.in l.j.palleg.quia ille text.debet intelligi,prout ibi sentit glo.nō pōt agi cōtra reum & fideiussorē insolidū,quo ad effectū duplicis exactionis:nō tamē est rejciendus libellus,qui tacite videtur cōtinere id qđ dixi.¶ †Sed cōtra istam doctrinā arguo fortiter,nam etiā ex natura obligationis duorū reorū est, ꝙ ambo possint cōueniri insolidū, & tñ si agitur contra eos simpl̃r,videt actū ꝓ parte,& nō insolidū.l.j.C.si plures vna sen.secundū vnum intellectū,quē ibi ponit Bar. Ergo idem dicendū in casu nr̃o, ꝙ licet hoc veniat ex natura obligationis,si tamē nō deducat expresse,nō videat deductū.Sed ad hoc pōt rñderi dupliciter, & primo,ꝙ de natura huius obligatiōis est,ꝙ duo rei possint conueniri insolidum,non tamen est necesse,quòd conueniantur insolidum,si creditor non vult, vt in textu nostro:& ideo si agitur simpliciter,nō videtur actū insolidū, quia verba hoc non important,& potest agi ꝓ parte,licet non de natura eiusdem obligationis,sed ex necessitate bene est,ꝙ vnica solutio debeat fieri,& nō plures.& ideo magis hoc casu hoc videtur deductum in libello,& maxime,quia si nō videretur deductū libellus non ꝓcederet,& verba libelli debent interpretari eo modo,quo melius saluatur intentio libellantis.l.prima.& ibi ꝓbatur.C.de vsufruct.sicut dicimus in vsufructu & sententia in lege,puto.C.fami.erc.& in lege,sed & si possessori.§.item & si iurauero.ff.de iureiur.Præterea si ista protestatio nō subintelligeretur tacitè, sequeretur quòd actor plus peteret quātitate,quàm sibi debeatur, contra legē primā.C.de plus peti. & ideo verba debent interpretari mō prædicto, ne actor videatur delinquere,iuxta l.merito.ff.pro socio.Pro ista cōclusione facit optime,quia satis est ꝙ libellus concludat præsumptiuè.l.omnes.§.Lucius.& ibi per Bar.ff.quæ in frau.cred.& not.in l.cùm quid.ff.si cer.peta.Præterea si ex narratis videt deduci ab actore executio,quæ est in fauorē rei,quādo illa colligitur ex narratione libelli vt patet ex his,quæ tradit Barto. in l.eum qui ita.§.qui ita.s.titul. ꝓxim. multo fortius videt deductū,ꝙ colligit ex narratis ī fauorē actoris.Vñ op.Bal. vr̃ verior.Posito tamē,ꝙ opi.Bar.melius ꝓcederet,nō credo esse verū id qđ annectit hic d.Pau.qui dicit,ꝙ si non apponitur ista protestatio,libellus est ineptus,& iudiciū est nullum,per ea quæ habent Insti.de obl.in princ.in glo.& p Bal.in l.acto ri.C.de re.cred.Nā ex ista ꝓtestatione omissa nō resultat ineptitudo formalis,sed solū inducit hoc, sicut dixi, ꝙ plus videt peti,q̃ debeat.sed p hoc nō redditr iudiciū nullū,imo pōt ferri sentētia super eo qđ est dubiū.l.qui solutū.in prin.ff.de leg.ij.nisi forte actor deberet cadere à causa,qđ est in certis casib⁹,q ponunt in l.j.C.de plus peti.¶ †Sed ò ad de dictis Bar.in quātū hic dicit,ꝙ si est actū cōtra vnū ex reis debēdi:pendēte iudicio cōtra ipsum,pōt agi cōtra aliū:per l.creditor.in princ. ff.man.nā Pau.de Cast.hic multū subtiliter & eleganter dicit esse considerādos duos casus.Primus est,qñ primo conuentus in illo iudicio erat contumax: quo casu simpliciter est tenēda sentētia Bar.secūdū eū,per tex.sing.quē ibi no.Bart.in l.hoc amplius.§.fi.cū l.seq.ff.de dā.infect.vbi probatur,ꝙ conreus nō pōt opponere exceptionē litis pendētię,quādo primò cōuētus fuit contumax in illo iudicio,sicut eadē persona cōuenta in secūdo iudicio,& in primo.Si in primo esset cōtumax,similiter nō posset opponere,vt per Bar.in l.sepulchri violati actio.ff.de sepul.vio.pro quo est casus,licet ipse nō alleget in l.j.§.fin.C.de ass.tol.qđ ibi no.Bal.ad hoc.¶ Secundus casus est,qñ conreus conuētus prius nō esset cōtumax:& tūc videt dicēdū,ꝙ opi. Bart.sit falsa:quia qñ duo iudicia sic se habēt,ꝙ absolutoria lata ī vno parit exceptionē rei iudicatę in altero, impedit cumulatio.l.fundi & fundū.ff.de excep.& per Bart. in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acq.pos.& in l.edita.C. de edē.sed sententia absolutoria lata ꝓ vno ex reis debēdi, qñ est lata super facto,prodest aliis,secūdū Bar.in l.ex duob⁹.j. c.ergo videt,ꝙ ista iudicia nō possunt cumulari.Ipse aūt fatet,ꝙ si sententia Barr.in l.ex duobus.est vera,ista est falsa per regulā prædictā.Sed ipse nō credit sentētiā Bar.ibi esse verā: quia l.ex duobus.§.j.de iureiu.per quā Bart.ibi se fundat,loquit in iuramēto.Sed in sñia regula est in oppositū, ꝙ sententia lata pro fideiussore absolutoria nō prodest debitori principali: vt l.aduersus.ff.de ar.& tenet Bar.in d.l.ex duobus:& in l.adulter.§.j.ff.de adul. Vnde in proposito cōcludit,& aſs dicit se cōsuluisse,ꝙ pendēte iudicio cōtra primū pōt agi cōtra conreū:& sic approbat doctrinā Bar.hic positā.¶ Tu adde,& breuiter,ꝙ vtrū sentētia lata pro fideiussore prosit debitori, est vidēdū oīno,qđ ponit Pe.de Anc.in regula,accessoriū.de reg.iu.in xiiij.char.& posito sine pręiudicio veritatis pro nūc, ꝙ sentētia lata pro fideiussore nō prosit principali, nō tñ sequit,ergo sentētia lata pro vno ex cōreis debēdi nō ꝓdest aliis.Quòd aūt hoc sit verū,patet ex l.si per imprudentiā.§.fin. ff.de euic.secūdū vnā solu.ibi positā in glo.vbi videt probari, ꝙ absolutoria lata pro vno ex cōreis debēdi, ꝓdest alteri.Sed aduerte,quia gl.videt illud restringere,qñ alter cōreus erat socius.quo casu est particularis ratio,cur absolutoria debeat sibi prodesse:quia si nō prodesset tēpore,ipse postea condēnatus haberet regressum cōtra sociū constitutū.l.in lege Falc.ff. ad l.Falci.& sic per indirectū auferretur effectus absolutorię in patre.Et idem possumus dicere per hāc rationē,qñ conrei nō essent socij.& tamē vbi soluēti cōpeteret regressus cōtra aliū:de quo vide per Bar.& ibi dicemus in l.reos.in prin.j.co. Sed qñ reus solut⁹ nō haberet regressum,tūc videret esse eadē ratio,quæ est in fideiussore & principali:vt sicut absolutoria lata pro fideiussore non prodest principali:vt s.fuit dictū: ita nō prodesset cōreo.Hoc tamē non patet:quia licet deficiat ista ratio,remanet tñ vnitas cōtractus,ex qua descēdunt plures obligationes in cōreos,quæ propter vnā rē,quæ est in solutiōe & vnitate cōtractus,magis dicunt vna obligatio,q̃ obligatio principalis & fideiussoris.Pro ista cōclusione facit tex. optimus cū gloss.sua.& ibi per Bal.in l.licet.§.posthumus.ff. nau.cau.sta.dicit ibi in vlt.rñso,ꝙ si nauta,qui fecit furtū,conuenit & absoluitur,ista absolutoria prodest exercitori,& assignat ratio in glo.quā modo dixi,quasi nō prodesset,exercitor condēnatus,postea haberet regressum cōtra absolutū , & consequēter absolutoria per indirectū annullaret:qđ esse nō debet.Facit optime ꝓ ista cōclusione qđ habet in l.j.& ij.C. de fideiuſ.In primo aūt rñso illius §.dicit,ꝙ si exercitor cōuētus est absolutus,nō potest agi cōtra nautā,qui furtū cōmisit: & tñ hic cessat ratio supradicta,quia si nauta postea condēnaretur ex furto suo,nō haberet regressum cōtra exercitorē.Remanet ergo sola ratio,quæ assignatur in tex.ne de facto eiusdē hominis sępius quærat,quasi satis sit de vno facto semel esse quæsitū.Et ista ratio satisfacit vltimæ cōclusioni,& tñ posito sine præiudicio veritatis,ꝙ absolutoria lata pro vno ex reis debendi prodesset alteri,sicut tenuit Bart.in l.ex duob⁹. j.eo.adhuc tamē esset vera doctrina Bart.hic posita, videlicet ꝙ intētato iudicio contra vnū ex reis debēdi,pōt illo pendente agi cōtra aliū,quia electio nō pręiudicat agēti.l.fi.C.de fideiuſ.Non ob.l.ex,fundi,& fundū.per quā d.Pau.dicit oppositum

a ¶ Cōtractū.Sed qđ de promissione facta de cētū ducatis, in qua fuit dictū,ꝙ si dicta cētū nō soluerent intra terminū mēsis,liceret creditori ꝓpria autoritate intrare tenutā, & corporalē possessionē bonorū debitoris, & ea vēdere ꝓ libito volūtatis, an de acceptione tenutæ bonorū sit iterū soluēda:dic ꝙ sic, secūdū Pau.de C[illegible] in cōsi.clxxx[illegible] [illegible] vr̃ dicēdū ꝙ dictis. Sed pone, ꝙ qs accipit vxo.forēsem,& in domicilio dictę vxoris cū ea cōsummat matrimoniū,& ibi soluit gabellam dotiū:nūqđ aūt teneatur soluere iterū gabellā in proprio domicilio , postq̃ ibi trāsduxit vxorem stāte statuto domicilij mariti volēte, ꝙ qui acciperet vxorē extra territoriū,teneant ad solutionē gabellæ dotiū:vide d.Pe.Phil. Cor.in cōsi.cvj.īci. q̃q̃.p totū vbi etiā,ꝙ gabella ꝓ eadē re,vel ꝓ eodem cōtractu nō debeat pluries solui : ibi ī lr̃a f.ꝓ quo dicto facit cōsi. Alex. lxvij.iij.parte.vbi ꝙ gabella de frumento ī portū delato soluta nō debet iterū solui,qđ eodē qđ extraheret de portu, qa statutū ꝙ gabella soluat de frumēto,qđ extrahit ītellig.s.qđ recollectū sit ī loco illo nō aliūde delato:vt ibi p eū.& adde eundē in l.cū.infra co.

tũ:quia respondeo,ꝙ illæ ll.habẽt locũ,qñ duo remedia ex eadẽ causa intẽtant̃ ab vna persona contra personã vnã:& ita loquũtur illa iura.Sed qñ ab vna persona intẽtant̃ duę actiones cõtra duas personas,tũc per illã regulã non impedit̃ cumulatio:qđ probo dupliciter.Et primò,quia si impediretur cumulatio cõtra diuersas personas,tũc sequeret̃ ꝙ creditor nõ posset agere simul cõtra plures conreos debẽdi:cõtra tex. in auť.hoc ita.C.de duo.re.& cõtra l.j.C.si plures vna sent.& tenet Bar.hic,& communiter omnes.nam per illã regulã,quæ est in l.fundi.& l.fundũ.ita impedit̃ cumulatio simultanea, id est ꝙ duo remedia deducant̃ simul in eodẽ libello,sicut cumulatio successiua,id est ꝙ intẽtato prius vno iudicio postea intẽtetur aliud:vt est casus in l.fundũ.ff.de except.per quę Bart. ita tenet in l.edita.in secũda specie cumulationis.C.de edẽ.reprehendẽdo Dyn.in regula,nullus pluribus.de reg.iur.† Sicut ergo nõ impeditur reus credẽdi agere simul insolidũ,contra plures reos debẽdi,ita nõ impediunt̃ agere successiuè. Præterea si in casu nostro obstarẽt regulæ cumulationis,adhuc esset dicendũ ex alia regula incuitabili,nõ posse agi simul cõtra plures simul,vel successiuè,quia certũ est ꝙ in pluribus reis debẽdi vnica solutio sufficit pro omnibꝰ. Sed stat regula,ꝙ qñ duo remedia sic se habẽt,ꝙ condemnatoria & executio facta in vno tollit aliud remediũ,illa remedia cumulari non possunt.l.j.in fi.ff.si fam. fur.fe.di. & est regula Barto.in dicta l.edita.ergo omnino impediretur cumulatio, saltẽ ex ista regula,sed non impeditur,vt dixi,quia reuera regulæ illæ non habẽt locum in hoc casu:vt s.est declaratum.Et ad ea quæ tetigit s.d.Pau. vtrum sententia lata pro fideiussore prosit principali,vel pro delinquente prosit mandatori:vide quod eleganter & diffuse ponit Ioan.And.in mercu.sua in regu.ratihabitionem.de regu. iur. vbi istam quæstionem diffuse examinat,& quod tradit Barto.in lege,si is qui.§.si tu Titium.ff. de fur.& Bald.in l.licet.§.possumus.s.alleg.& inquantum Bar.s.in princip.huius primæ qõnis dixit,ꝙ cõtra plures obligatos ex eadẽ causa põt agi & vno,& diuersis libellis:adde ad primũ tex.& qđ ibi per Ang.in l. non idcirco.in princ.ff.de iudi.& in l.si plures.ff.de admi.tuto.¶ Ad secundum aduerte,qa tex.in corpore,de duob.re.§.fin.in ver.sancimus.vr̃ velle,ꝙ de necessitate cõtra omnes sit instituenda vna res,& ꝑ cõsequẽs opponente reo nõ videt̃ ꝙ possint cõueniri plures rei ꝓ parte in diuersis libellis.¶ Sed põt rñderi,ꝙ ibi non erat actum pro parte, sed insolidum contra omnes:quo casu licet tacite videat̃ agi inter reum & actorem, ꝙ executio fiat contra quẽlibet pro parte, condẽnatio tamẽ debebit fieri insolidũ:& ideo nõ est mirũ, si ex quo tota obligatio deducit̃ cõtra omnes, habentur pro vna persona, & possunt petere,vt offeratur vnus libellus, sicut etiam in isto casu fatetur hic Barto.Sed quando est actum à princ.pro parte contra singulos,tunc magis possunt cõsiderari istæ obligationes vt diuersæ, & per cõsequens admitti diuersi libelli:effectus est magnus,vtrum sit vnus libellus, & vna sententia, vel plures: sicut in simili declarat Io.And.in regula, pluralis locutio.in sua mercu.de reg.iu. Si autem plures obligationes descendentes ex vna causa debent cumulari in eodem libello contra eandem personam:lege,non est nouum.ff. de actio.emptio.ita econtra diuersæ causæ & separatæ non possunt cumulari in eodem libello, si pars opponat:aliàs bene procederet iudiciũ. lege,hos accusare.§.lege Iulian.& ibi Barto.infrà,de accusa.& est bonus text.in lege,ad officium.C.communi diui. qui tamen loquitur,quando agitur contra diuersas personas.& ita etiam loquitur litera in §.lege Iulia. Sed tamen nõ videtur esse eadem ratio, etiam si diuersæ causæ deducantur contra eandem personam: & illum tex.in lege, ad officium. adducit domi.meus in lege,contra inter.§.Cassius.ff.de aqua plu.arc. ¶ † Circa secundam quæstionem Barto.inquantum ipse dicit, quòd de iure ff. duo depositarij vel commodatarij habent beneficium diuisionis,quia æquiparantur tutoribus per legẽ primã.§.si apud duos.ff.deposi.licet Iacob.de Bell.aliter dixerit, secundùm eum, aduerte,quia opinio Iacob. videtur verior de iure. Pro cuius euidentia est sciendum, quòd in beneficijs concedendis bene potest argui ab his, qui sunt obligati voluntariè, ad eos qui obligantur ex necessitate : sicut arguitur de fideiussoribus ad tutores in lege prima.§.nunc tractemus.ff.de tutel. & rati. dist. Sed econtra de his qui obligantur ex necessitate,ad eos qui obligantur ex voluntate propria,potest argui,qa est minor ratio concedendi beneficiũ his qui voluntariè se obligant,sicut his qui ex necessitate obligantur. Vnde ex pluribus tutoribus tutor qui non gessit, obligatur pro gerente in subsidium, si ille non sit soluendo : vt plene traditur in dicto §.nunc tractemus. & tamen in his qui assumunt officium voluntarium, hoc priuilegium non habet locum.lege secunda.§.final.ff.de curato. bon.dand.& tenet glossa in lege secunda. C.de diui.tutel. Licet ergo tutoribus, qui obligantur ex necessitate, competat beneficium diuisionis, non tamen valet consequentia: ergo competit duobus commodatarijs,quia isti obligantur ex propria voluntate,id est,ex contractu per eos inito.Vnde licet obligatio voluntaria in illis actionibus immediatè causetur à l.causatur tamẽ mediante volũtate eorũ, qui recipiũt depositum,vel cõmodatum.Non obst.text.in §.si apud duos.quia concedo ꝙ quo ad effectũ,vt vnius solutio liberet aliũ,æquiparantur duobus tutoribus,licet nõ quo ad cõicandũ priuilegia,in quibus nõ ita faciliter fit extensio.Et ideo tex.in l.si vt certo.§.fin.ff. commod.dicit, quòd isti sunt quodãmodo duo rei debendi,quo ad effectum obligationis insolidũ.Sed duobus reis debendi de iure isto non competebat beneficiũ diuisionis:ergo videt̃,ꝙ quo ad hũc effectũ,etiã istis nõ competat.¶ Item adde dictis Barto.in iiij.q.princip.seu in tertia,dũ dicit,ꝙ quando actũ est cõtra plures reos debẽdi vno libello cũ protestatione,quòd vna solutio sufficit tũc,etiam si non sit opposita exceptio diuisionis ante sententiam, tñ põt peti diuisio in executione:quia ita videt̃ actũ inter emptorẽ, & reos conuẽtos,ex quo cõtra omnes simul est actũ,cũ prædicta protestatione: alleg.text.in auť.de duob.re.in versi.sancimus.& seq.vbi dicit̃,ꝙ negociũ debet cõmuniter examinari,& cõiter ferri sẽtẽtia,& ꝙ de facultatibus singulorũ debet discutti quantæ sint. Vnde ex ordine literę apparet secũdũ eũ,ꝙ post latã sententiã fit discussio de facultatibus,ad videndũ vtrũ pro parte debeat fieri executio,vel in totũ.& idẽ tenet in effectu in l.si plures.ff.de admi.tu. Idẽ in l.Paulus.la ij.ad fi.s.de re iu.vbi vtit̃ noua ratione:& addit vnũ singulare verbũ,qđ j.subijciemus.Dicit enim,ꝙ qñ plures condemnant̃ in sentẽtia insolidũ, ipsa exceptio diuisionis orit̃ post sentẽtiam.l.post rẽ.§.j.ff.de trans.& sic poterit opponi in executione.Hoc est verum secũdũ eũ,etiã si in instrumẽto promissionis facto à duobus reis fuisset renũciatũ beneficio diuisionis:qa ista renũciatio non est facta respectu nouæ obligationis,quæ causatur ex sententia:qđ est nouũ dictũ in ista opi.nõ placet ibi Ang.nec Moder.Et assignat ibi Ange. duas rõnes,quarũ vni respondet bene Io.de Imol.vñ dic vt ibi per eũ. Altera est melior,& bñ cõcludit,quia regulariter priuilegia competẽtia primæ actioni videnẽ repetita in nouatione,q̃ fit per sñiam.l.j.in tex.& glo.C.de iudi.& per Bart.in l.aliã.ff.de noua.Sed in prima obligatione nõ poterat opponi beneficiũ diuisionis,ergo nec similiter poterit opponi in actione iudicati,quæ orit̃ ex sentẽtia.Hanc opi.confirmat Ioan.de Imo.quia beneficiũ diuisionis est cõcessum reo in obligatione primitiua:sed in obligatione secũda,quæ orit̃ ex sentẽtia,nõ reperit̃ hoc esse cõcessum,ergo nõ est fiẽda extẽtio contra ius.l.præcipimus.C.de ap. Præterea secũdũ eũ l.fideiussor.C.de fideiuss.dicit,ꝙ exceptio diuisionis debet opponi ante sentẽtiã.Sed ad illã põt responderi,vt hic dicit Bar.ꝙ loquit̃,quãdo agit̃ contra vnũ ex pluribus,vel contra diuersos in diuersis instantijs,& libellis. Et ad rationẽ Ange.potest dici,ꝙ priuilegia primæ obligationis videtur repetita in obligatione nouante, quãdo sunt priuilegia iuris:secus si sunt priuilegia resultantia ex prouisione hominis,secũdùm Barto.in d.l.aliam. Vnde licet partes renunciauerint beneficio diuisionis,quo ad actionẽ principalem:non sequitur,ergo [illegible] diuisio videtur repetita in obligatione,quę oritur ex sentẽtia.Et forte illud dictũ Barto.in d.l.Paulus.quantum ad hoc,melius procederet de iure:sed quantum ad casum,quem attigit hic,vtrum ex hoc solo,quia est actum simul contra omnes,possit peti diuisio in executione, articulus est magis dubius. Primò quidẽ,qa ex quo per sententiam actio prima quæsiuit hoc priuilegium iuris,quòd contra eam non possit allegari diuisio, istud priuilegium videtur habere locum in actione iudicati,per regulam dictæ l. aliam.& in dicta l.j.C.de iudic.& sic tollitur ratio Barto.quam assignat in dicta l.Paulus.nam nego,ꝙ post sentẽtiam oriatur aliqua exceptio diuisionis,ex quo per ipsam sententiam erat sublata in actione principali, ex diuisione iuris. ¶ † Ad rationem,quam tangit,dico cum reuerentia, ꝙ ille text.in corpore potius facit in contrarium , si bene attendis.Dicitur enim ibi,quòd causa est tractanda communiter,& diffiniẽda.Et cur ista statuat,assignatur ratio in versic.sic cum.quem Bartol.inducit pro se, ꝙ isto modo procedendo vt dictum est,discutietur de iuribus & facultatibus vniuscuiusq; reorum. Et sic datur intelligi, ꝙ in ista discussione debet fieri ante sententiam,non post.cùm ille versicu.sit ratio prioris decisionis,quæ sine dubio loquitur de causæ discussione,quæ præcedit sententiam.Ex verbis etiam libellantis non colligitur hoc,ex quo petit omnes reos condemnari insolidum, & iudex ita condẽnat, licet protestetur se vnica solutione contentum esse.Ista enim protestatio est valde cõpatibilis cum exactione facienda insolidum ab vno. Bartol.tamen in l.si dubitetur.dicit quòd exceptio diuisionis,quæ competit duobus reis, potest opponi,sicut exceptio ordinis,quæ competit insolidum:de quo remittit ad nota.in l.exceptiones.ff.de except.Et sic manifeste vult,quòd si exceptio dilatoria solutionis,quæ sine dubio debet opponi ante sententiam.l.exceptionem.C.de prob.¶ Aduerte tamẽ:quia forte opi. Barto.non solũ in casu suo,sed etiam quando esset contra vnũ ex conreis debẽdi, vel contra diuersos in diuersis instantijs , posset defendi in duobus conreis noua & subtili ratione : quoniam exceptio quæ competit duobus reis,ipso iure,conceditur eis,nisi aliud probetur ex parte creditoris. vt declarat Bartol.infrà,in vj.quæstio.& in l.si dubitetur.s.alleg.Et est ista exceptio simpliciter exceptio iuris,& beneficium iuris,quod conceditur eis immediatè à iure,hoc ipso quòd obligauerunt se insolidũ. Vnde dicit text.not.in corpore,de duobus reis.§.j.quòd quando duo obligant se insolidum ab initio,non potest agi cõtra quemlibet insolidum, sed est agendum contra omnes pro parte.Et sic patet,quòd ipso iure cõpetit eis ista exceptio,nisi creditor aliud probet.Exceptio autem iuris etiam si non tollat ius agentis ipso iure,sed elidat,sicut est in casu nostro, non est necesse quòd allegetur per partẽ,sed iudex põt supplere ex officio,secundùm Barto.in l.necessarijs.ff.de acq.hære.facit optime tex.&

His verbis. Si non valet obligatio in persona vnius se obligantium, alter tenetur insolidum, si agebatur vt essent duo rei: aliàs pro virili. hoc dicit. Secunda ibi: nam si duo. Tertia ibi: aut si minus. ¶ 1 † Nota primò text. secundum positionem casus, quam facit gloss. quòd verborum obligatio inter absentes non potest contrahi. concor. l. j. in principi. s. tit. proxi. Fallit in vno casu sing. in l. ij. de sponsa. secũdũ gloss. ibi. ¶ Sed quæritur pro declaratione glo. vtrũ notarius qui scripsit partẽ promisisse per stipulationem, incidat in crimen falsi, si probetur q pars promittit per epistolam in absentia. Do. Ioan. de Imol. dicit q sic, quia notarius ita asserendo videtur asserere tacitè partes fuisse præsentes. l. j. C. de contrahen. & com. stipu. in tex. & glo. & Bar. & alios in l. in lege Titia. §. fin. s. ti. prox. ergo committit falsum. Etiã ista conclusio est vera, quãdo dixisset simpliciter, sicut ponit in tex. q promiserunt per stipulationẽ: nam quia stipulatio non põt fieri nisi à præsente parte respondente, verba instrumenti attestantur partes fuisse præsentes: quo casu semper notarius incidit in crimen falsi, quando tacitè vel expressè attestatur solennitatẽ, quæ non interuenit: ita dixit Bald. not. per illum tex. in l. iubemus. §. fin. C. de testa. Si autem notarius simpliciter scripsisset, q promiserunt tali tantum, non tamen adijciat per stipulationem: tunc potest dici, licet Ioannes de Imol. hic sentiat aliter, quòd notarius excusatur à falso: quia quãuis verbum, promitto, propriè sumptũ intelligatur per stipulationẽ. l. sciendũ. s. ti. proxi. largo tamen modo potest accipi pro promissione, quæ aliter fit q per stipulationem, quæ potest fieri inter absentes: vt l. eandem. in princ. in tex. & glo. j. eo. & l. sciendum. §. dictũ. ff. de ædil. edict. vñ impropriarentur verba instrumenti, vt notarius euitaret falsum, vt intelligerentur de promissione aliter facta, quàm per stipulationem: sicut impropriantur verba testium: vt in capit. cùm tu. extrà, de testamen. & de instrumento est bonus text. in capitul. inter dilectos. §. cæterum. extrà, de fide instrumen. ¶ 2 † Secundò no. q in dubio promissio facta à duobus intelligitur pro virili, non insolidum, etiam si alterius promissio nõ valet. concordat tex. in auт. si quando. C. de consti. pec. & ita ampliatur l. reos. §. cũ in tabulis. j. eo. ¶ In glo. j. ibi: & cõstabat vnũ de promisso. & c. hoc ideo dicit secundũ Mod. & bene, quia ex quo hic fit mentio de stipulatione in dubio, si constaret de absenti, prę sumerẽtur partes fuisse pręsentes, quinimo etiã si esset verbũ, promisit, simpliciter idem est: vt l. j. C. de contrahen. & commit. stipul. & plene in l. Titia. §. idem respondit. la ij. s. ti. proxi. Et ex ista glo. relata ad tex. habes etiam notare, q verba instrumẽti possunt concipi in prima persona, intelligẽdo q hic promissio fuit facta per instrumentũ, vt intelligit glo. de quo est hodie casus: vt in c. dudum. de conuer. coniu. & probatur in l. vni. §. final. j. de accepti. secundũ Barto. in auт. si quando. C. de consti. pec.

SVMMARIVM.

1 ☞ Verbum principale à quo regitur oratio prima, repetitum videtur in clausula quæ ad primum accedit dictum.
2 Dictio, cætera, extensè scripta, est dictio vniuersalis.
3 Contractus appellatione continetur etiam quasi contractus.
4 Fideiussor accedere nõ põt, nisi subsistente obligatione principali.
5 Trafficum vnũ vbi plures exercent simul, tacite videtur cõtracta societas in illo traffico.

Eandem. Duo rei debendi possunt constitui non solum verbis, sed contractibus, qui contrahunt re, vel consensu, & etiam in vltima voluntate: & disparitas quæ inest à principio obligationis, vitiat constitutionẽ duorum reorum: secus si ex postfacto superuenit. Secunda est ibi: quia non tantum. Tertia ibi: sed si quis. Quarta ibi: non idẽ. Vltima ibi: quare &c. ¶ 1 † Nota primò ibi: quia non tantũ verbis &c. iuncta glo. in verbo, contractus. q verbũ principale, à quo regitur oratio prima & principalis, videт repetitũ in clausula sequẽti, quę accedit ad primũ dictũ, sicut ratio ipsius, ne aliàs constructio sit vitiosa. Et ex isto text. potest optime argui ad id quod notabiliter ponit Barto. in l. Labeo. in princip. ff. de supelle. leg. q ad hoc vt ratio testis sit bona, tẽpus appositũ dicto principali censetur repetitũ in ratione assignata per teste: & hoc dictũ sequitur Bald. in l. de quibus. ff. de legib. circa finem repetitionis. Pro quo optime facit ista litera. ¶ 2 † Secundò nota ibi: sed ex cęteris contractibus & c. quòd ista dictio, cætera[b], vel cæteris, extensè scripta est dictio vniuersalis, quæ

lis, quę cōplectitur non solū similia expressis, sed omnia alia quæ ex significatu verborū cōprehendi possunt. Vide enim hic, ꝙ sub ista dictione, cęteris cōtractibus, iurisconsultus dicit cōtineri nō solū contractus, qui cōtrahūtur consensu, qui sunt similes stipulationi, eo ꝙ cōiter fiunt per verba: sed etiā cōtractus, qui contrahūtur re ipsa. Vñ non restringit̄ ista dictio, sicut dictio alia, de qua in l. si fugitiui. C. de ser. fu. & hoc notabis ad ea quę not. scripsit Bart. in l. Gallus. §. idē credendū. ff. de lib. & posth. & in l. iuris gē. in prin. ff. de pac. ¶ †Tertiò no. ꝙ appellatione cōtractus cōtinetur etiā quasi contractus: qđ patet, quia sub istis verbis, & cæteris cōtractibus, cōplectit̄ quasi cōtractus hæredis adeūtis: vt patet in fi. in prin. In materia tñ stricti iuris, in qua verba capiūtur proprie, est maior dubitatio: de qua vide per Bart. in l. apud Iulianū. in fi. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & in l. more. ff. de acq. hære. ¶ †Vltimò not. ꝙ disparitas superueniēs ex postfacto nō potest alterare naturam obligationis prius constitutę in præiudicium vnius ex obligatis: quia regula est, de qua in l. fina. ff. de pact. ꝙ ius quæsitū mihi ex cōtractu tuo tu non potes alterare, vel auferre me inuito. ¶ In glo. j. ibi: sed aſs secutus. Ista glo. cōiter reprehēdit̄ per omnes, quos ego sum secutus in l. ij. §. eod. Et vltra ea quæ tūc scripsi, addo tex. secundū expositionē gl. met in corpore, de duo. re. §. j. dū dicit, subalterna promissiōe, aut omnino &c. quæ verba glos. ibi exponit, subalterna promissione, id est quia duo promiserunt alternatiuè: & verbum seqūes, aut omnino &c. exponit̄, quia illi qui expresse se obligabāt copulatiuè egerūt, vt essent obligati insolidū, & sic patet, ꝙ etiā de iure nouissimo possunt cōstitui duo rei tacite, licet expressè nō sit actū. ¶ Extra glo. solēniter & subtiliter tractauit hic Bar. qualiter ex diuersis cōtractibus præter stipulationē possunt cōstitui plures rei debendi, vel saltem plures obligati insolidū. Cuius dictis adde breuiter, & primò inquantū dicit, ꝙ pecunia numerata verè pluribus simul iuris fictione, videt̄ vnicuiq; numerata insolidū, ex quo numeratio fit vni de volūtate alterius: quoniā lex pōt fingere super impossibili in specie, dūmodo sit possibile in genere: vt hic plene exēplificat Bar. Est aūt possibile in genere, pluribus numerari istā pecuniā insolidū: ergo pōt induci fictio, vt probant hic iura allegata per eū, licet nō sit possibile nūc, & in isto actu, pluribus simul pecunia insolidū numerari. Sed contra hoc dictū facit, quia nō videt̄, ꝙ etiam in genere sit possibile pecuniā pluribus simul numerari insolidū, per regulā positam in l. vt certo. §. si duobus. ff. commo. in l. iij. §. si ex contrario. ff. de acqui. posse. ergo videtur, ꝙ ista fictio non possit induci. Sed potest respōderi, saluando ista dicta, quæ cōmuniter approbantur, ꝙ licet impossibile sit sub isto genere subalterno, id est ꝙ simul pecunia insolidū numeret̄ pluribus, non est tamen impossibile in suo superiori genere: quia possibile est vnicuiq; insolidū numerare aliquo modo, scilicet diuisim. Licet autem sit regula, ꝙ fictio nō fingat super impossibili in genere, hoc tamen fallit secundū Ang. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. vbi lex fingit aliquē bis mori, aut esse mortuū: qđ patet, quia omnes qui percutiunt, tenētur de occiso: vt ibi, & in l. si in rixa. vt ibi plene per Bart. ff. ad l. Cor. de sica. Hoc autē non posset esse, nisi quis fingeretur pluries mortuus, secundū eū. Sed Io. de Imo. dicit, & melius, ꝙ hoc nō inducitur ibi per medium huiusmodi fictionis, sed quia cūm sit incertū quis occiderit, vnusquisq; punitur, ac si solus occidisset. hoc aūt facit lex propter duo. Primò quidē, ne delicta remaneāt impunita. Secūdò propter culpam percutientis, ex quo aliter non potest constare quis occiderit: & de articulo vide plenius per Bart. in l. si is qui pro emptore. in articulo, de fictione inductiua. ff. de vsuc. ¶ Secundò adde, inquantū ipse nititur assignare aliam rationem, cur possint constitui duo rei in mutuo, dicens, ꝙ quando numeratur pluribus, bene potest fieri numeratio insolidum vnicuiq;, sed effectus numerationis nō acquiritur vnicuiq; insolidum, sed vni duntaxat. Nam istud dictū est satis obscurū apud me, nec bene intelligo, quomodo possit procedere: nam si mens sua fuit, ꝙ vni videatur prius pecunia numerata insolidū, deinde alteri, & tunc impossibile videtur ꝙ constituātur duo rei: quia primus soluendo alteri de voluntate creditoris incontinēti breui manu videt̄ credidisse pecuniā creditori, & creditor alteri numerasse: vt l. singularia. & qđ ibi not. ff. si certum petat. & l. licet. ff. de iure do. Aut non incidit in obligationē, per l. qui sic. ff. de sol. aut erit liberatus incontinenti à sua obligatione: & sic non poterit esse conreus alterius. Et etiam incidit hic alia consideratio, contra istud dictum, quia si vni censetur esse acquisitum dominium tantum tota quantitate, quærendum est incontinēti, cui fingatur acquisitum ex pluribus reis debendi: nam prima facie videtur posse dici, ꝙ non magis debeat præsumi quæsitum vni, quàm alteri, & sic remanemus in incerto. Sed ad hoc potest dici dupliciter, & primò quòd si in numeratione plures rei debendi fuerunt ex ordine nominati, & non simul, tunc illi videatur facta numeratio, quo ad effectum quęrendi dominium insolidum, qui primo est nominatus: argumen. l. quoties. §. j. ff. de vsufruct. & l. qui soluēdo. ff. de hære. insti. Si verò omnes fuerunt nominati simul[a]: verbigratia, quia numerans dixit, do vobis ambobus mutuo centum: tunc incertitudo personæ videtur remanere, cui sit facta numeratio: vt dixit tex. in d. l. quoties. §. j. Sed tamē posset dici, quòd quia quantum ad effectum instituendi duos reos, nō refert cui ex duobus fuerit facta numeratio, nam resultat idē effectus, quo ad propositum: ideo illa incertitudo non impedit constitutionem reorum: argumen. l. qđ si dubitet. ff. de acquirenda hæreditate. & l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posth. per quæ iura Barto. decidit similem quæstionem in l. sciendū. in vltima colūna. §. de verborū obligationi. in quæstione, quando reperitur scriptū in actis litem esse contestatam, nec apparet vtrum negando vel confitendo. Sed quia illa iura loquūtur, quando factum est certum, & ius incertum: & quando factum esset incertū, sicut in casu nostro, vitiatur dispositio, secundùm Bald. & Moder. in d. §. si eius. ideo ista respōsio in hoc casu remaneret dubia, sed in primo casu prima respōsio satis bene procederet. Secundò adde dictis Barto. in ij. qō. inquantum vult, ꝙ duo commodatarij, vel duo depositarij in dubio obligentur pro obligatione primitiua, quæ est ad rem restitui, ꝙ ista sua opi. videtur dubia, & contra eam tenet hic Raph. vt refert hic Paul. de Castr. & ad istum text. in princip. respōdet, dū dicitur in eo, vtriusq; fidē insolidū secutus, subaudiendo ꝙ in dubio presumitur. Vnde ipse vult, ꝙ etiam respectu restitutionis rei duo cōmodatarij sint insolidū obligati, sicut obligatio ad rem tradi obligat plures principales, & hæredes insolidum. l. stip. non diui. §. j. §. tit. proxi. Sed Paul. de Castr. hic dicit, ꝙ ista opini. est vna truffa, quia text. in l. iij. §. hæres. ff. commoda. quē allegat Barto. hic, & in l. j. §. Cato. in prima oppositione. §. tit. proxi. dicit, ꝙ obligatio ad rem restitui est obligatio, quæ diuiditur inter hæredes. & inter rem tradi, & rem restitui est differentia, quæ colligitur ex dictis Bar. in d. l. stip. non diui. & in §. Cato. Sed ista inductio Bar. prima facie non videtur multū vrgere, †quia obligatio depositi ideo diuiditur inter hæredes, quia de sui natura est diuidua, nec potest assumi coniectura, ꝙ deponens insolidum de fide plures hæredes sit secutus, cū non contraxerit cū eis: quę ratio habet locū, quando vnus deponit de duobus, vel pluribus: tunc enī potest præsumi, ꝙ insolidū amborum fidē sit secutus: & hoc videtur dicere text. in l. j. §. si apud duos. ff. depositi. qui simpliciter dicit, ꝙ potest agi contra vnūquenq; insolidū, non restringendo se ad secūdariam obligationem tantū. Credo tamen inductionem Barto. fuisse bonam, inducendo dictū §. hęres. Cuius mentem sic declaro: quia si obligatio ad rem restitui, sui natura est diuidua: ergo si aliud non est actū expresse, secūdū naturā cōtractus videntur partes sensisse. l. eū qui. ff. si cer. pet. & l. si stipulatus. ff. de vsu. & ideo non videtur constituta obligatio insolidū, præter naturam ipsius contractus: & verè ista litera optimē facit pro ista opin. Quòd aūt ista opin. sit vera, reassumendo id qđ modo dixi, arguo sic: Aut dicis, ꝙ isti sint obligati insolidum ex natura rei, quæ venit in contractu. & hoc est falsum, vt dicto §. hæres. Aut dicis, quòd isti sint obligati insolidum, quia videtur actū inter partes, quòd sint duo rei debēdi. & hoc etiā est falsum, quia si essent cōstituti duo rei debendi, dolus & culpa vnius noceret alteri. l. ex duobus. la ij. j. eod. Sed hoc est falsum, quia dolus vnius non nocet alteri: vt dicto §. si apud duos. in fine. ergo patet, quòd non videntur constituti duo rei, licet sint tanquàm duo rei in obligatione secundaria, quo ad hoc vt vnusquisque possit conueniri insolidum, si ambo fuerint in culpa: & hac ratione maximè nititur Bartolus ad ostendendum quòd non sint proprie duo rei, in dicta lege iiij. §. Cato. in vj. oppositione. circa fin. §. titulo proximo. Quòd autem dictum Bartoli est falsum, quòd in obligatione secundaria isti obligantur insolidū, est intelligendū secundùm Bald. & Angel. hic, & Mod. quando deponitur vel commodatur res sui natura indiuidua: secus si res sit diuidua, sicut pecunia: quia tunc si dolus vel culpa est commissa diuisim à duobus, videlicet ab vnò in vna parte, & ab alio in alia pro diuiso: tunc non tenerentur insolidum. l. si duo. §. primo. ff. depo. ¶ Tertiò principaliter adde dictis Barto. in v. qōne. inquantum dicit, quòd plures constituentes se debere pro altero in dubio obligantur in viriles: nā hoc vi

a Pe[illegible] cxxxvij. [illegible] in litera e. in iiij. parte. vbi an rei debēdi habeant beneficiū diuisionis, quādo negociū ad ambos pertinet.

detur contra text. l. fina. C. de consti. pecu. vbi dicitur, quòd si plures simul constituunt debitum alienum, competit eis beneficium diuisionis ex epistola diui Adriani, ad instar fideiussorum: ergo manifeste datur intelligi, quòd ipso iure sunt obligati insolidum: aliàs frustra daretur beneficium diuisionis. Si autem dicas, quòd ille text. intelligitur, quando expresse se obligant insolidum. Dicendū est, quòd est diuinatio, & etiā est contra rationem: nam sicut in concedendo beneficio diuisionis fit extensio de fideiussoribus ad constituētes, quia sunt similes personę, & in ipsis & in vtraq; est eadem ratio: ita etiā quo ad modum obligandi, extensio fit de vna persona ad aliā consimilem. Casus est no. in l. fina. in penul. responso. ff. quod iussu. vbi dicitur, ꝙ duo iubentes obligantur insolidum, quia sunt similes duobus mandatoribus, in quibus prius erat constitutum, ꝙ obligarentur insolidum. Non obstat text. in auẽ. si quando. C. de cōsti. pecu. quia concedo, ꝙ quando vna persona constituens nominat alias, quæ secum debēt obligari, nō obligatur, nisi pro virili, quoniā nominando alios, quos vult obligari secum, satis colligitur de mente sua, quòd ipse noluit totam obligationem subire: & hoc est quod dicit tex. in corpore in auẽ. vt cum de app. cog. §. fin. colla. viij. & quòd si alij non ratificant, ille non cogitur alienam obligationem suscipere: quæ verba hoc significant, quòd pro rata quæ tãgebat personas nominatas, ipse noluit esse obligatus: quæ ratio cessat, quando plures constituunt se debere simpliciter: quo casu nō potest colligi ex verbis se obligantium, quia non velint esse obligati insolidum. ¶ †Secundò adde in eadem qõ. inquantū Bart. dicit esse cogitandum, quare plures fideiussores, videtur se obligare insolidum[a], & non plures constituentes, quando constituunt pro obligatione aliena, quòd Ioan. de Imo. videtur hic ponere differētiam satis probabilem: dicit enim, quòd obligatio fideiussoris & mãdatoris est magis accessoria ad obligationem principalem, quàm obligatio constituentis: quod patet ex his quæ habentur in l. item illa. §. quod adijcitur. ff. de consti. pe. & in l. si id quod. eo. titu. nam obligatio de constituto non finitur tempore, sicut obligatio principalis: & potest accedere talis obligatio purè facta obligatione conditionali, vel in diem. quæ duo non habent locum in fideiussore: quia præscriptio currens pro principali prodest etiam fideiussori. l. si quis postq;. & ibi not. ff. de fideiusso. & l. exceptionē. de exceptio. Item si principalis est obligatus sub conditione, non valet obligatio fideiussoris purè facta. l. Grecè. §. illud. j. de fideiuss. †Tu potes addere, & est expressior differentia, ꝙ fideiussor nō potest accedere, nisi subsistente obligatione principali. l. fideiussor obligari. j. de fideiuss. & tamen constituens potest obligari, etiam non remanente obligatione principali, puta si constituat animo nouandi. l. vbi quis. in tex. & glo. ff. de constitu. pecu. Fideiussor verò ideo obligatur insolidum, si deiubēdo cum pluribus: quia cùm sit obligatio accessoria, sortitur naturam principalis obligationis: regula, accessorium. de regu. iur. Sicut ergo principalis erat insolidum obligatus, ita & fideiussor videtur se obligare: & quia constituens debitum alienum nō venit ita accessoriè ad obligationem principalē sicut fideiussor, vel mandator, non est eadem ratio, vt similiter ipse videret se obligare insolidū: & ista differētia militat, tenendo conclusionē Bartol. præcedentem, quam tamen ego non tenui, nisi in casu auẽ. si quando. C. de consti. pecu. Et aduerte, quia ista dicta videntur facere contra ea quæ s. dixi: nã si est aliqua differentia inter fideiussorem & mandatorem ex vna, & constituentē ex altera, vt ex prædictis patet: ergo nō videt bene posse argui de fideiussore & mãdatore ad cōstituētē, vt videatur se insolidum obligare, sicut fideiussor, ex quo non sunt omnino similes. Sed ad hoc est dicendum, ꝙ cū sumus in materia iuris communis, & nō correctiua, nec exorbitãti, nō requiritur ꝙ sit omnimoda similitudo, dūmodo in casu in quo fit extensio sit eadem ratio: iuxta l. non possunt. ff. de leg. & l. de quibus. eo. tit. aliàs sequeretur, ꝙ quia inter istas personas est aliqua dissimilitudo, non fieret extensio de fideiussore ad constituentem in beneficio epistolæ diui Adriani: contra d. l. fi. de constitu. pecu. & contra l. penul. in fi. de fideiuss. tu. ¶ Adde etiā circa istam quæstionē quintam, inquantū Barto. dicit, ꝙ quando plures constituentes obligant se insolidum, vtrū sint duo rei, vel nō, dicēdum est, sicut infrà dicetur, de fideiussoribus, & mandatoribus, in quibus ipse concludit, ꝙ licet obligent se insolidū expresse, non constituuntur duo rei, nisi expresse agatur, ꝙ sint duo rei debendi: nam inter cōstituentes & istos videtur esse magna differentia: fideiussores enim obligando se expresse insolidum non constituūtur duo rei, secūdū eū, quia exprimitur quod tacite inest. Sed ista ratio nō habet locū in pluribus constituentibus, secundū ea quæ ipse s. dixit: quia cū constituēdo simpliciter nō videatur se obligare insolidum, ergo si expresse obligāt se insolidum, in eis non exprimitur, qđ tacite inest, & sic constituentur duo rei. l. si paternā. C. ad Vellē. vñ credo istud dictū fuisse inaduertēter. ¶ Vltimò adde in hac q. inquātū ipse vult, ꝙ si agitur expresse, ꝙ duo fideiussores sint duo rei: tūc erūt duo rei debēdi proprie. Nã hoc videtur primò cōtra ea quæ ipse dicit in l. in duobus. §. vbi duo. s. eo. vbi dixit, ꝙ quando est actum, quòd ad vnum perueniat pecunia, alter qui obligauit se vt correū, est loco fideiussoris: vnde habet beneficium authēti. præsente. C. de fideiuss. vt ibi dicitur. Sed potest responderi, ꝙ ibi loquitur, quando fuit actum, ꝙ correus in veritate esset fideiussor, vt colligitur ex verbis eius. sed hic econtra fuit actum, ꝙ essent duo rei illi qui suscipiebant obligationem alienam. Sed contra ipsum faciunt ea quæ ibi fuerunt adducta ad probandam glo. in auẽ. de fideiuss. in princ. per quæ patet, ꝙ licet verba obligationis sonent in obligationem principalem, tamen reuera ille qui suscipit obligationem alienam, habetur pro fideiussore: & forte hoc est verius. Operabitur tamen ista promissio, ꝙ quando fideiussor vult cōueniri vt principalis, tacitè videatur renunciare beneficio excussionis, vt verba aliqd operentur: sicut dicunt ibi Mod. De hoc tamen dic vt ibi dixi. & no. istam quotam hic, quia non fuit ibi allegata. ¶ †Circa sextam quæstionē, in qua quæritur quomodo obligentur plures administratores sine mãdato, vel cū mandato, adde breuiter dictis Barto. & primò inquantum ipse dicit, idē esse dicendū in tutoribus, quod in pluribus officialibus publicis autoritate & vtilitate, quod non est omnino idem, nec in omni casu, sicut ipse dicit, vt colligitur ex his quæ tradit glo. in l. ij. C. de diui. tut. & in l. imperator. ff. ad muni. & l. quoniam augurio. C. de conue. fi. debi. lib. x. Vnde de offi. publicis autoritate & vtilitate, dic vt in iuribus modo alle. & vide Bar. omnino in l. j. C. quo quisq; or. conue. lib. xj. Et adde vnum verbū, quòd licet ad interesse officiales publici aliquando conueniātur insolidum, vt in iuribus prædictis, ad pœnam, quã incurrūt delinquēdo, semper tenentur pro rata. Casus est nota. & ibi per Bart. in l. qui in contractibus. C. de iure fi. libr. x. facit quod ipse idē ponit in l. si multi. ff. de pub. De tutoribus verò dic vt plene tradit Barto. & alij in l. j. C. de transac. Secūdò adde, ꝙ sicut plures tutores qui gerunt simul tenentur insolidum, ita & plures, qui non sunt vere tutores, administrant tamen vt tutores, & credunt se esse. Casus est not. in l. tutores. §. curatores. el ij. ff. de administra. tuto. ¶ Secundò adde, inquātum ipse dicit, ꝙ hic eodem modo obligantur autores tutorū, sicut & ipsi tutores: nã hoc videtur contra ea quæ ipse scribit in lege prima. §. si plures. ff. de exerci. vbi dicit, quòd isti actores in dubio administrant pro parte, & non insolidum, sicut duo tutores: ergo videtur, quòd non tenebatur insolidum per regulam quam tradit hic Barto. quòd illi tenentur insolidum, qui possunt administrare insolidum: allega. l. si plures. de cu. bon. dand. Sed forte potest intelligi dictum suum, quando plures actores essent deputati insolidum. Item adde circa eandem quæstionem inquantum ipse sentit hic, & clarius in lege prima. §. si plures. s. de exerci. quòd quando pluribus cōmittitur administratio generalis omnium bonorum, vel certę partis, in dubio non videtur data potestas administrandi in solidum, sicut quando plures deputantur certæ & deputatæ administrationi alicuius vniuersitatis. quæ non videt esse bona differentia inter istos duos casus. Nam ratio, quare pluribus exercitoribus vel institoribus videtur commissa administratio insolidum, videtur esse, ne si omnes habeant simul gerere actum, impediatur exercitium administrationis, quod cōtinet in se plurima negocia: quę ratio simul videtur habere locum, quando plures præficiuntur gerendis omnibus negocijs alicuius. Vnde ipse idem Barto. in lege prima. ff. de offi. consu. in prima colū. secundùm Guil. de Cu. dicit, quòd siue fit administratio vniuersalis, siue generalis, idem est vt potestas videatur concessa insolidū. & hoc etiam sentit, licet non ita clare in l. pluribus. ff. de procura. Pro qua conclusione videtur esse casus not. in l. qui proprio. §. fina. & l. sequen. ff. de procura. vbi etiam dicit, quòd si duo creātur procuratores ad negocia, vnus ex eis potest exigere ab altero, quod ipse debet. Et assignatur ratio, quia nō minus est procurare, licet habeat procuratorem: quæ verba significant, ꝙ tantum potest, quantum si esset solus. Et licet dictum principale corrigatur in l. sequēti speciali ratione, non tamen corrigitur ratio, quo ad alios casus: imo si est speciale in l. sequen. vt vnus solus non posset agere, in contrarium est ius commune. ¶ Secundò adde, posito quòd

a ¶ Insolidum. Vide d. Ale. de Imo. in l. hi qui. de fideiuss. & adde ꝙ qñ duo fideiusso. ex causa onerosa principaliter obligati promittūt insolidū, dic[illegible] ad [illegible] secus si ex causa lucratiua: vt p d. Pe. Phil. Cor. in cōsi. cxxiiij. inci. viso. per totū. & in litera c. hēs qñ duo, puta pater & filius, promittūt dotē filiæ, ille ad quē pertinet totū negociū seu onus dotandi, intelligitur principalis, & alter fideiussor.

quòd duobus procuratoribus in dubio non videatur cōmitti administratio insolidū: tñ secūdū Io. de Imo. nō videt posse dici, q obligatione secundaria ratione doli vel culpæ adhuc tenētur insolidum: sicut videmus in duobus depositarijs, vel cōmodatarijs, q licet in obligatione primitiua teneātur pro parte, tamē in secūda tenētur insolidū. l. j. §. si apud duos. ff. depo. Pro qua conclusione videtur esse casus nota. quē ipse non adducit in l. si ex duobus. in fi. ff. de tutel. & ra. dist. vbi quo ad istā obligationē secundariā, videtur æquiparari istæ tres personæ, depositarius, cōmodatarius, & procurator, vt vnusquisq; eorū possit insolidū conueniri, & vnus soluēdo liberet aliū. Et credo q ista opi. posset sustineri, posita illa p̄cedēti pro vera, q in dubio non videatur cōmissa administratio insolidū. ¶ Pro qua facit tex. in d. §. duobus. qui simpliciter loquitur, nec restringit se ad casum, quo administratio fuit cōmissa insolidū: & est no. consideratio. ¶ Vltimò ad de inquantū Bar. dicit hic, q quādo pluribus est cōmissa administratio insolidū, omnes tenētur insolidū[a], sicut tutores: nā per hoc vltimū verbū videtur sentire, q si ex duobus procuratoribus insolidū cōstitutis vnus gerit, & alter nō: ille qui nō gessit, nō possit cōueniri insolidū incontinēti, licet ita demū si alius nō sit soluēdo, quia sic distinguit in pluribus tutoribus: in l. ij. C. de diui. tu. & hoc tenet glo. expresse in d. l. creditor. §. duobus. sed in l. iij. §. fin. ff. de cur. bo. dā. non bene firmat pedes. In l. aūt ij. C. de diui. tute. in glo. magna tenet totū oppositum dicēs, q in administratoribus volūtarijs quibus cōmittitur administratio insolidū, potest agi cōtra eum, qui nō gessit à principio, nō excusso eo qui gessit. Et hanc opi. sequitur Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de instru. ædi. §. nunc verò aliqua. ver. sed nūquid. in addi. quę incipit, est etiā sciendū. & ita videtur tenere Iac. de Are. in suo tractatu excusionis. Hanc etiā opi. sequit Bar. in l. si vt certo. §. si duobus. ff. cōmo. dicens q in hoc differunt administratores volūtarij à necessarijs. Secundū quā opi. ego cōsului. pro qua videt esse casus in l. ij. §. fi. de cur. bo. dā. vbi manifeste fit differentia in vers. nisi inuitus. inter administratorē necessarium & voluntariū. Præterea dicit ibi in ratione decidēdi, q ad hoc vt possit agi contra eū, qui nō gessit insolidū, nō est expectandū quid ad curatorē, qui cōuenitur peruenerit. Sed potius quid redactū est ex bonis, quibus datus est curator: ex quibus verbis apparet, q ille creditor hæreditarius non agebat cōtra curatorem, quasi cōueniret eū nomine hæreditatis, sed tanq; cōtra administratorem voluntarium constitutū ab eo, id est ad eius petitionē, vnà cum alijs creditoribus: nā si ageretur cōtra eum nomine hęreditatis, & à creditore tanq; creditore simpliciter, etiā si nihil esset redactū, adhuc ex bonis hæreditarijs posset conueniri in solidū. l. si plures. ff. de ti. & hunc intellectū ad illā l. etiā sentit ☞ Bar. in l. in duob⁹. §. vbi duo. versus fi. s. e. †Et ex his pōt inferri: qa cōtra plures procuratores, qui p̄nt administrare insolidū, pōt agi insolidū simpliciter, & similiter contra plures exercitores, seu institores: isti possunt dici propriè duo rei debēdi, quia obligantur insolidum ex voluntate sua, id est ex susceptione mādati, quod susceperūt insolidum. & hoc tenet hic expresse Ioan. de Imol. in pluribus exercitoribus, seu institoribus. licet Bar. dicat, q non sunt propriè duo rei, sed q debeant conueniri ad instar tutorū. Et idē dicit in pluribus procuratoribus, quibus est commissa administratio: qđ nō videtur verum, vt patet ex præmissis, ex quo insolidum simpliciter nō excusso altero, quilibet potest cōueniri. Et aduerte diligenter, quia in arg. præcedēte, istud videlicet quando plures creātur procuratores, vtrum eis videatur cōmissa administratio insolidū: Bald. alibi multū videtur deuiare à cōmuni sententia, videlicet in rubrica C. de exer. in penul. quæsti. vbi dixit non esse distinguēdū inter procuratores cōstitutos ad negocia particularia, vel ad vniuersitatē: sicut distinguūt doc. qa secūdū distinctionē sequeretur, q si procurator citaretur vniuersaliter ad lites & causas præsentes, & futuras, plures creati isto modo viderentur citati insolidū: qđ est nimis restringere l. pluribus. de proc. quę nō loquit magis in creatis ad vnā litē, quàm ad vniuersitatem causarum. Vnde ipse dicit aliter distinguendum, videlicet q aut plures procuratores creātur cū mandato importāte liberam administrationē, aut creātur simpliciter sine libera. Primo casu videntur creati insolidum, aliàs mandatū nō esset liberum: allegat tex. cum glo. in l. cùm in vna. §. tutor. ff. de ap. tu. vide gloss. cum tex. in clemen. dudum. in verbo, liberè. de sepul. & in c. ij. de arbi. libr. vj. & benè facit tex. in c. licet episcopus. de præb. eo. li. in quibus patet, q tantū est dicere, liberè procedat, vel exequatur, quantū nō requisito alio. Secundo casu subdistinguit. quia aut creantur plures procuratores simul: & tūc nō videtur cōmissa administratio insolidū. l. pluribus. præal. Aut vnus creatur post aliū ex interuallo cū clausula quæ solet apponi in instrumentis, q per hoc primus nō intelligatur reuocatus: & tūc videtur cōmissa vtriq; administratio insolidū: allegat l. Titius & Seia. de fideius. quæ licet modicū facit, dictum tñ hoc vltimū credo verū: argu. l. nostrę. in §. sed & si quis. inducēdo sic: quia ex quo fuit vnus creatus procurator primò simpliciter, & sic cōmissa sibi administratio insolidū, licet postea adiūgatur alius, nō debet mutari status prioris constitutionis. Si tñ velles tenere cōtrà, posses dicere, q hic nō mutatur status prioris constitutionis, seu obligationis: quia hoc nō pōt facere creditor ad præiudiciū tertij, id est alterius ex duobus reis. l. fi. ff. de pact. sed ille qui cōstituit à principio vnū procuratorē insolidum, addēdo aliū, bene potest limitare potestatem eius. Vnde ista non sunt omnino similia. ¶ Tu autē aduerte ad primū dictū suū: quia sicut ipse dicit, doc. diuināt ad l. pluribus. quando restringunt ad cōmisionē vnius causæ: ita & ipse diuinat, quando restringit ad procuratores creatos sine libera ptāte: qa hoc non dicitur in tex. & ita pōt intelligi illa l. in procuratore cū libera, sicut in procuratore sine libera. Tenēdo tñ sententiam cōem quæ est approbanda, rñdeo aliter ad l. pluribus. & dico, nihil diuinādo, q ibi nō decidit principaliter, quomodo plures procuratores videātur cōstitui insolidū, vel pro parte: sed quòd si sunt insolidum cōstituti, est locus præoccupationi: vt ibi dicitur. Dico, quòd quādo text. dicit, pluribus procuratoribus insolidū constitutis. quòd siue tacitè siue expresse insolidum constituantur, verificant verba literæ: sicut dicimus, q lex quæ dicit, quòd plures promissores in dubio vidētur pro mittere pro parte, nisi sit actum, q teneantur insolidū, non intelligitur de necessitate, q expresse hoc sit actū, sed satis est, q ex mente partium tacitè hoc inducatur: vt vidisti declara☞tūin l. ij. & in l. reos. §. cùm in tabulis. s. eo. per iura ibi al. †Et ad argumentū Bal. respondeo formaliter, q ista clausula, cum plena & libera potestate &c. cū sit clausula accessoria ad mandatū, regulatur secundū formā sui principalis: vt in regula, accessorium. de reg. iur. Vnde sicut procuratores plures creati a mandatum vt simul gerant habere videntur: ita & videntur habere potestatē liberam ambo simul gerēdo. ¶ Circa septimam quæstionē, quam tangit hic Barto. de pluribus negociatoribus, qui semel exercēt actum, vtrū simul debeant conueniri, vel pro parte, adde vnū verbū ad primū mēbrū, inquantū vult, q exercentes trafficū publicū obligētur insolidū: nā hic remanet solùm vna dubitatio: quia si magistratus, qui gerūt officium publicum autoritate, & vtilitate, non conueniuntur absolute insolidū: vt s. fuit dictū in vj. qō. eadem ratione idē videretur dicendū in istis. Super quo est cogitādum: quia Bart. hic simpliciter videtur velle, q absolute possint insolidū conueniri. Circa secundū & tertium casum, quos s. retulimus, nihil est addēdū, & satis est qđ dixi in voce. Circa quartū casum, & vltimū est difficultas. Nam Bar. hic concludit, q qñ plures per se exercent trafficū, & apothecā simul, & in eadē statiōe, nō obligent aliqui eorū, nisi pro rata societatis: qđ Bal. in l. cū te in Gallia. C. si cer. pet. & in ru. C. de exer. in vlt. q. dicit esse limitandū, nisi cōsuetudo esset, q vnusquisq; sociorū insolidū expediret negocia societatis: tūc enim ex consuetudine videretur sibi datū mandatū, per l. Titianus. ff. qđ cū eo. & est bonus text. in l. solutum. §. fina. cū l. seq. de pigno. actio. & in l. si pignore. in princip. ff. eodem titulo. & not. Bar. in l. quædam. in princip. ff. de eden. aliquid etiam traditur per Bald. in l. j. C. eo. tit. ¶ Secūdò limitat Bal. istam doctrinam in prællega. rubri. nisi plures exercentes trafficum essent socij: quia tunc videntur inuicem fideiubere. Quod dictum nō habet saporem iuris, nec est verum, & ecōtra l. si tamē plures. hic alleg. per Bart. †Nam hoc ipso, q plures exercent vnum trafficum simul, tacitè videtur contracta societas in illo traffico: vt patet in l. coiri. cum l. sequen. ff. pro socio. & plene declarat Barto. in l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de administratio. tutorū. Quomodo ergo potest dari, quòd plures simul exerceant trafficum, vt principales, & non sint socij? Sed contra istam determinationem Barto. arguo sic. Aut intelligas, quòd ipse loquitur in casu, in quo plures exercentes vnum trafficū simul contrahunt: & hoc est indubitatum, q pro illa obligatione quā simul contrahūt, quilibet tenetur pro rata: & si sic intellexit, nulla est dubitatio per d. l. si tamen plures. Aut intelligas, nūquid plures obligentur pro rata, si vnus ex pluribus socijs solus contraxit: & tūc istud videtur vel impossibile, vel falsum: nam aut ille qui solus contraxit, videtur habere mandatū ab alijs sic contrahēdi: sicut dicit glo. not. in l. nemo.

a [...] cū alicuius. de neg. gest. & l. ij. oppo. j. de offic. proconsul. vbi plene.

in prin.ff.pro socio.quā sequitur Bal.quę sunt in rebus expositæ venales in apotheca:super rubrica C.pro so.in vlti.q.& tunc ex quo vnus ex pluribus habet mandatū contrahēdi in solidū,omnes obligant̄ insolidū:quia tex.hoc dicit in l.si tamē plures.§.j.& probatur ex ratione posita in l.ne in plures.eo.ti.Aut dicis,ꝙ vnus ex socijs nō videat̄ habere mandatū ab alio:& tūc nō potuit obligare alios,nec insolidū,nec pro parte:vt in aut.si quādo.C.de cōsti.pe.& est clarū de se.& ꝙ vnus ex socijs nō videat̄ habere mandatū ab alio in quærendo societati,vel obligādo societatē,tenet d.m.expresse,reprobādo illam glo.in l.nemo.in l.stipu.nō diui.de ver.obli.allegat optimū text.in l.si seruus ex socijs.de ser.ru.prædi.& idē probatur in l.propriū.in fin.ff.cōmunia prędio.Pro ista conclusione bene facit text.in d.l.si tamē plures.in ratione decidēdi:dū dicitur,ꝙ vnus ex pluribus exercētibus nō videt̄ magistrū sui vel vicarium cōstituisse aliū.Et licet illa ratio posset restringi ad dictū principale,scilicet qn̄ oēs contrahūt simul,credo tn̄ de mēte legis ibi fuisse aliud.Aduerte tn̄,quia Bart. in l.si seruus communis.in l.pe.ĵ.de stip.ser.dixit no.ad propositum,ꝙ quādo in litera,vel in alia scriptura societatis reperiretur scriptū hoc modo,Titius & socij[a] acceperūt mutuo mille à tali,omnes obligarētur insolidū,quia per medium illius qui est expressus per nomē proprium,alij videntur obligati. ¶ In glo.super verbo,quoq;.ibi:æqualiter &c.glo.nō soluit formaliter cōtraria hic posita.Sed Bart.soluit dicēs,ꝙ hic res non deuenit ad eū casum,à quo pōt incipere:quia per pactū de non petēdo postea nō tollitur obligatio eius,cui fit pactū ipso iure.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.Sed caue,quia ista solu. præsupponit,ꝙ si esset facta liberatio per acceptilationē,iste tex.non haberet locū,per illam tollatur obligatio ipso iure:qđ videt̄ multū restringere rationē huius literę.Et ideo forte pōt dici,ꝙ illa regula ideo nō habet locū in isto casu,quia hęc imparitas inducitur ex facto creditoris,in cuius ptāte non est facere aliquid in præiudiciū debitoris,id est alterius rei debēdi:iuxta regulā positam in l.fin.ff.de pact.& in l.si post mortem.in fin.ff.de bo.poss.contra tabu.

a ¶ Et socij.Facit qđ habet̄ per d.Bar.So ci.in cōsi.lxxxvij.ī ci.in pñti ver.circa secūdā q.circa fi.in j.parte.vbi ꝙ socij qui fuerūt ex libro rū proœmijs,& īti tulationib⁹ ostēdit:licet ēt libri societatis oībus non sint intitulati:vt p̄ præ fa.d.Bar.in cōs.clx. inc.in pñti.versi.vñ cēsendū est.cū... se.in ij.par... ...ae quæ dixi in l.iij.§.vbi duo.s̄.eo.vbi etiam per eundem.

SVMMARIVM.

1 Locus vbicūq; adijcitur solutioni in promissione,inest tacite dies,per quem ad locum perueniri possit.
2 Obligatio duorum reorum an dicatur vna vel plures.
3 Libelli verba impropriantur,vt saluetur intentio libellantis.

CVm duos reos. Diuersitas locorum non impedit duorum reorum constitutionē.hoc dicit.Vel sic:Si duo rei debent accedere ad vnum locum ex locis diuersis,vnicuiq; datur tēpus secundū conditionē loci sui. hoc dicit.Secunda ibi:nam & si maximum. ¶ 1 †Nota primò,quòd vbicunq; locus adijcitur solutioni in promissione,inest tacitè dies,per quam possit perueniri ad locū,& dicitur inesse ex natura loci appositi in obligatione:de quo vide tex.& qđ ibi scripsi in l.continuus.§.cùm ita.s̄.titu.proximo.& in l.interdum.eo.ti.& in l.si mihi & tibi.§.si quis seruos.& ibi scripsi.de lega.j. ¶ 2 †Nota secundò,quòd licet obligatio duorum reorum dicatur vna in multis iuribus:sicut in l.duobus.§.vbi duo.ibi:cùm vna sit obligatio.s̄.eodē.cum concor.ibi allega. in glo.re tamē vera sunt plures obligationes:dicitur tamen vna respectu effectus,quia omnes vnica solutione tollūtur,& omnes continent idem,ita quòd nulla inter istas obligationes debet esse disparitas.Et per hoc posset argui,ꝙ quia istæ duæ obligationes,seu istæ duæ promissiones tendunt ad idem,de his duobus contractibus non deberet solui nisi vna gabella,ex quo ad effectum habentur pro vno:& hoc est qđ tractat Bald.not.de duobus contractibus tendentibus ad vnū finem[b]:in l.cùm dotem.in fine.C.de iure dotium.Vnde alibi dicit,quòd licet ex pacto apposito iuxta contractum resultet noua forma contractus innominati,iuxta l.Labeo.ff.de contrahen.emptio.tamen sufficit solutam esse gabellam ex contractu principali:quia ille contractus,qui resultat ex pacto,habita relatione ad contractum,censetur esse pars principalis contractus:vt l.fundi partem.ff.de contrahenda empti. & ita ponit ipse nota.super rubri.C.de deposito.Alibi etiam dixit,quòd de secunda obligatione,per quam renouatur prima,propter hanc rationem non debet solui noua gabella:vt ipse ponit in l.vniuersa.C.de preci.impera.offe. ¶ Nota vltimò à contrario sensu,vltra doct.videtur enim sentire hic iurisconsultus,quòd si ista esset vera vnica obligatio,& nō plures,vna dilatio vniformiter esset danda ambobus:ex quo sequeretur,quòd si vnus ex promittentibus esset propinquior loco solutionis,& alter remotior,tamen vt ab vtroq; posset impleri obligatio,maior dilatio esset danda propinquiori,quàm si sibi soli cōcederetur de per se:& hoc facit vnitas obligationis.Facit optime qđ habetur in l.tutor.in princip.ff.de mino.& in l.j.C.de rep.quæ fiūt in iudi.qđ no. ¶ In gl.super verbo,facere.prima so.nimis impropriat tex.inquātū exponit verbū,stipulatus,pro couētione,quę resultat ex cōtractu,q̄ cōtrahit̄ re vel cōsensu.Hāc gl.no.quia forte posset saluari libellus,impropriando verba,si narraretur quòd promissio esset facta per stipulationē,& probaret̄ de alio contractu. 3 †Scis enim,quod verba libelli possunt impropriari,vt saluetur intētio libellantis.l.j.& ibi per Bartol.C.de vsufru.& per eundem in l.prima.ff.si ser.ven.Ex secunda solu.not.quanq̄ sit diuinatiua ad text.sicut & tertia,quòd duo rei debēdi possunt constitui,siue promissio fiat ipsi creditori,siue vnus promittat ipsi,& alter seruo suo.Et idem esset,si promitteretur procuratori eo casu,quo ipso iure per procuratorem domino acquireretur actio.Ex tertia solutio.not.perpetuo,quòd solum interuallum etiam longum non vitiat constitutionē duorum reorum,quando non interuenit actus extraneus inter vnam promissionē:& aliam.Et aduerte,quia ista glo.in hac solu.& pręcedēti expresse sentit opin.quam tetigit in l.ij.s̄.eod.& quòd interuallum inter promissionē vnius rei,& alterius,vitiet cōstitutionem duorum reorum.Hoc tamē hic tēperat in vltima solu.si interuenit actus extraneus.Sed hoc videtur contra l.duos reos.§.fina.s̄.eo.vbi videntur ista duo requiri copulatiue ad hoc,ꝙ valeat constitutio,quòd non sit longum interuallum,& ꝙ actus extraneus nō interuenerit:ergo si aliquod istorum deficit,vitiabitur constitutio:dic vt dixi in dicto §.final. Istæ tamē solu.non sunt necessariæ ad istū tex.intellige secūdū Dy.Barto.& communiter docto.quòd hic duo rei existētes simul in eodem loco cum stipulatore promiserunt per stipulationem stipulatori soluere pecuniam Capuæ,postquam redijssent ad ciuitatem suam,vel domicilium.Et quia forte loca domiciliorum diuersimodè distabant à Capua,ideo iurisconsultus dicit asignandos esse diuersos terminos pro qualitate locorum,quod quidē pendebit ex arbitrio iudicis,si distātia istorum locorum non erat certa loco solutionis.Si autem erat certa,tunc dies essent dandi,ꝙ posset perueniri ad locum solutionis,computādo quālibet dietam xx.millibus passuū: iuxta l.j.si quis cautio.Ang.& Mod.hic.

SI duo rei. Nō summatur ista lex propter leuitatē. ¶ Not.quòd exceptio compensationis licet possit opponi à fideiussore de eo quod debetur principali.l.si quid.ff.de compensa.non tamen potest opponi à conreo,qui non est socius. Et ex hoc arguit hic gloss.quòd duo rei non consocij non videtur inuicem fideiubere:nam si viderentur fideiubere saltē pro parte conrei,videretur posse opponi compensatio,sicut à fideiussore:quod hic negatur:& de ista materia dicemus plenius in l.ex duobus.ĵ.eo.post Bart. Fran.Are.

SVMMARIVM.

1 Accusati plures de crimine vno,quo casu possit vn⁹ pro altero fideiubere.
2 Forenses plures si conueniūtur extra proprium domiciliū,an possit vnus pro altero satisdare.
3 Percussus mortiferè si quis fuit à duob⁹,vnusquisq; eorū puniri pōt,tam de occiso veluti principalis,q̄ de ope pręstita tāq̄ vulneranti:& de hoc vide etiam in nu.4.
5 Rei duo debendi de iure Digestorū non habēt beneficium diuisionis.
6 Viæ plures incompatibiles creditori competūt,quarū vnam eligere possit.
7 Socij si sunt duo super re communi,nō competit actio condi. sed actio pro socio.
8 Diuisionis beneficium an competat pluribus obligatis insolidum,per medium vnius,qui contrahit eorum nomine.

REOS. Rei promittendi possunt fideiubere ad inuicem,& creditor potest suam petitionem diuidere,& quo ad quantitatē,& quo ad modum conueniēdi.hoc dicit.Secunda est ibi:itaq; reus.Tertia ibi:sed poterit.Vltima ibi:nō secus. ¶ 1 †Nota primò argu.secūdūm Ang.ex isto text.ꝙ si plures accusantur de crimine,pro quo venit imponenda pœna pecuniaria, ita ꝙ

7 quæstionis. ¶ † Quintò adde inquantum Bartolus hic tangit, vtrum effectus præoccupationis duret perempta instantia: nam dicta sua limitat hic singulariter Angelus, quòd effectus causati per litem contestatam non durant, quando instantia fuisset extincta per renūciationem factā liti de consensu partis: tunc etiam extinguuntur effectus præteriti, secundùm eum: allegat textū singularem, quem ibi in prima oppositione Bartolus notat ad hoc in l. cum mota. C. de transactionibus. cætera super isto articulo dic vt plene scripsi in l. secunda. s. codē. ¶ Vltimò adde, inquantum Bartolus hic tangit, quòd præoccupatio facta coram arbitro hodie si compromissum sit factum sine pœna, & emologata sententia, idem operatur, acsi litis contestatio, & præoccupatio esset facta coram iudice per legem, cùm antea. §. penultimo. C. de arbi. nam Ange. hoc dictum reprehendit: quia ille textus non loquitur de præoccupatione, seu interruptione præscriptionis: & cùm simus in materia exorbitanti, non debet fieri extēsio de interruptione ad præoccupationem, secundùm eum: & hoc dicit Ioannes de Imola esse tutius. Tu autem aduerte: quia Bartolus & Angelus hic videntur intelligere textum in l. cùm antea. §. penultimo. in arbitro electo sine pœna, cuius sententia fuit emologata. Sed Baldus in dicto §. penultimo. intelligit illum tex. simpliciter in quolibet arbitro compromissario, etiam electo cum pœna: & vere huic intellectui magis applaudit litera, & si iste intellectus esset verus, multominus esset dicendum, quod dispositio facta de interruptione traheretur ad præoccupationem: quia sic induceretur correctio iurium: nam corrigeretur l. si duo. ff. de arbi. quo casu multominus debet fieri extensio: vt l. præcipimus. cum similibus. C. de appellationi. Circa quartam quæstionem principalem adde primo, inquantum Bartolus dicit, quòd si fertur sententia absolutoria pro vno ex reis debendi super facto, quia non fuit contractum, ista sententia prodest alteri cō reo per legem, duobus. §. primo. ff. de iureiurando. & lege finali. §. secundo. ff. eodem. nam istud dictum communiter reprehenditur hic per Moderniores: quia illa iura loquuntur in iuramento, quod habet vim solutionis: vt l. iusiurandum. ff. eodem. Nos autem loquimur in sententia absolutoria, quæ non habet vim solutionis. Vnde casus non sunt similes. Et ideo Bartolus met in dicta l. duobus. §. primo. tenet, quòd absolutoria lata pro fideiussore, non prosit principali: & in l. adulter. §. primo. ff. de adulterijs. sequendo Richardum Malumb. in sua disputatione, qui ita tenuit per legem, aduersus. ff. de arbitrijs. cuius dicta sequitur Ioannes Andreas in sua mercu. reprehendendo Dynum ibi, quem Bartolus hic sequitur in regula, ratihabitionem. de regulis iuris. Sed ista iura allegata per eos parum me mouent. Et primò aduerte: quia si lex, aduersus. ff. de arbi. probat istam conclusionem à simili, pro ista conclusione est casus in terminis in lege, si duo. ff. eodem titu. vbi patet, quòd sententia arbitri lata pro vno ex reis debendi non prodest alteri, nisi sint socij, vt infrà dicetur: sed nec lex, aduersus. nec lex, si duo. facit contra Bartolum hic, quia illæ leges loquuntur in sententia arbitri, quæ secundùm iura Digestorum nullum habebat effectum: vnde exceptio, quæ competebat in dictis iuribus fideiussori & conreo absolutis, competebat ex pacto, quod oriebatur virtute compromissi: sicut declarat Bartolus in lege secunda. ff. eodem. & inferius in hac eadem quæstione. in tertio articulo. Vnde propter hoc non discederem ab his quæ scripsi in l. in duobus. §. vbi duo. suprà eodem. vbi tenui quòd sententia absolutoria lata pro vno ex reis debendi prodest alteri, quando est lata super facto: vt hic dicit Bartolus per legem, si per imprudentiam. in fine. & per legem, si rem quæ. §. primo. ff. de euic. Et feci tunc differentiam inter fideiussores & conreos. Nunc cogitando diligentius non violando literā, quæ simpliciter & indefinitè loquitur, casus videtur pro opinione Richardi & Moder. in lege prima. infrà, rem ratam haberi. nam restringere alias leges, sicut facit hic Bartolus ad casum, quando fertur sententia, non super facto, sed super iure obligationis, concernente personam absoluti duntaxat, hoc est diuinatio ad illum textum. Et melius potest distingui textus in lege, si per imprudentiam. in fine. ff. de euic. ab illa lege prima. ff. rem ratam haberi. quæ melius distinguit inter socium, & non socium, quàm econtra. Non obstat textus in l. si rem quę. §. primo. quia si bene respicias, hoc operatur specialiter ibi denunciatio facta omnibus hæredibus. Vnde datur intelligi, quod si non fuisset denunciatū omnibus, absolutoria lata pro vno nō prodesset cæteris: & tamē per hoc non deberet inferri, quod non prodesset conreo debendi: quia ibi non erant duo conrei, licet essent obligati ad defendendum insolidum. facit quod habetur in l. secunda. §. ex his. s. titulo proximo, vbi per Bartolū. Pro ista conclusione quam nunc teneo, facit optime textus, quem Bartolus adducit hic pro se in lege, amissi. §. fina. j. de fideiussoribus. vbi dicitur, quòd sententia absolutoria lata pro vno ex mandatoribus, qui tenebantur insolidum, non prodest alteri: facit etiam optime pro ista conclusione textus in l. post rem. §. primo. s. de transac. vbi probatur secundùm Baldum & Angelum, quòd sententia lata contra fideiussorem nō nocet principali: ergo similiter absolutoria nō debet prodesse, quia ista communiter iudicantur à pari: vt l. nam & postea. §. secundo. & l. iij. §. penultimo. ff. de iureiuran. Et licet aliquādo ista regula non habet locum, vt patet ex no. in l. loci corpus. §. si fundus. ff. si serui. vend. regulariter tamen ita est, vt dixi: vt patet in toto titulo, res inter alios acta. De quæstione autem, quam dat Bartolus in l. adulter. §. primo. ff. de adulte. videlicet nunquid absolutoria lata pro eo qui principaliter commisit maleficium, prosit mādatori, vt alteri venienti accessoriè ad factū principale: dic vt plene ponit Ioan. And. in dicta regula, ratihabitionē. Et adde, quòd sicut sententia absolutoria non prodest mandatori, & similibus: ita & sententia condemnatoria non nocet, vt est casus notabilis, quem ibi ponderat Barto. ad hoc in l. si is qui. §. si Titium. ff. de furt. & bene facit tex. in l. denunciasse. in fi. & ibi Bart. ff. de adul. Et prædictas conclusiones approbat Petrus de Ancha. in regula, accessorium. in xiiij. quæstione. de regu. iu. Baldus etiam in l. non ideo minus. in vltim. col. C. de accu. sequitur illam doctrinam. Bar. & adducit nouam rationē pro ea. † Quia si absolutoria lata pro principali delinquente prodesset alijs, non posset principalis delinquens, & isti tales accusari simul de eodem crimine: per regulam legis, fundi. & legis, fundū. ff. de exceptioni. quæ

quæ dicit, quòd iudicia non possunt simul cumulari, quando ita se habent, ꝙ absolutoria lata in primo pareret exceptionem rei iudic. in secundo. sed possunt cumulari: vt lege, nihil. §. siua. ff. de adult. ergo patet, quòd absolutoria lata pro vno non prodest alteri. Et hoc est argu. per quod motus est Paul. de Castr. in lege, in duobus. §. vbi duo. s. eod. ad reprehendendum dictum Barto. hic, & in dicto §. vbi duo. posito, quòd dicta hic per Bartolū essent vera. Sed ego tunc respondi, licet non vidissem Bald. quòd illa regula legis, fundi, & fundum. habet locum, quando duo iudicia intentantur cōtra eandem personam: secus si contra diuersas. & hoc dicit exprese Barto. in lege, edita. C. de eden. in sua repet. vbi ponendo genera cumulationum dicit, quòd quatuor genera loquuntur, quando iudicia intentātur contra vnum, in quibus impeditur cumulatio: inter alias regulas est regula præmissa. Ponit deinde quintum genus cumulationis, quando duo iudicia ex eadem causa intentantur contra diuersas personas: & de his remittit se ad no. per eum in lege, in duobus. §. vbi duo. s. eod. vbi tenuit exprese, quòd admittitur cumulatio[a]. Et istud est rationabile, quia si plures rei debendi possint conueniri in eodem libello, & simul: vt lege prima. C. si plures vna senten. & lege secunda. C. de fideiusso. minor. & eadem ratione, videtur, quòd possunt conueniri vnus post alium[b]. & ideo ratio Bald. non concludit in ista quæstione. Credo tamen decisionem esse veram per iura allegata per Bartol. quia etiam si sententia lata pro fideiussore prodesset principali, vel conreo, adhuc tamen non sequeretur, quòd absolutoria lata pro principali delinquente prodesset his, qui veniunt accessoriè: quia licet inter eos sit principalitas, & accessio obligationis, imo vnusquisq; obligatur principaliter, secundùm Bartol. not. in lege, sed si vnus. §. seruus meus. in fine commenti. ff. de iniu. ¶ † Secundò principaliter adde, inquantum Bartol. hic dicit, quòd si absolutoria fertur pro vno ex reis debendi, respectu iuris concernentis personam propriam, hic absolutoria non prodest cōreo, nisi sit socius: per legē primā. ff. rem ratam habere. nam Angel. hic & Ioan. de Imo. expressius tenent oppositum. Inquit enim Angel. si quæritur an absolutoria lata pro vno ex correis prosit alteri, inspiciendum esse causam absolutionis. Si enim causa respicit cōmuniter obligationem in persona vtriusq;, tūc absolutoria proderit vtriq;: verbi gratia, si vnus ex reis absoluatur, quia soluit, vel quia propter aliquam solennitatem omissam fere obligatio in personam amborum fuit nulla: exemplum in lege, duos. §. final. s. eodem. vel si ex forma statuti minor xxv. annis, vel mulier non possunt se obligare sine certa solennitate, & ambo rei promittendi erant tales, vel quia instrumentum non fuit positum in registro infra tempus præfixum à statuto: vt exemplificat hic Ioan. de Imo. Si verò causa absolutionis respiciebat personam absoluti duntaxat, vt hic exemplificat Bartol. tunc talis absolutoria non proderit, etiam socio, quia causa sententiæ limitat sentētiam, vt non plus operetur, quàm sua causa: vt lege, hæc enim. ff. de suspect. tutor. & plene declarat Barto. in lege secunda. §. ignominiæ. ff. de his qui notan. infa. facit optime tex. cum glos. in lege, non solum. in fine. & in lege, vtriq;. & ibi per Barto. ff. de rei vend. Sicut ergo quando pupillus sine tutoris autoritate obligat se cum altero habili, ille alter tenetur insolidum efficaciter: vt lege, si ex duobus. in fine. s. eodem. ita & absolutoria lata ex causa prædicta nō proderit alteri. Ego autem indubitanter teneo sententiā Barto. & intelligo legē ex duobus. in fine. s. eodem. quando alter promittens non haberet regressum contra pupillum: nā si haberet, concedo hoc quod hic dicit Bal. quòd nec per indirectum absolutoria lata non prodesset sibi, ex quo socius condemnatus haberet regressum contra eum, talis absolutoria prosit ad minus pro ea quantitate, pro qua competit regressus. Moueor primò per rationem huius tex. in lege, Marcellus. j. de fideius. vbi dicitur, quòd quando fideiussor intercedit pro naturaliter obligato, ideo potest conueniri ipse, & non principalis, quia nō habet regressum cōtra principalem. Et etiam ex hoc infert hic Bartol. & omnes, quòd si daretur regressus aliquo modo, tale beneficium competeret. Facit optime tex. in leg. sed si pater. §. non solū. ff. ad Mace. & melius tex. in l. si quis reum. in prin. & in leg. iij. §. nūc de effectu. ff. de lib. leg. in quibus patet, quòd etiam cōtra voluntatem liberantis liberatio extenditur ad conreum, qui est socius, ne aliàs beneficium efficiatur inutile illi, cui est cōcessum. Vnde valde miror, ꝙ isti reprehendant Bartol. hic, qui est locutus secundū mentem iuris. ¶ † Tertiò adde, inquantum hic Bart. dicit, ꝙ quādo dubitatur, vtrū reus fuerit absolutus, quia nō probatum, vel quia nō contractū, in dubio præsumitur absolutus, quia nō probatum: alleg. ll. quas etiam allegat in simili quæstione in l. ij. § hoc edictū. j. vi bo. rap. vbi no. loquitur ad propositū. nam Ang. hic dicit, se non posse videre in practica, quomodo iste casus possit euenire, & arguit à diuisione. Aut enim ex actis apparet nō esse probatum, & tunc cū sententia in dubio declaretur pacta: vt l. si quis ad exhib; in tex. & glō. s. de execu. rei iud. & l. hæc sententia. C. de sentē. quæ sine cer. quāti. nō videtur dubiū, seu non pōt dubitari, cur sententia sit lata, quia per acta declaratur, quod fertur ex eo, q̄d non est probatum. Aut apparet esse probatum ex actis: & tunc iudex contra probationes absoluit, & pronūciat, adhuc non videtur esse aliqua dubitatio, sed apparet quòd iudex volens facere iniustitiam grauauit partē, & nō est secutus probationes. Io. de Imo. hic, licet per multa verba, in effectu conatur defendere in vtroq; casu dictum Bart. dicit enim, quòd quāuis ex actis appareat nihil esse probatū, iudex tamen potuit absoluere, non quia esset probatum, sed quia sciebat hoc non esse factum. In secūdo aūt casu dicit, & melius, quòd iudex ferendo sententiā contra probationes tacite videtur reprobare eas per arbitrium l. ij. §. tu magis. ff. de testi. & ideo sentētia sua nō continet notoriam iniquitatem, secundū In. in cap. quoniam cōtra. extrà, de proba. Tu vide text. & Bart. ibi hoc dicentem in l. Lucius. ff. de his qui no. inf. & in c. suborta. & quod ibi no. de re iudi. & in l. argentarius. §. cùm aūt. ff. de eden. Sed ista allegatio licet concludat, quòd iudex videtur reprobare probationes deductas in actis, non tamē concludit, si nihil est probatū ex parte rei, quòd dubiū sit, quòd iudex absoluerit, vtrū quia non factum, vel quia non probatum: quomodo enim potest dubitari, quòd absoluerit, qa nō factum, ex quo nihil apparet probatū, de ista negatiua. Vnde etiam in primo mēbro non placet dictum d. Io. qui dicit, quòd quando ex actis apparet nihil esse probatū, adhuc pōt esse dubium, vtrū absoluerit: quia non factū, vel quia nō probatum, qa forte iudici constitit hoc nō esse factum. † Nā ista dubitatio non est probabilis, tū quia causa sentētiæ declarat per acta, vt s. dictum est: tum quia si hoc constitit iudici, aut ei constitit tanquā iudici, & non creditur ei de actis: vt in ca. quoniam contra. in fine. extrà, de proba. Aut dicis, quòd constiterit tanquam priuato: & secundū hanc sententiā non debuit iudicare: vt l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præto. iij. q. vij. c. iudicet. Cū ergo presumatur in dubio pro facto & sentētia iudicis: vt l. j. C. de of. ciui. iud. & l. Herēnius. §. Caia. ff. de eui. non pōt dubitari ꝓbabiliter in primo casu, ex quo capite iudex absoluerit. Tu ergo dic remotis istis ambagibus, sicut dicit Bar. in l. Iulianus verū debitorem. circa princ. cōmenti. ff. de cōdi. inde. ꝙ tunc potest dici esse iudicatū, quia non factū, quādo reus conuentus probauit negatiuā coarctatā: & ex hoc pōt inferri ad casum nostrum, ꝙ tūc potest esse dubiū probabile, vtrum iudex iudicauerit: quia nō probatū, vel qa non factum, quādo actor producit suos testes ad fundandā intentionem suam, & econtra reus producit testes ad probandu cōtrarium: tunc em̄ potest oriri probabile dubiū, vtrū iudex magis absoluerit reū, qa actor nō probauit, vel qa reus probauit cōtractū nō esse factū: potuit em̄ absoluere iudex, vel qa pretulit probationes rei probationibus actoris, & tunc videt̄ absoluisse, qa nō factū: vel quia nō credidit testibus actoris, nec est sibi visum, ꝙ sufficiēter probarēt: & tūc videt̄ absoluisse, quia nō probatū. Pōt etiam poni similis casus, videlicet quando actor probauit intētionem suā, & reus similiter exceptionem suam: verbigratia, solutionis: in hoc tantū casu, si iudex esset secutus testes rei, videtur pronunciatū super facto: nō tamen negatiuè, quòd non sit factū, sed affirmatiuè, quòd reus ideo absoluatur, quia soluit. Si verò iudex non est secutus testes rei, sed non credidit testibus actoris: tunc videretur absolutus, quia non probatum. Potest etiam poni exēplum, quādo apparet sententia, sed non apparent acta, ita quòd ex actis non posset elici causa absolutionis: & per hoc sit expeditus iste difficilis articulus. ¶ † Quartò adde, inquantum hic Angel. dicit, quòd sicut sententia condemnatoria lata contra vnum ex conreis non nocet, ita & nōn nocent acta per regulam, quam ponit Inno. in capit. causam quæ. extrà, de testibus. Nam hanc doctrinam Inno. licet non pertineat ad materiam nostram, posuit Barto. in leg. ij. j. iudica. solui. & in lege, si superatus. in fine princi. ff. de pigno. & in lege ij. §. hoc edictum. j. vi bon. rap. tetigit etiam in l. si mater. §. fin. ff. de excep. rei iudi. quam quotā allegat etiam hic d. Io. de quo vide q̄d plene scripsi, quia non est materia nostra in d. c. cām quæ. Nec est mirandū, secundū Io. de Imo. & bene, ꝙ sn̄ia lata cōtra vnum ex conreis nō noceat alteri: † quia sentētia lata contra principalem debitorē non nocet fideiussori[c] contra-

[a] ¶ Cumulatio. De qua materia vide tu Fely. in capit. significātibus. in xij. col. versi. circa materiam. de libelli oblatione.

[b] ¶ Post alium. Pro qua materia vide quæ habentur per do. Bar. Soci. in cōsil. ccxxxj. inci. cū in præsenti. versic. iiij. hęc pars. ibi: primus. cū sequen. in ij. parte. vbi nunqd agens contra plures debitores obligatos super vno negocio cōmuni inter eos, non tamen obligatos īsolidū, poterit vnusquisq; pro parte conueniri: & quid si incipit agere cōtra plures debitores, an pendente iudicio si vnus se absentat, poterit prosequi contra alios, & quid si plures creditores habentes cōmune negotium, si vnus à principio vult agere pro parte sua, an possit: & quid si vnus deduxit in iudicium negotiū omnium communiter examinandū in suspēso iudicio, quo ad alios, ipse ꝓsequi possit partē suam.

[c] ¶ Fideiussori. Adde Fely. in capitul. quamuis. de re iudi. in viij. colum.

ctus, cui tamen fortius deberet nocere, quia venit accessorie ad obligationem principalis: ita not. in rubr. j. iudicat. sol. per Barto. in dicta lege fin. C. de vsuris rei iudicat. Vltimò adde in ista quæstione, secundùm Angel. hic, quòd licet sententia lata contra vnum ex correis credendi noceat alteri, istud est verum merum, nisi creditor sit præuaricatus, & colluserit cū debitore: tunc enim sententia lata non nocet alijs cōreis per text. in simili. in lege, cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. qui loquitur in actione populari, in qua pœna applicatur parti, & commoditas actionis: vt lege, si cui. ff. de verbo. signi. & per Barto. in lege, agraria. ff. de ter. mo. Sed Ioan. de Imol. dicit ad illam legem posse responderi, ꝙ ibi est speciale, ne delicta remaneant impunita: vnde in casu nostro ipse dubitat vtrum hoc dictum Ang. sit verum: quia ex quo per lit. conte. creditor agens appropriauit sibi debitum, iam non videtur agi de præiudicio aliorum. †Vnde potest colludēdo, vel gratificando remittere ius suum, prout vult, & nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo: vt lege, iniuriarum actio. ff. de iniur. & in capitu. cum ecclesia Vulterana. de elec. nisi forte dicatur secundùm eum, quòd si hoc animo egit, & contestatus est litem à principio, vt faceret reum absolui colludendo, ista præoccupatio non abstulit eorum ius: quia sicut non posset paciscendo liberare debitorem debito: vt lege, si vnus. in princip. ff. de pact. ita non potest per indirectum agendo, vt colludat. Vnde Ange. hic expresse dicit, quòd si essem⁹ in casu, in quo reus agens posset liberare per actum: tunc bene noceret collusio sua alijs conreis. Ad primum dictum allegat quod habetur in lege, fluminum. in fin. ff. de dam. infec. Tu dic breuiter, quòd opi. Ange. sic declarata est verissima, pro qua allego tibi tex. singularē in lege, si sponsus. §. si vxor. la ij. ff. de don. inter virum & vxo. quam ad hoc alleg. Bald. in lege, cum allegas. C. de vsur. vbi probatur, quòd ille qui non potest donare in præiudicium sui, non potest colludendo permittere reū absolui. Vnde dicit Bal. in dicta lege, cum allegas. quòd si debitor repetendo vsuras colludit cum creditore, absolutoria lata pro creditore non valet. Si ergo collusio non habet effectum, cùm donatio prohibeatur in fauorem donantis: multo minus non debet habere effectum, vt præiudicet tertio: quia facilius quis preiudicat sibi, quàm tertio: vt lege secūda. §. merito. & §. si quis à prin. ff. ne quid in loco public. iuxta legem fina. de constitu. prin. ¶†Circa tertiam quæstionem principalem pro declaratione eius, inquantum queritur, quomodo pactum factum vni ex reis debendi prosit alteri: quia glos. communiter distinguunt inter socios, non se iuos, ipse dicit præmittendum esse, & declarandum prius, qui intelligantur esse socij. In ista materia, & in effectu sequendo gloss. in lege, vir vxori. §. fina. ff. ad Velleia. & in lege, si duo. ff. si quis cau. dicit tenendum esse, quòd socij accipiuntur hic vel pro socijs omnium bonorum, vel pro socijs vnius obligationis. Sed quæritur, nunquid hoc ipso, quòd duo communiter se obligauerunt pro aliqua causa, videatur contracta societas in illa obligatione: & concludit quòd non videatur contracta societas, nisi sit actum, quòd omne commodum & incomodum sit commune. Ista enim verba significant societatem: vt lege, si vnus ex socijs. in princi. ff. pro socio. vel nisi sit actum, quòd sint socij: quia tunc adhuc expressius esset inita societas[a]: & hoc tenuit gloss. in dicta lege, vir vxori. in fine. Moder. hic nihil tangunt de vtilissima quæstione, est multum dubia. Nam Barto. met in lege, Titium & Meuium. §. altero. in duobus locis. ff. de admi. tuto. tenetur quòd si duo emunt rem communiter, hoc ipso videatur contracta societas: argu. leg. prædijs. ff. de legatis tertio. §. finali. arguendo à simili hoc modo: quòd sicut testator duas res quas emit vno pretio, videtur reputare pro vna: ita duæ emptiones factæ communiter de vna re à duobus, videntur reputare pro vna: & sic videtur cōtracta societas. Secundò contra istam opin. facit text. in lege secunda. § primo. ff. communi diui. quā Bart. expresse ibi no. ad hoc, videlicet quòd per emptionem factam cōmuniter de vna re videtur super illa re contracta societas. Idem videtur probare text. in l. cum duobus. §. item Mela. in vlti. respons. in ver. idemq́. ff. pro so. vbi dicitur, quòd si duo emunt aream communiter, ne officiat luminibus domorum suorum, vnus potest agere contra alterum actione pro socio: ergo videtur contracta societas. In dubio facit tex. cum gloss. in lege, margaritas. ff. eod. titu. vbi dicit gloss. quòd ego trado rem vni vēdendam, cum hoc quòd lucrifaciat totum pretium, quod est vltra certam quantitatem. aliquando ex qualitate personarum resultat tacita societas, & præsumpta, quæ similiter potest ex qualitate contrahendi resultare in casu nostro. ¶In contrarium facit fortiter pro opi. Bart. hic tex. in lege, vt sit. & in lege, sed & si. ff. pro socio. in quibus videtur expresse probari, quòd societas non contrahitur tacite, licet duo emāt rem communiter, nisi præcedat tractatus de societate: vnde articulus redditur valde dubius. Tutius tamen videtur sequi opinionem Barto. hic, quàm opinionem contrariam, quia iura cōtraria melius possunt suppleri per dictā leg. vt sit. quàm illa lege, ab illis iuribus. Possumus enim dicere, quòd quando res communiter emitur, contrahitur societas, intellige si sit actum: vt dicitur in lege, nam cùm contractus. qui sequitur legē, vt sit. Et aduerte, quia gloss. in lege, vir vxori. §. fin. non loquitur, prout hic eam allegat Barto. videlicet quando duo communiter se obligant, siue contrahunt & conuertunt pecuniam in communem vtilitatem: quo casu est maius dubium: sed loquitur quando duo communiter se obligant, & conuertunt vnusquisq́ pecuniam in vsus proprios: quod est minus dubitabile. Secundò adde inquantum Bartol. dicit, quòd pactum factum vni ex reis debendi, prodest alteri, quā do vnus haberet regressum contra alium. Nam hoc est limitandum secundùm Angel. & Moder. nisi pactum esset personaliter conceptum: quia tunc non extenderetur ad conreū: allegat legē, si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. & legē, idem in duobus. §. primo. ff. eodem. nec hoc negaret Bartol. si esset interrogatus: quia si pactum personale non prodest fideiussori, quando est factum principali: vt lege, nisi hoc actum. ff. de pactis. multominus proderit conreo. †Tertiò adde, inquā tum Bartol. hoc dicit, pactum factum ab vno ex reis debendi non nocet alteri, nisi quo ad interruptionem præscriptionis: nam ex hoc infert Angel. quòd si sunt plures rei debendi obligati ad tempus, quia dies fuit adiecta gratia limitandi obligationem: sicut habetur in lege, cum qui ita. §. qui ita. ff. de verbo. obligatio. vnus ex reis debendi non poterit prorogare terminum obligationis, ne pactum eius noceat alteri, nisi sint socij secundùm eum: tunc enim qua ratione socius posset de nouo socium obligare, eadem ratione poterit prorogare obligationem contractam, quia non est diuersitas rationis inter ista duo, secundùm eum. Quando autem vnus socius possit obligare alium, dixi plene in lege, eandem. in princip. s. eod. post Barto. Aduerte etiam ad intellectum glo. in lege, ex duobus. ff. de nego. gest. quam Barto. hic reprehēdit: dicit enim, quòd si socius qui prohibuit negotium geri, non posset agere ad repetendum id quod soluit contra consocium: tunc sequeretur, quòd consocio communicaretur lucrum ex ista gestione, & tamen non teneretur ad onus pro rata lucri communicari. Nam ista verba possunt significare duo: vel quòd socius qui non prohibuit voluntarie, communicaret lucrum, licet non teneretur: & tunc sic intelligendo satis esset æquum, quòd ex quo acceptauit lucrum, pro rata lucri competeret contra eum actio. Si autem intellexerit, quòd de necessitate lucrum sit communicandum: tunc hoc non esset verum: quia ex quo periculum non pertinet ad prohibentem, vt ibi dicitur in fine, etiā lucrum non erit communicandum. Casus est notabilis, per quem ita decidit ibi Bartol. in lege, quia poterat. in principio. ff. ad Trebellia. ¶Circa secundam quæstionem huius tertiæ quæstionis principalis est multa dubitatio: nam Ang. in lege penultima. infrà eodem. super ea refert octo opinio. nunc autem pro nunc prosequemur opi. Barto. & Ange. & domi. Ioan. qui tenent aliam opinio. Et arguitur primò fortiter contra distinctionem Bartol. de lege, si vnus. in vltimo responso. ff. de pactis. quam induco sic, vltra doct. Dicitur enim in princi. literæ, secundùm communem intellectū, quòd si duo credendi sunt socij, licet permittatur vtriq́ agere in solidum, non tamen permittitur vni pacisci in præiudiciū aliorum: & allegatur exemplum de filio vel seruo paciscentibus in præiudicium patris. deinde annectitur in fine: idē in duobus reis stipulandi. Modo arguo sic: aut intelligis istum versicu. in duobus reis socijs. & tunc iste versi. est superfluus, qa superius fuerat determinatum expresse, in principio. Aut intelligis in duobus reis, qui non sunt socij: & tunc ibi videtur casus contra Bart. quòd pactum vnius non noceat alteri. Secundò adduco tibi bonum tex. in lege, si duo. circa medium. ff. de solu. vbi dicitur expresse, ꝙ pactum de non petendo tēporale factum cum vno non nocet alteri, nec potest restringere: sicut ibi glo. tangit, quòd illud est verū in his qui sunt socij: quia si sic restringit, aut oportet restringere primum dictum, videlicet quòd quando vnus ex reis succedit alteri, tunc non confundatur obligatio, quando sunt socij. Aut dicere, si non restringis: quòd ratio iurisconsulti non sit vera in omni

a ¶Societas. Adde q̄ dixi in lege eundē. in fi. s. e. tit. vbi etiā per eundem. & do. Bart. Soci. in consi. cclxv. inci. præsentis. versic. secunda difficultas. & versi. iij. & vlti. in ij. parte. & in cons. ccxcj. inci. visis. circa me. j. colum. ibi: tamen ex quo sumus. & eum in con. clxvij. inci. considerata. in v. colū. ver. confirmantur. ibi: nā dicta ea parte. quòd societas tacita per habitationē simultaneam, & simultaneum exercitium ā arguitur ad minus in exercitijs mercantiæ.

in omni casu, & sic sit imperfecta. Primum non potest dici, tum quia text. in lege, si reos. ff. de fideiussori. simpliciter dicit, quòd non confunditur obligatio: tum quia etiam remota ratione assignata in dicta lege, si duo. est altera ratio, propter quam indistinctè est dicendum, quòd obligatio non confunditur, siue sint socij, siue non, quæ assignatur proprie in duobus reis stipulandi in lege, si reus. in princip. s. eodem. Secundum etiam non videtur posse dici: quia secundùm hoc ratio iurisconsulti esset mala in aliquo casu. Ergo de necessitate in vtroq; casu ille text. intelligitur. Vnde Angel. in lege penultima. j. eodem. quem sequitur hic Ioan. de Imo. post multa verba in effectu cõcludit, quòd nullo casu pactum vnius rei credendi nocet alteri: nocet tamen transactio, secundùm Angel. sicut & compromissum, quando alter ex conreis est socius, dũmodo sit facta bona fide, & de debito non liquido. Pro primo adducit text. in lege, duo. in princi. ff. de arbitr. Pro secundo adducit ea quæ habentur in lege, post rem. ff. de transact. & in lege, cum hi. §. si cum. ff. eo. titu. Amplius credit Ang. & est verbum singulare, quòd sicut tutor potest liberare in præiudicium pupilli debitorem, cuius debitum nõ est liquidum, secundùm gloss. not. in lege, contra ius. §. final. ff. de pact. ita vnus ex reis credendi poterit liberare per pactum gratuitum debitorem in præiudicium aliorum correorum. Sed istud vltimum dictum nõ placet. Ioan. de Imol. quia dato quòd debitum non possit probari, melius est quòd tutor relinquat illud in suspenso prout est, quàm quòd liberet debitorem: debet enim versari in rebus pupilli, tanquam bonus vir, non ipsum spoliare: vt lege, qui fundum. §. si tutor pro emptore. & lege, interdum. §. qui tutelam. cum ibi not. ff. de furt. Tu autem dicas in hoc vltimo, antequam redeam ad principale, quòd hic possunt considerari duo casus: nam aliquando non est certum, sed dubium, vtrum possit probari illum esse efficacem debitorem: & tunc indubitáter in isto casu tutor non posset liberare, nec correus: quia ad minus donaret tutor, quantum posset æstimari ista actio, stante dubio euentu: iuxta ea quæ habentur in lege, Lucius. §. fina. ff. ad Trebel. & per Bartol. & alios in lege secunda. C. de rescin. vendi. Aliquando certum est, quòd creditor nullas habet probationes de debitore. & isto casu loquit̃ proprie gloss. in dicta lege, cõtra iuris. §. fina. & tunc etiam videtur esse dicendum idem, quia fieri potest, vt licet nunc probari non possit, superueniat aliquando facultas probandi: vt dicit iurisconsultus in lege, argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. † Item poterit contingere, quòd reus introductus cum iuramento in iudicio confitebitur id quod probari non potest: iuxta capitulũ primũ. de confes. libro sexto. vel quòd stimulante conscientia soluet: vnde quia potest interesse pupilli, quòd tollatur debitum, non est dicendum, quòd remissio possit fieri per pactum gratuitum: vide tamen ad materiam quod ponit Bald. in lege, pactum cura. C. de pact. & in lege, præses. C. de transact. & quod not. Inn. & Modern. in capitulo, vel in capitulo final. de pact. lib. vj. ¶ Circa articulum autem principalem debes scire, quòd Angel. & hic, & in lege, si vnus. in princip. de pact. in effectu sequitur opinio. Bart. quam etiam refert Barto. in dicta lege, si vnus. Ioan. autem de Imo. hic dicit esse distinguendum inter pactum, de non petendo, & nouationem: nam lex, si idem. §. si duo. ff. de noua. loquitur in nouatione duntaxat. Vnde in pacto simpliciter possumus stare regulæ positæ in lege, si vnus. quòd pactum vnius ex reis credendi non nocet alteri, siue sint socij, siue non: siue sint rei ex causa lucratiua, siue onerosa. Non obstat secundùm eũ, quòd in lege, si vnus. in princip. nouatio & pactum videantur æquiparari, quia æquiparãtur, vt ipse dicit, quòd ad hoc vt neutro modo possit præiudicare conreo socio, sed non quo ad hoc vt possit præiudicari conreo, non socio: ita per pactum, sicut per nouationem: quia quantum ad hoc, sunt dissimilia, potest enim præiudicari conreo, non socio per nouationem: vt in dicto §. si duo. sed non per pactum. Aduerte etiam, quia ipse dicit, quòd in materia nouationis Paulus iurisconsultus videtur esse sibi contrarius: nam in lege, si vnus. dicit quòd potest nouare in præiudicium socij. Idem de constituta pecunia, idem Paulus videtur dicere contrarium. Dicit tamen, se non audere discedere à cõmuni authoritate doctor. & distinctione in isto passu: & sic transit in effectu, cum dictis Barto. Sed contra primum suum dictum dicit, quòd indistinctè pactum non nocet: facit tex. dupliciter in dicto §. si duo. Primò quidem, inquantum dicit, quòd ex tribus exemplis superius positis colligitur vel sequitur, quod plures rei credendi acquirunt sibi obligationem insolidum, acsi singuli stipulati forent, hoc excepto, quòd factum vnius potest præiudicare alteri. Ergo per ista verba ille text. videtur loqui non solum de nouatione, sed etiam de pacto, & quolibet actu præiudiciali, per quem agitur extingui obligatio. Secundò & fortius obstat text. in versi. seq. dum dicit, quòd per viam nouationis vnus præiudicat alteri, & eo magis quo nouatio habet vim solutionis. † Cùm ergo comparatiuum ex sui natura supponat positiuũ, manifestè datur intelligi, quòd etiam si actus extinguens obligationem non haberet vim solutionis, adhuc noceret conreo: & iste est casus proprie respiciens pactum. Et per illum versi. satis patet, quòd versic. præcedens, dum dicit quòd pactum factum vni, nocet alteri, procedit, etiam si tale factum non habet vim solutionis, vel contestationis litis, de quibus posuerat exempla in præcedentibus. Vnde iste articulus redditur valde dubius: & si me interrogas, quid sentiam: credo istos iureconsultos fuisse cõtrarios: quia tamen hoc non licet nobis dicere, sequendo communem sententiam, respondeo ad duas leges suprà allegatas, videlicet ad legẽ, si vnus. in vlti. responso. quam suprà induxi vltra doc. & ad legẽ si duo. ff. de solutioni. Et ad primam potest responderi, sicut dicit ibi glossa in dicto versi. idem in duobus. quòd ille versicu. non est superfluus, etiam si intelligas cum in socijs, quia differt à primo responso in hoc quòd loquitur in socijs non argentarijs, sed principium loquitur in socijs argentarijs. Sed ista responsio non placet: quia si hanc differentiam voluisset facere, non dixisset idem in duobus reis stipulandi, sed dixisset idem in duobus reis socijs, qui non sunt argentarij. & quòd ita sit patet: quia ad expositionem gloss. est opus subauditione, vt litera hoc dicat, quòd vult gloss. sicut patet ex ea. Possumus ergo respondere aliter, & erit notabilis limitatio, quòd in principio loquitur de duobus socijs, qui tamen non sunt conrei credendi, sed vnicuiq; cõpetit actio pro parte. Text. autem in versicu. idem in duobus. reteto eodem themate loquitur in his qui sunt credendi. Nec obstat huic responsioni text. circa medium, dum dicit, quòd permittitur vni insolidum agere: nam per hoc non sequitur, quòd loquatur in duobus conreis. Sed hoc vult dicere text. quòd vnus ex socijs potest non solùm agere pro parte sua, sed pro parte consocij virtute taciti mandati, quod censetur habere socius à socio in agendo, iuxta gloss. in lege, nemo ex socijs. ff. pro socio. quæ quantum ad hoc est vera, licet quantum ad potestatem contrahendi sit dubia: sicut dixi in lege, eandem. in principio. suprà eodem, ad legem, si duo. quæ fortiter obstat, maxime prout fuit suprà inducta à me, possumus dicere quòd pactum de non petendo perpetuum nocet alij, quando est factum ab vno ex reis credendi: vt dicunt doctores. Sed pactum de non petendo temporale nunquam nocet factũ ab vno: quia ille qui paciscitur temporaliter non petere, non potest dici sibi ita appropriasse ius obligationis, sicut ille qui fecit pactum perpetuum de non petendo: nam elapso tempore pacti, adhuc omnes conrei credendi remanebunt pares, alio non secuto: & ideo signanter iurisconsultus facit ibi mentionem de pacto tempore. Aduerte tamen, quia huic communi sententiæ distinguenti, vt suprà, & restringenti text. in §. si duo ad conreum non socium. multum obstat mens illius literæ. Primò enim in litera ponitur exemplum, quod sine dubio habet locum in omnibus conreis, siue socij, siue non, videlicet in solutione, & acceptilatione, & in litis contestatione. Deinde dicitur, quòd ex his quæ suprà sunt dicta, colligitur duplex illatio. Prima est, quòd quia omnibus potest insolidum solui &c. ideo patet, quòd quando plures rei credendi stipulantur, perinde est acsi vnus ex eis esset solus stipulatus. Secunda illatio, quæ colligitur ex præcedentibus, quod ab illa prima illatione excipitur, hoc scilicet, quòd factũ vnius potest præiudicare alteri. Si ergo ista secunda illatio infertur ex exemplis suprà positis, oportet dicere alterum de duobus: vel quod ista secunda illatio limitetur secundùm exempla prædicta, id est restringatur ad casus, in quibus factum conrei habet vim solutionis: sed hoc non videtur posse dici propter versicul. sequentẽ, quem suprà induxi in verbo, magis. Ex quo patet, quòd etiam factum, quod non habet vim solutionis, præiudicat conreo. Oportet ergo dicere, si illud dici non potest, illationem talem esse: videlicet quòd sicut illa tria superius expressa habent hanc naturam, vt factio vnius præiudicet alteri: ita generaliter quodlibet factum aliud extinctiuum obligationis, siue habeat vim solutionis, siue non. Vnde nisi dicas, quòd ibi magis abundat: sicut aliquando diximus de dictione, maxime. difficilis esset responsio, & aduerte diligenter, quia Barto. hic, dum respondet ad leg. si duo. ff. de arbitr. intelligit quòd pactum vnius ex socijs nocet alteri pro rata, scilicet quæ pertineret ad illum socium, si totum esset exactum, non pro rata quæ pertinet ad paciscentem, præiudicaret paciscẽti: & hoc etiam tenet Angel. in duobus conreis, non socijs, ex causa onerosa, in lege, si vnus. in princip. ff. de pact. & quia text. in lege, si duo. ff. de arbit. Bar. tangit duo pulcherrima, & not. vnde declarandum est vtrunq;. † Primò enim dicit, quòd in compromisso, in quo apponitur pœna, si contrà fiat creditor incidit in pœnam, non tamen sibi obstat aliqua exceptio agendi contra reum, quia sententiæ arbitri paretur metu pœnæ: vt leg. j. C. de arbitr. nam istud dictum non transit sine scrupulo, licet sit not. quia de iure Digestorum, ante l. cùm antea. C. de arbitr. si non promissum erat factum correo vel debitori sine pœna apposita ipsi creditori, si contraueniret reo, cõpetebat exceptio taciti pacti: vt est casus in lege, si de meis. in prin. ff. de arbit. & ibi hoc tenet Barto. per legẽ, cùm antea. in princi. C. de arbitris. Sed per pœnam appositam pacto de non petendo non videtur recessum ab exceptione pacti: vt leg. rescriptum. §. si pacto. & ibi no. ff. de pact. ergo vltra pœnam cõpetet reo exceptio ad sui electionem. Sed saluando potes dicere, & est singularis limitatio ad dictũ §. si pacto. & ibi not. ff. de pact. ergo vltra pœnã cõpeteret reo exceptio ad sui electionẽ. Sed saluãdo potes dicere, & est singularis limitatio ad dictũ §. si pacto. q illud est verũ in pacto expresso: secus in tacito, in quo per promissionẽ expressam pœnę videt̃ recessum à tacito pacto, qđ ab sinesset: quod est

dictum nouum, & ſingulare in hac materia. Secũdò notabis ad intellectum legis final. duo verba Barto. quia ex eis infertur notabilis limitatio ad legem, ſi dictum. §. ſi cõpromiſero. ff. de euictio. vbi probatur, quòd compromittere cenſetur eſſe leuis culpa, ſicut optime declarat Bartol. in lege, cùm hæreditas. ff. ad Trebel. nam hoc intelligit, quòd eſt leuis culpa in alijs, ſed non in ſocio cõpromittente, quia in eo non cauſatur leuis culpa per eum modum, per quem cauſatur in alijs, in quibus leuis culpa eſt facere, vel nõ facere, qđ diligẽs paterfamilias non feciſſet, vel feciſſet. Sed in ſocio non cauſatur leuis culpa hoc modo, ſed ita demum, ſi faciat in rebus communibus, vel non faciat, quod in rebus ſuis nõ ſolet facere, vel facere; vt Inſtitu. pro ſoc. §. fina. & l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio, & eſt notabilis limitatio ad iſtã materiam; & ad id quod nota. in lege, quod Nerua. ff. depoſiti. vbi autem compromiſſum fieret ex neceſsitate ſtatuti, etiam emptor non eſſet in culpa, compromittendo: ſecundùm Bartolum in dicto §. ſi compromiſero. & Angelum hic, & Modernos: de quo dic vt hic per eos. Quibus adde duo notanda & menti tenẽda. † Primũ eſt, quòd vbicunq; promittitur cui. ſub iſta forma quocũq; modo res euincatur; tunc competit regreſſus de euictione, etiam ſi fiat voluntarium compromiſſum, Gloſſ. eſt ſingularis in lege, cùm pœnam. ff. de arbit. per quam ita dicit Cyn. in leg. non dubitatur. C. de euiction. Secundò ſcias, quòd etiam ſi compromiſſum fiat ex neceſsitate ſtatuti, tamen vt competat regreſſus de euictione in electione arbitrorum, venditor debet citari: ita eleganter declarat Bal. in lege prima. C. de peri. & commo. rei venditæ. Et quia ſuprà allegaui gloſſ. in lege, cùm pœnam. ff. de arbitr. vide pro intellectu illius leg. Ioan. de Imola in lege, ſi dominus. §. de euictione. ff. de legatis primo. vide etiam ſingularem doctrinam Bald. in lege, libera. C. de ſenten. in vltima columna, vbi dicit, quòd licet emptor ſuccumbat ex compromiſſo voluntario, habet tñ regreſſum de euictione ad ſimplũ, dummodo emptor ſit paratus oſtendere venditori, quòd emptor non habebat bonum ius in illa re. Iſta tamẽ ſingularis limitatio multum repugnat textui in dicto §. ſi compromiſero. vbi dicitur, quòd nullam habet actionem de euictione: & ideo eſt aliqualiter dubia, & per hæc eſt expedita ſexta quæſtio principalis. Et ad ea quæ ſuprà diximus in tertia quæſtione principali, potes addere ad intellectum illorum iurium, quæ videntur multum contraria: videlicet legem, ſi vnus. in principio. ff. de pact. & legem, ſi rem. §. ſi duo. infrà, de noua. quod poſſet dari nouus intellectus ad illa iura, qui minus diſcrepat à proprietate verborum illorum textuum: vt dicamus, quando quæritur, vtrum vnus ex correis credendi ſiue ſit ſocius, ſiue nõ, poſsit nouare obligationem in præiudicium correi, faciendo de nouo ſibi promitti ab eodem debitore, qui prius obligatus. Aliquando quæritur, vtrum poſsit nouare, faciendo ſibi promitti ab alio animo nouandi, & liberandi debitorem veterem. Primo caſu dicimus, quòd iſta nouatio non poteſt fieri: & ita intelligo textum in dicta lege, ſi vnus, qui reſtringitur per dictum §. ſi duo, vt ſtatim dicã. Secundò caſu dico, quòd indiſtincte poteſt fieri nouatio in præiudicium correi, quando ille qui ſtipulatur hoc agat expreſse, vt præiudicet correo: & ita intelligo textum qui loquitur in hoc caſu in dicto §. ſi duo. reſtringens id quod dixerat generaliter prius. In dubio autem non videtur velle correus præiudicare obligationi alterius: ita intelligo text. in lege, quamuis. §. quanquam. & quod ibi per gloſſ. ff. ad Velleia. quem adducit Barto. in iſta materia. ſuprà, in tertia quæſtione. & poteſt aſsignari ratio differentiæ not. quam ſentit Barto. vnico verbo in fine ſeptimæ quæſtionis, vt dicamus quòd in primo caſu illa

a ¶ Nouationẽ. Adde quòd hodie niſi expreſſe agaẽ, non fit nouatio interuentu nouæ perſonæ, vt per Paul. de Caſt. & Alex. in l. qui vſumfructũ. ſ. titul. proxi. & Rapha. & Pau. in l. ſingu. ſ. ſi certum pet. & Alexã. in l. Valerianus. de præto. ſtipula. pro quo vide etiam d. Pe. Philip. Corn. in conſil. xxxiij. in litera x. in ſecunda parte.

nouatio quæ fit in perſona eiuſdem debitoris, nullam habet ſimilitudinem cum delegatione, quia per eam non liberatur antiquus debitor, & ſuccedit nouus, ſed potius habet ſimilitudinem cum præoccupatione. Et quia iſte modus præoccupandi non videtur inductus à iure, ſecundùm quod præoccupatio fit per litis conteſta. vt lege, ſi pluribus. ff. de legatis primo. & in textu noſtro: ideo non admittitur talis modus præoccupandi. Et ſi dicatur, nouatio eſt ſimilis ſolutioni: vt in dicto §. ſi duo. ergo ſicut per ſolutionem factam vni à debitore communi tollitur obligatio aliorum: vt lege ſecunda. ſ. eodem. ita & per nouationem: nam ad hoc reſpondebimus vnà cum Angel. & Modernio. circa princip. vij. quæſtionis. Sed in ſecundo caſu, quando nouatio fit per interuentum noui debitoris, iſta nouatio eſt ſimilis delegationi, & æquiparatur ei: hoc probo ratione & lege. †. Ratione quidem: quia ſicut in nouatione quæ fit per delegationem, mutatur perſona creditoris: quia quod debebatur vni creditori, promittitur alteri, primo iubẽte. ita in nouatione, quæ fit per interuentum alterius perſonæ fit mutatio econtra noui debitoris; quia prò veteri debitore ſuccedit alius: & ideo iura, quando interueniebat noua perſona facilius præſumebant nouationem:[a] Inſtitutio. quibus modis tolli. obliga. §. præterea. & in lege, in perſonam. §. qui pa. ff. de pactis. & not. in lege penultima. infrà, de præto. ſtipulatione, vbi eſt videndum. Lege autem probatur hoc expreſse in dicta lege, ſi rem. §. ſi duo. verſiculo, alioquin. infrà, de noua. Et vt ſcias inducere, aduerte ad tex. quia poſtquam iuriſconſultus dixerat, quòd vnus ex reis debendi poterat nouare ad præiudiciũ alterius, addit alioquin quid diceremus in eo, qui delegat debitorem ſuum alteri, & erat conreus credendi, acſi diceret, ſi conreus credendi non poſſet nouare interuentu nouæ perſonæ, vt dictum eſt, ad præiudicium conrei: ergo etiam non poterit nouare per viam delegationis. Et ſic patet, quòd iſta duo æquiparantur quo ad poteſtatem præiudicandi conreo: per delegationem autem poteſt ſine dubio præiudicare conreo: vt probatur ibi, & fatetur Barto. expreſse in vij. quæſtio. ergo & ſimiliter per talem nouationẽ. ¶ Circa ſeptimam quæſtionem adde breuiter dictis Barto. inquantum ipſe dicit, quòd ſi vnus ex reis debendi promittit animo nouandi ſimpliciter, in dubio videtur habere animum liberandi omnes conreos, nam poſſet quæri, quid ſi ſimpliciter promittit, non tamen apparet, quòd promittat animo nouandi, vtrum tunc præſumetur nouatio? Et videtur dicendũ quòd non præſumatur: quia iſta ſecunda promiſsio continet idẽ, quod prima. ergo in dubio non præſumitur nouatio: vt lege, qui vſumfructum. in principio. & ibi plene per Bartol. ſuprà, de verborum obligationibus. & lege, ſi pupillus. §. qui actum. infrà, de noua. In contrarium facit, quia verba contrahentium in dubio ſic debent intelligi, vt nõ ſint inutilia, ſed operentur aliquid ſi fieri poteſt: vt lege, ſi ſtipulatus. in principio. ff. de vſuris. & lege, ſi quando. cum ibi not. ff. de legatis primo. Sed ſi non videretur facta nouatio, ſecunda obligatio continens idem quod prima, eſſet inutilis: vt lege, qui bis idem. & quod ibi not. ſuprà, titulo proximo. ergo potius debemus interpretari quòd ſit facta animo nouandi: quia ſic licet nullus maior effectus inducatur reſpectu creditoris, inducitur tamen reſpectu correorum debendi, quia liberabuntur ab obligatione ſua. Nec obſtat ſi dicatur: ergo ſecundùm hoc eſſet dicendum, quòd ſemper ſecunda obligatio continens idem quod prima, videretur facta animo nouandi: quia aliàs eſſet inanis, & fruſtratoria, vt dictum eſt: & tamen hoc falſum, vt ſuprà dixi. Nam ad hoc poteſt dici, quod iſtud eſt, quia poteſt imputari creditori, ſi volebat reum obligari ex ſecunda promiſsione, cur non expreſsit quod ſtipulabatur animo nouandi: vt lege, veteribus. cum materia. ff. de pactis. Sed iſta ratio non habet locum reſpectu correorum debendi, quibus acquiritur liberatio. & ideo forte hoc caſu poſſet dici, quòd videretur facta nouatio, & eſſet ſingularis limitatio ad not. in dicta lege, qui vſumfructum. Secundò adde inquantum Bartol. hic quærit, & non ſoluit quæ ſit ratio differentiæ inter ſolutionem & nouationem: quia ſolutio facta vni ex reis credendi tollit obligationem aliorum: & tamen nouatio non tollit, ſi rei credendi ſint ſocij, ſecundùm rationem ſuam. Nam Angelus hic, quem ſequitur Ioan. de Imol. reddit optimam rationem dicens, quòd ideo vera ſolutio & ficta, quæ fit per acceptilationem, tollit obligationem conreorum, quia vtraq; iſtarum tendit ad finem diſſolutionis obligationis totaliter. Et ideo iſti duo modi ſunt ſimiles adæquatè, vt ſuperius fuit declaratum in ſecunda quæſtione: ſed nouatio non eſt inducta ad finem tollendi obligationem abſolutè, ita quòd res quæ eſt in obligatione, amplius non debeatur: ſed ſecundùm quid, id eſt ad finem tollendi obligationem veterem, & inducendi nouam: & ideo in lege prima. ff. de noua. nouatio non diffinitur extinctio obligationis, ſed transfuſio: vnde non eſt ita ſimilis, ſicut acceptilatio, & ex ſimilitudine, quæ habet aliqua diſsimilia, non poteſt argui virtute æquiparationis, ſeu ſimilitudinis, ſecundùm gloſſ. in capitulo, ſicut vrgeri. prima quæſtion. prima. quàm adducunt Moderni. in lege, ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimo. & eſt optima glo. de iure ciuili in l. ſi autem. §. poſsidere. ff. de rei vend. & in l. creditores. ff. de noui operis nuncia. Vnde videmus, quòd pactum factum ab vno ex correis credendi ſocijs non nocet alteri: vt lege,

vt l. si vnus. ff. de pact. & tamen aliquando pactum æquiparatur solutioni: vt in dicta l. si vnus. ff. de pact. §. sed si stipulatus. ff. eodem. †Tertiò adde in hac septima quæstione, inquantum Barto. hic dicit, quòd si vnus ex duobus reis credendi, qui habebant reum obligatum ex contractu iuris gentium, liberat debitorem præcedente stipulatione per acceptilationem: ista liberatio quia respectu correi non interuenit stipulatio Aquiliana, nouans obligationem iuris gentium, quo ad eum, valet vt pactum: vt lege si acceptilatum. in principio. ff. de acceptila. & lege, si vnus. §. si acceptilatio. ff. de pact. & per consequens hoc pactum non nocet tali correo, nisi eo casu quo pactum simpliciter factum ab vno noceret alteri: de quo dictum est s. in sexta quæstione: nam ipse nō videtur posse euadere text. quem allegat in oppositum: videlicet lege, & per iusiurandum. §. & si fideiussori. ff. de acceptila. Sicut enim ibi acceptilatio facta in persona fideiussoris, quia valuit in eius persona, in consequentiam trahitur ad reum principalem obligatum de iure gentium: ita punctualiter videtur dicendum hic: nam ex themate suo apparet, quòd debitor respectu creditoris liberantis, & obligationis ipsius fuit rectè per acceptilationem liberatus, cùm obligatio sua fuerit nouata per Aquilianam stipulationem, vt ipse præsupponit. Cur igitur etiam in casu nostro ex persona sua non potest transire ad correum credēdi, vt in vi acceptilationis liberetur debitor etiam à correo? Certe hic non videtur ratio differentiæ: vnde difficile est saluare istud dictum. Ego tamen dicebam in lectione præcedenti, quòd facilius erat, vt acceptilatio efficax sit in persona fideiussoris fauore liberationis, & extenderetur ad reum principalem, quàm quod ex facto vnius ex correis credendi præiudicaretur alteri ex correis credendi: sicut videmus in lege, loci corpus. §. si fundus. ff. si ser. vend. & in lege, si de causa. ff. eodem titulo. in quibus probatur, quòd licet sententia lata pro vno, qui habet ius seruitutis insolidum, cum alijs prosit, alijs non, tamen alijs nocet. Confirmatur ista ratio differentiæ: quia si diceremus idem in casu nostro, quod in §. & si fideiussori. esset in potestate vnius ex correis credendi, ex contractu iuris gentium de facili auferre ius alterius, liberando per acceptilationem præcedēte stipulatione, vbi aliàs per pactum nō posset sibi præiudicare. Decisio tamen est valde dubia per ea quæ dixi: & tamen ex dictis suis nota singulariter, quòd quādo tacitum pactum resultat ex acceptilatione inutili, nihil amplius operatur, quàm simplex pactum, sine acceptilatione. Et videbatur dicendum contrarium, quia partes quæ voluerunt liberare per acceptilationem, videntur voluisse dare pacto vim acceptilationis. Sed ad hoc est dicendum, quòd acceptilatio valida non præiudicat correo credendi ex voluntate creditoris liberantis, sed potius ex natura sibi attributa à lege, quia habet vim solutionis: nam voluntas vnius non inspiceretur ad præiudicium alterius. Et ideo Bartol. optime dicit in hac illatione, & est addendum ad materiam, de qua ponitur in l. an inutilis. in princip. ff. de acceptilat. & in l. j. §. si quis ita. s. de verborum obligatio. Et ideo dicit Bald. not. in leg. si diuersa. C. de transact. quòd quamuis partes approbent sententiā nullam tanquam pactum solo consensu, sententia tamen vel conuentio loco sententiæ non habebit vires sentētiæ, vt mittatur executioni, sicut sententia, licet in contrarium faciant text. secundùm lecturam Barto. in leg. tale pactum. §. qui pro uo. ff. de pact. de quo dic vt ibi. Quartò adde vnum verbum, inquantum Bar. dicit absolutè, quòd est differentia inter nouationem ex vna parte, quæ fit ex alia causa: & nouationem quæ fit ex delegatione: nam hoc videtur contra text. in lege, si rem. §. si duo. versicu. alioquin. infrà, de noua. quem induxi tibi in princi. præcedentis lectionis. Et ideo dic, quòd doctrina sua indubitanter est vera, quando verus debitor de nouo promittit, & nouat suam veterem obligationem. Sed quando obligatio fieret per interuentū nouæ personæ, tūc ista videtur æquiparari in d. versi. alioquin. vt s. diximus in princi. præcedentis lectionis. Remanet tamen vna paruula differentia: quia nouatio quæ fit per delegationem, præiudicat simpliciter correo, etiam si expresse non sit actū: sed secus est in nouatione, quæ fit per interuentum nouæ personæ. Et ratio est: quia licet ista talis nouatio sit similis delegationi, non tamen habet vim solutiōis ita efficaciter, sicut ipsa delegatio, nisi sit actum expresse quòd præiudicet alteri: vt s. dixi. ¶ Circa octauam quæstionem adde dictis Barto. inquantum ipse dicit, ꝙ si cessio fit per vnum ex correis credendi contra debitorem, ista cessio non præiudicabit alijs correis, imo cessionarius qui succedit in locum cedentis, vtetur eodem iure, quo cedens cū alijs correis credendi, & non erit locus præoccupationi inter eos, vt qui primò litem cōtestabitur, vel recipiat solutionem, præiudicet alijs, per l. hæredem. & leg. quod ipsius. ff. de regu. iur. in quibus in effectu dicitur, quòd si successor vtit iure autoris. Angelus hic videtur limitare hanc doctrinā, quando cedens cessisset ex causa onerosa & accepisset pretiū pro cessione: tunc enim illud pretium, quod est datum pro eo quod debebat debitor, cedit loco solutionis: argumen. l. litis æstimatio. ff. pro emptore. & lege, venditores hæreditatis. ff. de hæredit. vel actio. vend. Sicut ergo si fuisset solutum huic cedenti à debitore, sine dubio præiudicaretur alijs: vt lege secunda. suprà eodem. ita etiam nunc præiudicabitur. Sed ista sua doctrina nō videtur vera: quia hoc pretium fuit solutum à nō obligato ex causa ad eum pertinente, non nomine debitoris: ergo non potest operari dissolutionem obligationis, sicut solutio. secundùm Bartolum, qui ita declarat in lege, Modestinus. in versiculo, quarto casu. infrà, de solutioni. & in lege, si res obligata. in fin. ff. de legi. & in lege, pasi. ff. mandat. cum multis alijs. Vnde dominus Ioannes de Imo. tandem remanet in hac conclusione, vt sit distinguendum, vtrum post cessionem interuenerit vnum de tribus, quæ ponuntur in lege tertia. C. de noua. an verò non interuenerit. In primo casu cessio facta ab vno ex correis credendi præiudicet alijs, ex quo actio directa cedentis est elisa apud eum. †Secundò casu non præiudicet, intellige vbi ad elidendam directam actionem cedentis requiritur vnum de illis tribus: nam aliqui sunt casus, in quibus actio eliditur ipso iure per cessionem, de quibus per Bartolum in lege facta. ff. ad Trebellia. & per Baldum in lege prima. C. de actio. & obliga. Sed quòd ista opinio nō sit vera, patet ex his quæ dicemus contra opinionem Bartó. Vnde pro intellectu quæstionis considera duos casus: vnus est, quando post cessionē immediatè actio diffinitiua cedētis eliditur: & alter, quādo non eliditur nisi interueniat vnum ex his tribus, de quibus in l. tertia. præalleg. Primo casu, si actio cedentis est elisa immediate, hoc non potest esse, nisi virtute taciti pacti, per quod cedens videtur promittere debitori, quòd ipse non peter. Secundo casu posset dici, quòd eliditur actio diffinitiua cedentis ex legis dispositione, quæ tamen procedit à facto hominis præcedente, scilicet accessione facta. In primo igitur casu, si debitor videtur liberari per tacitū pactū, præiudicet alijs correis credendi, videtur esse distinguendum sicut suprà fuit dictum in tertia quæstione. In secundo autem casu idem videtur dicendum: quia sicut aliquis ex facto suo prohibetur aliquid facere ad præiudicium alterius, ita prohibetur facere aliquid, ex quo resultet legis dispositio, inducens eundē effectum, secundùm glos. Barto. & Moder. in lege, si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & per Bal. in leg. hac edictali. in princi. C. de secun. nupt. Vnde in vtroq; casu videtur præiudicare, & non præiudicari, prout fuit dictum de pacto in tertia quæstione. Forte tamen possent saluari dicta Bartol. vt dicamus, quòd ista dicta in tertia quæstione habent locum in pacto, quod simpliciter & absolute tendit ad liberationem debitoris. Sed istud pactum, de quo nunc agitur, potius tēdit ad surrogationem vnius personæ in locum alterius in obligatione, quàm ad absolutam liberationem: & ideo quia actus agētium non operantur vltra eorum intentionem: vt lege, non omnis. in principio. ff. si certum petatur. Forte possent sustinere, quòd intentio cedentis nō fuit liberare ab alijs correis, & hoc dictū habet multam æquitatem. ¶ Circa nonam quæstionem, in qua quæritur de confessione reorum debēdi & credendi. Adde primò inquantum Barto. dicit, ꝙ confessio ex reis debendi nocet, quo ad interruptionem præscriptionis: vt lege fina. C. de duo. reis. Nam posset quæri, vtrum ista confessio noceat alijs reis debendi, si forte pereat instantia incepta contra vnum ex reis debendi, vel sit cōdemnatus, & tamen nō potuerit absoluere. Super quo breuiter est dicendū, quòd ista confessio non noceret alijs correis ad probandū debitum contra eos: quia superius determinatum fuit in quarta quæstione, quòd sententia cōdemnatoria lata contra vnū ex reis debendi, nō nocet alteri: vt optimè ibi probatur. †Et [13] regula est, quòd regulariter cui non nocet sententia, non nocet acta[a], secundùm Inno. in capitulo, causam quæ. de testibus. & refert Bartolus in lege secūda, infrà, iudicatum sol. & in alijs locis quæ suprà retuli referendo dicta Angel. Secundò adde inquantum Bartolus hic dicit: quòd confessio extraiudicialis facta vni ex reis credendi à debitore non nocet alijs reis: quia per eam non fit præoccupatio, sicut per confessionem factam in iudicio: sed solùm inducit probatio debiti: vt lege Publia. in fine. ff. depositi. Vnde alijs correis nō nocet, sed prodest quo ad effectū interrūpendi præscriptionem in fauorem

[a] ¶ Acta. De quo vide per Fely. in c. at si clerici. in ij. colū. versicul. vltimo ad intelligentiam. de iudi.

omnium correorum credendi: per leg. final. C. de duobus reis. nam ex his vltimis verbis videtur sentire, quòd ista confessio extraiudicialis, quo ad alium effectũ, nõ possit prodesse alijs correis debendi. Post dictum infert, quòd si alter ex reis credendi vellet probare debitum, ex ista confessione, nõ posset: quod credo esse verissimum, quando essent duo rei credendi, qui non essent socij, nec vnus reciperet confessionem nomine alterius: nam si essent socij, quia vnus ex socijs videtur habere mandatum recipiendi solutionem nomine alterius: vt l. si vnus. in princip. ff. de pact. & ego tetigi in l. reos. in princ. ff. eod. ad intellectum glo. in l. nemo. ff. pro soc. tunc confessio simpliciter facta à debitore coram illo qui repræsentaret personam socij, satis videret facta illi alio socio præsente. Intellige tamẽ, quando debitor fuit confessus de vtroq; correorum, quòd erat eorum debitor: nã non videtur carere ista cõfessio præsentia partis, ex quo est facta corã procuratore correi absentis. Similiter si duo essent rei, non socij, & vnus reciperet confessionem pro se, & pro correo absente: si corre⁹ absens postea ratificaret, satis videretur facta in præsentia partis: ita decidit Dy. in consilijs suis no. quem refert & sequitur Ioan Andr. in addi. Specula. in titu. de confes. §. nunc videndum. versic. quid si rem tuam. & Bald. in l. j. C. quando lice. ab empt. disce. vbi refert consilium Dyn. & Ant. de But. & Moder. in c. si cautio. extrà, de fide instrum. Vltimò adde, inquãtum Barto. in fin. huius quæstionis dicit, quòd confessio facta ab vno ex reis credendi habet vim pacti liberatorij, & tantũ præiudicat, quãtum pactum alijs conreis credendi: per l. tale pactum. in princi. ff. de pact. & quod habetur in l. si ex pluribus. j. de solu. Debes enim singulariter notare hanc doctrinã, quæ ampliat ea quæ ipse scribit in l. ij. §. creditum. ff. si cer. peta. & in alijs locis diuersis, vbi ipse dicit, quòd confessio procuratoris habentis mandatum ad accipiendum pecuniam, nõ præiudicat domino, quia sapit speciem donationis: per l. j. §. sed si mutuantur. ff. si quid in frau. pa. nam istud est verum, secundùm Barto. hic, etiam in eo qui soluendo & exigendo ex iure propriæ obligationis, non virtute alicuius mãdati potest præiudicare tertio, vt sua confessio non operetur idem, quod vera probatio solutionis. Secundò adde dictis Ange. & Mod. hic, huic conclusioni, quòd confessio quæ fieret in iudicio ab vno ex reis credẽdi in vi contentiosę iurisdictionis: verbi gratia, respondendo positionibus videretur præiudicare alijs cõreis, ex quo habet potestatem agendi insolidum, per ea quæ habentur in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confessis. & p Bartol. & per Cyn. & per Bald. in l. vna. C. eodem. Sed Ioan. de Imo. perpendit bene de errore manifesto huius doctrinæ: qa 14 cùm positionibus non respondeatur, nisi post lit. contestat.† quod patet quia prius debet iurari de calumnia, & iuramentum calumniæ præstatur post litem contest. [a] vt patet ex no. in c. j. & ij. extrà, de confessis. libr. vj. & in l. ij. C. de iura. calũ. ex quo præcessit litis contestatio, confessio sequens iam non præiudicat conreis, sed soli confitenti, qui per lit. contestat. appropriant sibi debitum: vt in l. nostra. & ideo ipse infert cõtra secundum dictum Angel. quòd quia iam tempore confessionis causa pertinebat ad solum confitentem, creditor conreus non poterit reuocare confessionem factam ab illo, tanquam erroneam & falsam: sicut dicimus de patre in l. cùm filius. s. titul. proximo. quia nihil sua interest, sed solius confitentis. Posset tamen deduci in practicam doctri. Angeli, si ante litem contesta. apponeretur aliqua exceptio declinatoria litis finitæ, vel alia quæ posset opponi ad processum: de quib⁹ vide per Barto. in leg. nam postea. in princip. ff. de iureiuran. & in leg. finali. ff. pro suo. Nam tunc ex quo lis non erat cõtra debitum, est adhuc commune omnium conreorum credendi. & ideo videndum esset in casu, vtrum doctrina Angel. sit vera, vel non. Et prima facie videtur valde dubia per regulã, de qua proxime dixi, quòd cui non nocet sententia, non nocent acta: sed sententia noceret lata contra vnum ex correis credendi, si per litis contestatio. non fieret præoccupatio, vt ostendam: ergo nec acta nocebunt. Consequentia patet, & minor probatur: quia ego video, quòd sententia lata contra vnum ex reis debendi non nocet alteri: vt leg. final. C. de fideiussori. & tenet Barto. s. in quarta quæstione. & hoc est, quia licet sit vnus conuentus in iudicio, debitum tamen adhuc remanet commune cum reliquis: ergo similiter dicendũ est in creditoribus conreis, si vnus ex reis confiteatur aliquid antequam creditum sit effectum proprium per litem contestatam: & est ista cõsideratio subtilis, & noua in ista materia, quam tenebis menti. ¶† Circa decimam quæstionem adde secundæ conclusioni, quam ponit hic Bartol. inquantum ipse restringit textum in lege, Vranius. §. ij. ff. de fideiussor. vel ad duos reos, ex causa onerosa, quando tota pecunia peruenit ad conreum, cui non sit successum, quòd vtraq; solutio videtur esse inepta ad illum textum: nam secundùm primam iuriscõsultus non respondet ad quæstionem propositam in principio textus, quæ proponitur exprese de duobus reis ex causa onerosa. Secundùm secundam primò diuinat ad textum, quia ibi non dicitur quòd lata pecunia peruenerit ad vnum. Præterea cùm dicamus simpliciter, quòd ambo cœperint pecuniam mutuo ex iuris præsumptione, pro vili præsumitur pecunia ad eos peruenisse: vt plene retuli post Paul. de Castr. in leg. reos. §. fina. s. eod. Et ideo quærenda est alia solutio ad illum textum: considerabã ergo posse simpliciter saluari tex. iurisconsul. aduersus duas rationes assignatas per glo. & Bartol. in dicta lege, Vranius. vt hic. Et primò cùm dicitur, quòd si iste creditor ageret insolidum contra alium conreum, cui non successit, obstaret sibi exceptio cedendarum, quando pecunia peruenit ad vtrunq; pro parte: vt lege, si Stichum. §. si creditor. el ij. ff. de solutionibus. Ad hoc põt responderi dupliciter, vel intelligendo text. in lege Vranius. quòd bona debitoris fuerint confiscata ex delicto commisso per eum: quo casu secundùm Dyn. & Barto. in leg. j. §. an bona. ff. de iure fisci. bona applicãtur ipso iure fisco. Vnde creditoris actio fuit confusa & extincta absq; aliquo facto creditoris, scilicet fisci: & ideo non potest sibi obijci exceptio cedẽdarum: quia tex. in dicto §. si creditor. & in lege, si pupill⁹. ff. de administratione tutorum, cum alijs iuribus concedunt istam exceptionem, quando ex culpa vel ex facto creditoris voluntario esset extincta obligatio aduersus conreum: & iste non est casus noster, & in isto casu loquitur proprie Barto. in lege, si stipulatus. §. si ex duobus. infrà, de fideiusso. vbi est omnino videndum: & secundùm hoc ampliabitur id quod dicit tex. & glo. in lege in his. §. si duos. j. de solutionibus. & Bartol. in dicto §. si ex duobus. quòd non solùm non obstat exceptio cedendarum agenti, quando ille qui poterat conueniri fuit liberatus ex facto debitoris absq; voluntate creditoris: sed etiam quando aliàs ille qui poterat conueniri esset liberatus præter culpam & voluntatem creditoris, ex legis dispositione. Vel potes dicere, si vis intelligere textũ in lege, Vranius. simpliciter, ex quacunq; causa bona sint deuoluta ad fiscum, quòd licet aliquando non deuoluantur ipso iure, sed sit opus aditione: quia tamen non agnoscitur specialiter illud ius obligationis, quo debitor erat obligatus creditori, sed agnoscitur hæreditas in vniuersum, in qua aditione in consequentiam venit, vt extinguatur obligatio, quia nemo potest debere sibi ipsi: ideo factum creditoris non dicitur voluntarium, sed potius necessarium: quia si non volebat perdere hæreditatem, necesse erat vt adeundo vellet istud ius extingui: & ideo hæc non dicitur voluntas spontanea, in qua fundatur æquitas exceptionis cedendarum. ¶ Ista conclusio probatur in simili in textu, & glossa quam ibi approbat Bartol. in lege penulti. §. finali. de inofficioso testamento. vbi dicitur, quòd si exhæredatus, qui poterat intentare querelam, acceptat legatum sibi factum ab hærede instituto ex testamento, cõtra quod competebat querela, repellitur à querela inofficiosi: quia nulla necessitate cogente petendo legatum videtur approbare testamentum: vt lege finali. in fine. ff. codem titulo. Sed si exhæredatus instituitur hæres ab eo cui erat factum legatum in testamento, licet ipse acceptet hæreditatem, nõ excluditur à querela: ratio est, secundùm gloss. quia cùm legatum factum illi quem relinquit hæredem, sit in hæreditatem, quum in iure vniuersali non poterat hæres scriptus 15 adeundo hæreditatem adire eam excepto legato, †quia hæreditas non potest adiri pro parte, & pro parte repudiari [b]: vt lege prima, & secunda. ff. de acquirenda hæreditate, vnde dicitur acceptasse legatum ex necessitate, licet repudiando hæreditatem legatum. Sed lex habet hoc pro absurdo, quòd propter vnam rem quis debeat dimittere totam hæreditatem: & ideo non dicitur actus voluntarius, sed necessarius, & in consequentiam. Ita ergo dicemus in casu nostro, quòd quando ex facto creditoris adeuntis extinguatur obligatio vnius ex reis debendi, iste actus non dicatur voluntarius, ne propter hocius solum amittere habeat totam hæreditatem: & quia ista extinctio huius iuris venit in consequentiam ad additionem: & hoc modo subtiliter soluitur obiectio. Et ex vtraq; solutione habes duas limitationes ad iura præal. Prima est, q iura quæ dicũt obstare exceptionem cedẽdarum, non habent locum, qñ obligatio debitoris fuit extincta ipso iure, absq; facto creditoris, secũdùm primã solutionẽ. Secundò

a ¶ Post li. cõt. Vtrũ in iuramẽto cal. qđ respicit totam causam: quia illud debet præstari statim post lit. contest. vt dicit Bartol. in d. l. ij. in prin. per illum tex. alleg. hoc contra Are.

b ¶ Repudiari. Facit etiam qđ per Dy. habetur in consili. a xxvj. in versicu. itẽ quia l. cauetur.

Secundò, quando fuit extincta facto creditoris, non voluntario, in quo culpa non pōt imputari creditori. Et inter cætera tenebis menti tex. quē ibi not. Bald. ad hoc in l. alterius. §. fina. ff. de tut. & ra. distra. qui probat secundùm Bal. ibi, quòd exceptio cedendarum potest opponi in executione sententiæ. Secundò, quando petitur cedi actio, nō à conreo, neq; à fideiussore, sed à tertio possessore, contra quem agitur hypothecaria: tūc creditor tenetur cedere ius efficax, si illud habet: sed si extinctum vel elisum ex facto suo voluntario, non tenetur cedere: ita diuinat not. Ioan. Andr. in titu. de renun. & conclu. §. j. versic. & clarius & melius declarat Bal. in l. iubemus. in vlti. q. C. ad Velleia. Et ista addes ad ea quæ scribit Barto. in l. stipulatus. §. si ex duobus. præalleg. Secundæ obiectioni, quā facit Bart. hic, & in l. Vranius. respondeo & dico, quòd regula quæ ponitur in l. si socer. in princi. ff. solu. matri. & in l. dolo facit. ff. de doli excep. quòd dolo facit qui petit, quod restituturus est: non habent locum, quando ille q petit, petit ex psona sua, & ex iure proprio: est aūt restituturus vel redditurus, tanquā alius, id est ex persona alterius: sicut in casu nostro. Ista cōclusio singu. & noua probatur ex his quæ tradit Bart. no. in l. post legatum. circa prin. ff. de his qui. vt indig. vbi per illum text. tradit talem regulam, quòd agenti in iudicio ex persona alterius nunquam potest obijci exceptio doli, vel rei iudicatæ, quæ oritur ex iure, quod cō petit sibi & persona sua: & eadem ratione necessario est dicendum ecōtra, quòd agenti ex iure ex persona propria, nō potest obijci exceptio doli, vel rei iudicatæ prouemens ex iure, quòd habet ex persona alterius: & talis est casus noster, & sic redditur tex. ille in l. Vranius. id est valde singu. limitans ea quæ traduntur in d. l. si socer. Sed tu posses dicere, quòd tex. in §. qui accusauit. in quo se fundat Barto. loquitur, quādo ius post deductum in iudicio ex persona propria superuenit ius ex persona alterius. & ita intelligit illum tex. vt fugiat contrarium eiusdem. l. iij. §. si pater. Declarando ergo dicta sua breuiter dic, quòd illa distinctio & consideratio habet locum, quando quis vellet intentare duo iura, quæ immediate haberent originem ab eadem dispositione: vel immediate orirētur occasione illius dispositionis: & ita loquitur tex. in d. §. si pater eiusdem legis. Nam quòd pater dicat testamentum falsum, & capiat legatum ex persona filij vel serui, ista sunt duo iura, quæ competunt eidem immediatè occasione testamenti. Sed quando duo iura concurrētia in eadem persona non haberent originem immediatam, vel occasionem ab eadem dispositione, ista distinctio esset falsa: vt patet ex dictis suis, quæ postea sequuntur in d. §. qui accusauit. vbi tenet, quòd licet habēti querelam, vel volenti dicere testamētum falsum, superuenit ius ex persona alterius ante moram, querelam, vel iudicium: nihilominus poterit intentare ius cōpetens ex persona alterius, quamuis prius dixerit testamentum falsum, vel inofficiosum: & econtra, si prius intentauit ius quæsitum ex persona alterius, poterit dicere testamentum falsum, vel inofficiosum: vt colligitur ex dictis suis. Et quia ista dicta in ista materia sunt multum noua, nō audeo affirmare pro nunc, sed prima facie videntur vera, & minus absurda, quia minus destruunt tex. quàm solutiones gloss. & Barto.

Siue à certis. Relictum à certis hæredibus sub nomine appellatiuo, vel ab omnibus, vno excepto, vel ab omnibus simpliciter, debet in totū, & portionibus hereditarijs. Secūda est ibi: siue ab omnib⁹. Tertia ibi: idem est. ¶ †No. secundùm cōmunem intellectum, quòd etiam ille dicitur nominatim grauari, qui grauatur per nomē appellatiuum, nō expresso nomine proprio: de quo vide text. in l. Titius. in prin. ff. de lib. & posthu. & ibi per Barto. & per eundem in l. turpis. §. fina. iuxta fin. ff. de lega. j. ¶ Secundò not. ibi: in totum & c. quòd quādo hæredes grauantur vno excepto, alij tenentur ad totum legatum, ita quòd onus quarti exempti accrescit tribus. Idem probatur in l. ab omnibus. in princ. ff. de lega. j. quod debes intelligere, quando legatur quantitas vel species non hæreditaria. Nā si legaretur species hæreditaria, tunc alij grauati non tenerentur, nisi pro rata portionum suarum: vt l. si fundum. §. libertus. ff. de lega. j. de quo vide quod plene scribit Barto. in l. continuus. §. final. in vltimo membro. s. titu. proxim. & in l. Meuius. §. cum qui. ff. de lega. ij. vide etiam quod plenissime ponit Pau. de Cast. in l. si tibi homo. in princip. ff. de lega. j. ¶ Tertiò not. quòd quando hæredes grauantur simpliciter, in dubio videntur grauari pro hæreditarijs portionibus: de quo plenius dicetur in glossis.

SVMMARIVM.

1 ¶ Vnus ex reis debendi offerendo creditori an cōstituat eum in mora.
2 Culpa commissa ab vno ex reis debendi an officiat alteri.

Ex duobus. Factum vnius ex reis promittendi non nocet alteri. ¶ In glo. vnica super verbo, nocet. ibi: si socij sint. ista solutio comuniter approbat ab omnibus. Et aduerte, quia licet ita cōmuniter approbetur, multum diuinat ad ista iura: quia nec text. iste, nec lex contraria restringunt se ad socium, vel non socium. Et ideo melior videtur lectur. Placentini. videlicet quòd ista loquitur in mora commissa in faciendo, quam Bart. appellat moram ex malefacto in l. si insulam. s. titu. proxi. l. autem contraria loquitur in mora commissa per interpellationē, quę est in omittēdo: sicut patet ex princi. l. vsq; ad finem. Nec obstat id quod dicit hic gl. contra Placen. quòd huic opinioni ob. l. final. C. de duobus reis. quia ad hoc faciliter potest respōderi, quòd mora in omittendo nocet alijs cōreis, quo ad interrumpendam præscriptionem, vt ibi dicitur: sed quo ad alios effectus, puta quo ad periculum interitus, vel cursus vsurarum, non nocet: sicut dicunt docto. limitando gloss. j. quę fuit gloss. & Mar. videlicet quòd quo ad interrumpēdam præscriptionem, factum vnius rei debendi nocet alteri, licet non sint socij: sed quantum ad alia non. Et potest assignari satis bona ratio differentiæ inter morā commissam in faciendo, & in omittendo: nam quādo mora committitur in faciendo, magis de directo factum vnius ex reis debendi nocet creditori, quàm si mora est in omittendo: tunc ei ex omissione non læditur immediate creditor ex facto vnius debitorū, maxime quo ad interitū, sed ex interitu postea secuto aliter, quàm ex facto debitoris: & ideo casus non sunt omnino similes: quia in primo casu non est inconueniens, quòd sit in potestate vnius ex reis debendi liberare alios conreos: sicut econtra ex facto creditoris non potest alterari constitutio duorum reorum debendi in præiudicium alicui⁹ eorum: vt l. eandem. §. sed & si quis. s. eod. Præterea nos videm⁹, quòd in multis magis aggrauatur mora in cōmittendo, quàm in omittendo: vt patet in purgatione moræ ex his quæ tradit Barto. in l. si insulam. s. titu. proxi. Item in purgatione vitij & moræ, per nouationem: vt traditur p Bald. in l. subtracto. C. de fur. mora etiam in committendo potest cōmitti à debitore in diem, vel sub conditione, sed non mora in omittendo: secundùm gloss. & Bar. in l. cum qui ita. §. fina. s. titulo proxi. Sed prima ratio differentiæ magis placet: pro qua adducotibi not. dicta Barto. in xij. q. in l. ex duobus. s. eod. de quibus postea dicemus, a vbi Barto. concludit, quòd quātum ad obligationem secundariam doli & culpæ, quæ cōmittitur ad interesse, factum vnius ex reis debendi nocet alteri: & est verissima conclusio, vt suo loco dicetur. Sicut ergo culpa & mora in committendo, quo ad ipsam obligationem secundariam, nocet alteri: cur non idem quo ad culpam, ex qua perpetuatur obligatio primitiua, quo ad ipsam rem? Certe non videtur assignari bona ratio differentiæ: licet Barto. ibi hanc differentiam nō faciat: quia sequitur distinctionem Ioan. & Mar. qui non distinguunt inter commissum & omissum: sed dicunt in vtroque casu idem, quo ad primitiuam obligationem. Angel. tamen hic sequendo communem sententiam limitat eum, vt dicamus quòd tunc mora vnius ex reis debendi, qui non sunt socij, non nocet alteri, quando verè ambo sunt duo rei debendi. Nam si sit color quæsitus, quia verè vnus erat fideiussor, & alius reus: tunc factum illius, qui est principalis, noceret alteri, tanquam fideiussori, per legem, mora rei. s. de verborum obligatione. & istud satis colligitur ex his quæ tradit Barto. in simili quæstione in lege, reos. s. eod. in princi. & in leg. in duobus. §. vbi duo. in quibus locis ostēdit, quòd quādo est color quæsitus, ille censetur quo ad omnia esse fideiussor. ¶ Adde etiam dictis Bartol. in l. ex duobus. in vndecima quęstione. s. eodem. aliqua breuiter, & primò inquantum declarādo gl. dicit, quòd quo ad interrumpendam præscriptionem, mora vnius rei debendi nocet alteri: nam gloss. inferius ibi: sed ibi in executione & c. videtur sentire secundùm Angelū, quòd interruptio præscriptionis facta cū vno ex reis debēdi tūc nocet alteri, quando fuit facta interpellatio iudicialis: licet gl. in l. in condēnatione. §. vnicuiq;. ff. de reg. iur. de hoc non curauerit, secundū Azo. Sed vt dicit Io. de Imo. debuit curare, qa interpellatio iudicialis non interrūpit præscriptionem: vt l. sicut. & l. oēs. C. de prescri. xxx. an. & plene p Bal. in l. naturaliter. ff. de vsuca. ¶ † Secundò adde in quātū Bart. dicit, q vnus ex reis debēdi offerēdo creditori cōstituit eū in mora[a], quo ad alios reos

¶ In mora. Adde d. Alex. de Imo. in l. q te. s. si cer. peta. & in l. mora. de vsuris. & Bar. in l. curabit. C. de act. emp. & ī l. de diuisione. soluto matrimo.

debendi. Nam hoc nō videtur expeditum omni caſu, ſed procederet, vel
quando vnus ex reis offerret nomine omnium, vel quando ſimpliciter:
quo caſu videtur velle ſoluere, vt omnes liberentur: vt l. Modeſtinus.
infrà, de ſolut. Sed quando vnus ex reis offerret, vt liberaret ſolum ſei-
pſum, vel proteſtaretur velle cedi ſibi actionem: tunc quia alij nō libera
rentur ex iſta ſolutione: vt optime declarat Bart. in d.l. Modeſtinus, in
ſua diſtinctione, magna oblatio non videretur facta nomine aliorũ; qđ
videtur requirere tex, vt cùm oblatio fit ab extraneo, debitor liberetur
in l. qui decem. §. qui mihi Stichum. ff. de ſolu. & cũ iſto temperamento
debes intelligere dicta Bartol. Et ſimiliter poſſet dici in caſu ſequenti,
quem tangit hic Bar. vtrũ interpellatio vnius ex reis credendi cōſtituat
omnes debitores in mora, quo ad alios conreos. Nam ſi id quod petit cō
reus credendi, eſſet cōmunicandum alijs cōreis, ſine dubio procederet do
ctrina Bar, per leges allegatas per eum, & per ea quæ ipſe not. in l. ſi ſer-
uum. §. nunc videamus. ſuprà, titulo proximo. Sed ſi vnus ex reis credē-
di, qui non tenetur communicare alijs, petat ſibi ſolui, hic non videt̃ in-
terpellare nomine cōreorũ; & ideo magis dubiũ eſſet, vtrũ quo ad alios
conreos, debitor cōſtituatur in mora per rationem proximè dictã: & in-
quantum Bart. hic, ꝙ ſi creditor fuit conſtitutus in mora ab vno ex reis
debendi, interpellando poſtea alium nō purgat priorē moram, quo ad il
lum qui primò ſibi obtulit per l. mora rei. ſ. titu. proxi. Adde quòd idē
2 tenet Ange. in repetitione ſua in l. & ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau. ¶ † Vlti-
mò inquantum Barto. in l. ex duobus. in xij. q. ſ. eodē, vult quòd culpa
commiſſa ab vno ex reis debendi noceat alteri per l. ſi diuiſa. C. locat. &
per l. cùm apparebit. ff. eod. quam ſequitur etiam hic Angel. & dominus
Ioan. de Imo. ſatis prolixe nititur impugnare iſta dicta. Et primò addu-
cit tex. contra opi. iſtam in l. j. §. ſi apud duos. in fine. ff. depoſiti. vbi duo
depoſitarij obligati inſolidum tanquam duo rei, nō tenetur vnus ex cul
pa alterius. ¶ Secundò adducit tex. in l. eandem. §. ſed & ſi quis. ſ. eo. vbi
dicitur, ꝙ ſi eſt factum pactum de nō petendo vni ex duobus reis ſocijs,
hoc pactum non prodeſt alteri, niſi ratione culpę communis: & ſic datur
intelligi, ꝙ ſi culpa eſſet propria alterius, ꝙ pactum non ſibi prodeſſet:
& ex hoc datur intelligi, ſecundùm eum, ꝙ ex propria culpa commiſſa
ab vno ex reis debendi alter non teneretur. Non obſtant ſecundùm eũ
iura allegata per Barto. quia vel poſſunt intelligi, ꝙ illi ibi teneãtur, quo
ab obligationem primitiuam inſolidum, non quo ad obligationem ſe-
cundariam, quæ contrahitur ratione doli vel culpæ: vel poſſunt intelli-
gi, quòd ibi culpa erat communis: ſicut etiam dicit eſſe intelligendũ tex.
in l. ſi vt certo. §. fina. cum l. ſeq. ff. commo. ibi enim vterq; erat in culpa,
vnus in committendo, alter in omittendo; & ideo ratione propriæ cul-
pæ quilibet poterat conueniri. Tu autem aduerte, quia hic eſt æquiuoca
tio, & error manifeſtus. Nam text. in §. ſi apud duos, nō loquitur in his q
ſunt propriè duo rei: ſed largo modo, quia ſunt obligati inſolidum: &
ideo vnus nō tenetur ex culpa alterius. Sed quando eſſet actum expreſ-
ſe, quòd eſſent duo rei debendi, tunc culpa vnius noceret alteri: ſicut ꝓ
bant iura allegata per Barto. quæ reſtringere modis ſupradictis eſt diui-
nare. hoc dicit Barto. expreſſe faciendo iſtam differentiam punctualiter
in l. iiij. §. Cato. in tertia oppoſitione, iuxta fin. ſ. de verbo. oblig. & ideo
ipſe idem in l. eandem. in princip. in ij. q. ſ. eod. diſtinguit expreſſe iſtos
caſus dicens, ꝙ ſi eſt actum ꝙ ſint duo rei, & tunc ſeruatur diſtinctio. l. j.
§. ſi apud duos, quam ipſe ibi allegat. ff. depoſiti. intellige in obligatione
ſecundaria, vt ibi dicitur. Et ad tex. in l. eandem. §. ſed & ſi quis. eſt dicē-
dum, ꝙ ideo pactum factum vni non prodeſt alteri, qui ſolus culpam cō
miſit: non quia non poſſet conueniri, ſed quia alter non poſſet conueni-
ri ex culpa ipſius: quia ſi ſic eſſet, tũc quo ad illum alterum pactum eſſet
ſuperfluum in iſto caſu, ex quo culpa alterius nō noceret ipſo iure: quòd
tamen ibi operetur in perſonam eius, cui pactum fuit factũ, vt exceptio
pacti proſit conreo. Et hanc rationem aſsignat Barto. expreſſe ad intel-
lectum illius §. ſed & ſi quis. in l. ex duobus. in iij. quæſtio. principa. ſ. eo.
Sequere ergo opinio. Barto. cui nihil obſtat, vt ſ. eſt declaratum. & per
hæc ſit expedita iſta lex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Exemptio vel liberatio obligationis de vna in aliam perſonam, an habeat vim ſolutionis.

2 Deportatio ſucceſsit loco pœnæ interdictionis aquæ & ignis.

3 Obligati plures inſolidum ex maleficio ciuiliter an dici poſsint duo rei debendi.

CVm duo. Quando vnus ex reis debendi liberatur
per capitis diminutionem mediã, vel ma-
ximam, obligatio non extinguitur, ſed potius perſona exi-
mitur ab obligatione: & ideo alius conreus non liberatur: &
reſpectu obligationis alterius conrei poteſt accedere fideiuſſor. Secunda
1 eſt ibi: multum em̃ intereſt. Tertia ibi: & ideo &c. ¶ † Not. ꝙ exemptio
vel liberatio ab obligatione quæ fit, quando obligatio quæ erat in vna
perſona, transfertur in aliam, nō habet vim ſolutionis; hic etiam obliga-
tio deportati transfertur in fiſcum, qui tenetur loco ipſius: vt l. ij. C. ad l.
Iul. de vi pub. & l. inter eos. §. fi. & ibi per Bar. j. de fideiuſ. & aliquid te
tigit in l. capitis. ff. eo. titu. Item probatur in l. ſi marito. in prin. ff. ſoluto
matrimo. concor. tex. in ſimili in l. veteranus. j. de fideiuſ. vbi ſimpliciter
dicitur, quòd quando creditor ſuccedit vni ex reis debendi, potius exi-
mitur perſona ab obligatione, quàm diſſoluatur obligatio: & quia fiſc'
ſuccedit ad ſimilitudinem hæredis, licet non ſit hæres propriè ſecun-
dùm Barto. & alios in lege, ſi conſtante. §. fina. ff. ſoluto matrimon. ideo
ſi fideiuſſor ſuccedit debitori ſuo, confunditur etiam actio, quo ad ſuos
fideiuſſores, vt non poſsint conueniri, ſecundùm Bart. in l. capitis. prę-
allegata. & fuit olim quæſtio diſputata, quam refert Ioan. An. in addi.
2 Specu. ſuper rubri. de fideiuſſo. vbi eſt videndum. ¶ † Secundò nota. de
pœna interdictionis aquę & ignis, cuius loco ſucceſsit hodie deportatio:
vt traditur Inſtit. de cap. dimi. §. mediam. & in l. iij. j. ad legem Iuliam re
petun. de iure autem canonico loco eius ſuccedit excommunicatio, ſe-
cundùm gloſ. in capitu. paſtoralis. extrà, de appella. & Ioan. de Imo. hic.
Vltimò not. quòd deportatus licet non poſsit dare fideiuſſorem, quan-
do ſolus eſt obligatus: vt l. ſi debi. depor. j. de fideiuſ. poteſt eum tamen
dare, quando habet conreum pro illa obligatione, qua conreus eſt obli-
gatus: quod qualiter ſit intelligendum, dicetur in gloſ. ¶ In gl. j. ibidem:
& ſi minima. iſtud exemplum non eſt ita conueniens, ſicut & præceden
tia: quia ille qui liberatur per minimã capitis diminutionem, liberatur
quidem ipſo iure ab obligatione, ſed ex æquitate prætoria reſtituitur in
eum actio: vt l. ij. §. hi qui. ff. de cap. dimi. & ideo cùm in effectu teneat̃,
non eſt mirum tunc, ſi obligatio alterius conrei non extinguitur. ¶ In
gloſ. ſuper verbo, tenetur. ibi: pro altero conreo &c. ſi gloſ. intellexit, ꝙ
fideiuſſor fuerit datus à deportato ſpecialiter tanquam accedens obliga
tioni conrei: iſta ſolutio eſt vera in ſe, ſed aliqualiter diuinat ad text. Nō
enim apparet in litera, quòd dederit fideiuſſorem magis pro obligatio-
ne conrei, quàm pro ſua: ſi autem intellexit, quòd fideiuſsio data ſimpli
citer intelligatur data pro eo, & in eum caſum, quo valere poteſt: vt
lege, ſemper in ſtipulatio. ff. de regulis iuris. & leg. Gallus. §. quidem re
cte. ff. de liberis & poſthumis. ſed tamem adhuc continet aliquam diui-
nationem: quia cùm text. dicat, quòd ipſe deportatus dedit fideiuſſorē,
nec appareat ſub qua forma, videtur poſſe intelligi, etiam ſi det fide-
iuſſorem pro ſe, & pro obligatione ſua. Ideo Barto. & Modernio. com-
muniter ſoluunt, quòd fideiuſsio hic fuit facta ſimpliciter pro obliga-
tione, qua deportatus iam ſe obligauit: & huic obligationi poteſt acce-
dere fideiuſſor, quia adhuc durat apud fiſcum, in quem eſt translata: ſe
cus ſi dediſſet fideiuſſorem pro obligatione, pro qua tũc tenebatur: quia
cùm pro nulla tunc teneat̃, nulli obligationi ſuccedit fideiuſſor, & ideo
non valet fideiuſsio: vt d. l. ſi debitor deporta. j. de fideiuſſo. Eſt enim cō
munior opinio, & vera, quòd deportatus eximitur ipſo iure ab obliga-
tione ciuili & naturali: vt patet in d. l. ſi debitori, & probatur clarius ſe
cundùm Barto. in leg. quoties. §. fina. ff. de noua. vbi ſi prima obligatio
nouatur in euentum conditionis, & purificatur conditio poſt deporta-
tionem, ideo impeditur nouatio, quia non ſubeſt aliqua obligatio, quæ
poſsit nouare veterem. Sed ſi deportatus remaneret obligatus naturali-
ter, ſubeſſet obligatio ſufficiens, ad nouandum veterem: vt l. j. ff. codē.
Ergo per illum textum datur intelligi, quòd etiam ab obligatione natu
☞ rali eximitur deportatus, vt hic dicit Bartol. † Sed relinquitur fortis du-
bitatio circa intellectum illius legis, quare purificata conditione obli-
gatio nouans, quæ erat futura penes debitorem, non tranſit in fiſcum,
& ſic fiet veteris obligationis nouatio, vt regulariter obligatio actiua
& paſsiua conditionalis ita tranſeat in fiſcum, ſicut obligatio pura: vt l.
Statius. §. Corneliæ. ff. de iure fiſci. & lege, inter ſocerum. §. finali. ff. de
pact. dotali. Bartol. in dicta leg. quoties. in fine. ſolum dicit, quòd obliga
tio conditionalis, quæ habet cauſam de præterito, ſi purificatur poſt de
portationem, non transfertur in fiſcum. Sed cur iſto caſu non transfe-
ratur, non aſsignat rationem, quam debuit aſsignare, maxime propter
iura prædicta, quæ vidētur probare totum oppoſitum. Vnde Bald. in l.
finali. C. de contrahenda emptione. non ſequitur iſtam doctinam Barto
li, ſed reſtringit textum in dicta lege, quoties. quando debitor erat obli
gatus ſub conditione poteſtatiua: quæ reſtrictio eſt maxima diuinatio.
Alibi autem prolixe diſcutiens iſtum articulum in leg. executorē. circa
medium repetitionis. C. de executione rei iudic. finaliter dicit, quòd i-
deo ibi non fit nouatio, quia obligatio in perſona deportati, quæ poſſet
nouare veterem non erat. Sed iſta reſponſio non ſufficit: quia iſta obli-
gatio erat transfuſa in perſonam fiſci, purificata conditione, ex perſona
fiſci poterat nouare veterē, quæ etiam erat apud fiſcum: vnde iſta dicta
non ſatisfaciunt in iſta materia, & ideo cogitandum eſt diligenter. Ex
omnibus tamē ſolutionibus prædictis iſta ſolutio Pauli, quam ponit in
l. finali. C. de contrahē. emptio, quæ erat in poteſtate debitoris, qui nō
potuit parere poſt ius quæſitum fiſco, nihil allegat: ſed eſt caſus in l. po-
tior. & in lege prima. ff. qui potiores in pignore habean. vbi patet, quòd
poſt pignus ſecundo loco ſimpliciter datum non poteſt debitor imple-
re conditionem poteſtatiuam, vt acquiratur ius alteri, in præiudicium
eius, cui fuerat in medio tempore ius quæſitum. Sed quia, vt dixi, ni-
☞ mis reſtringit textũ in dicta lege, quoties. in fine. † ideo poſſumus di-
cere, nihil diuinando ad literã, quòd ideo obligatio prima conditiona-
lis non tranſit in fiſcum purificata conditione, & per conſequens nō fit
nouatio per ſecundam ſtipulationem: quia ſi prima obligatio trãſiret in
fiſcum

fiscum, reperiretur fiscus esse deterioris conditionis, quàm de portatus, in cuius locum succedit, si ista obligatio tanquã nouã causaretur in persona defuncti: nam vt patet circa mediũ illius §. prima obligatio conditionis, siue primus contractus erat contractus iuris ciuilis .i. stipulatio. Vnde si post deportationem ista noua obligatio citaretur in personam deportati, non posset iste deportatus obligari ex cõtractu iuris ciuilis ciuiliter, sed obligaretur naturaliter tantum. Fiscus autem si in eum transiret obligatio, obligaret̃ vtroq; modo, quia est persona habilis, nec potest dici, sicut heri dicebam in voce, quòd eodem modo naturaliter obligabitur fiscus, cùm obliget̃ ex persona deportati: quia istud procederet, quãdo obligatio formata in persona deportati trãsfunderetur in ipsum. Sed in casu nostro non transfunditur à deportato in fiscum: quia cùm conditio fuerit purificata post deportationem, nunquã fuerit radicata obligatio in ipsum deportatum, sed oritur de nouo in persona fisci: vnde non attenditur qualitas fisci in ista noua obligatione, quæ non transfunditur ab eo: & quia nõ est æquum, vt fiscus successor teneatur plus, quàm teneretur deportatus, ideo eligitur hæc via, vt non transeat obligatio in eum. Et quamuis hæc responsio sine diuinatione posset defendi: non tamen multum placet, sed est tolerabilior cæteris, & contra ipsam facit tex. in l. status. §. Corne. ff. de iure fi. vbi patet, quòd onus restituendi fideicommissum, & obligatio trãsit in fiscum post deportationẽ eius, qui erat rogatus restituere post mortem suam: & tamen obligatio ex fideicommisso, quo ad ius ciuile, non posset habere locum in p̃sona condẽnati, vel deportati. Sed ad hoc potest dici, quòd ibi conditio nõ poterat impleri in vita deportati, sicut hic noua obligatio poterat incipere in vita deportati post deportationem. Vnde casus non est similis, & est maior æquitas, quòd non transeat in casu nostro. ¶ Et ad materiam adde l. si marito. in princi. & quod ibi not. ff. solu. matri. vbi probatur similiter, quòd ius conditionale passiuẽ transit in fiscum. ¶ Circa secundam quæstionem, quam posuit hic Barto. de pluribus facientibus pacẽ adinuicem, qui promiserunt quòd nullus ex pluribus offenderet aduersarium, & ecõtra omnibus fuit promissum, quòd nullus offenderetur. Adde breuiter, quòd inquantum ipse dicit in obligatione principali impediri constitutionem duorũ reorum, quo ad hoc vt non offenderet, dicatur conreus debẽdi cum his qui promiserunt, quòd ipse non off[illegible], neq; offensus dicatur conreus credẽdi [illegible] stipulati sunt, quòd ipse nõ offenderetur. [illegible]duerte, quia ratio sua, propter quam dicit impediri constitutionem duorum reorum, non videtur bona, dum dicit quòd alia est offensa facta vni, & alia alteri: nam hoc concesso, quod est verisimum, non sequitur in casu nostro: quia hic alij promittunt, quòd non solum ipsi non offendent, sed quòd alius ex complicibus suis nõ offendet. Vnde ista secunda promissio videtur continere & fieri de eodem facto: & ideo non potest hic esse diuersitas rei, & factum alienum potest promitti sub pœna: vt l. stipulatio ista. in prin. & ibi plene s. de verbo. obli. Melius ergo est, quod sequitur hic in dictis suis, quòd vitiatur constitutio duorum reorum, quia vna & eadem causa habet se ad eos diuersimode: nam principaliter offendens obligatur pro facto proprio, & alij pro facto alieno: & sic videtur impediri constitutio duorum reorũ, per l. si id quod. §. j. s. eod. in exẽplo, de dote. Sed contra istud dictum arguitur, quòd non procedat indistinctè: quia pone quòd fit promissio pluribus personis, quæ sunt huius qualitatis, vt offensa facta vni videatur facta alteri: de quibus in l. lex Cor. & in l. j. in fin. cum l. seq. j. de iniur. Certe hic non videtur esse diuersitas causæ ex parte reorum credendi, ex quo vnum factum, & vna offensio respicit duos: quia ex offensione alterius videtur offendi. Vnde in talibus personis Bar. sentit. in l. si ita stipul. §. Chrysogonus. in fine. s. eod. titul. proxi. quòd si ego promitto non offendere vnam ex illis personis, cõmittitur stipulatio, etiam si alia offendatur. Sed ad hoc põt dici breuiter. Et primò, quòd licet ibi ita sentiat Dy. tamẽ sentit oppositum, qui fundauit se isto tex. vbi dicitur, quòd in stipulatione persona extrinsecus non subintelligitur, & maxime quando est pœnalis: & hanc sentẽtiam secutus est disputando publicè Ioan. Andr. in regula, frustra. de reg. iu. in mercu. vbi dicit, quòd licet quo ad pœnam legalem aliquando iniuria illata vni videatur illata alteri, non tamen quo ad pœnã conuentionalem: & hoc sequitur Bald. allegans Dy. in l. j. C. si quacunq; prædi. pote. Vel potest dici, quòd licet in isto casu sit vnum factum, & sub eadem ratione plures offendãtur, videntur interuenire diuersæ res in stipulatione. Nec est inconueniens, quòd ex eodem facto resultent plura delicta, & plures iniuriæ: iuxta not. in l. senatus. ff. de accusa. & in lege, si adulterium cum incestu. in prin. j. de adulte. Facit quod habetur in l. iij. §. si apud plures. ff. de sepul. violat. Vtrum autẽ in dispositione pœnali statuti, si statutum disponit de offendente patrem, habeat locum in eo qui offendit filium. Vide Bar. & Bald. post eum in l. j. §. domini. el. ij. ff. ad Sylle. & eundem Bal. in l. j. C. si rector prouinciẽ. Vbi videtur dissentire ab his, quæ dicit in d. §. domini &c. ¶† Circa tertiam quæstionem, 3 in qua Bart. quærit, vtrum plures obligati insolidum ex maleficio ciuiliter possint dici duo rei debendi: adde quòd Ang. & Moder. non placet vna ratio, quam ipse assignat: videlicet quòd non tenẽtur ad idem numero: quod patet, quia solutio vnius non liberat alium: vt l. item Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquiliam. cum simi. nam ista ratio non est vniuersalis secundùm eos, quia reperitur casus, in quo vni⁹ solutio liberat omnes, videlicet quando plures delinquunt, vt officiales: vt l. si multi. de publ. & ibi per Barto. & per eundem in l. si in rixa. j. ad legem Corne. de sica. Vnde ipsi tradunt hic aliam doctrinam, de qua vt per eos. Ego credo, quòd intentio Barto. fuerit optima: quia Barto. motus est ex ratione prædicta, tanquam sufficienti, etiam si alia non concurreret: non tamen sensit, vt isti credunt, quòd semper quando vnica solutio sufficeret, cõstituerentur duo rei: nam istud esset contra tex. in l. j. §. apud duos. ff. depo. & in l. si ex duobus. in princip. ff. de tute. & rat. distra. Aliam rationem quam assignat Barto. mordet Ioã. de Imo. quæ est, quòd sententia lata pro vno non prosit alteri: vt lege, denunciasse. §. fin. j. de adulte. Nam secundùm eum etiam absolutoria lata pro vno ex reis debendi non prodest alteri: vt fuit dictum in l. ex duobus. in iiij. q. & ista reprehen[illegible] procedit, vt dicit not. tenendo opi. Bartol. in iiij. q. qui voluit, quòd aliquo casu absolutoria lata pro vno ex reis debendi prosit alteri. Circa quartam quæstionem, in qua Barto. tenet, quòd naturalis obligatio remanet apud filium, illud & multum dubium: sicut dixit hic dominus meus, in[illegible] communiter nõ tenent doct. Moder. & maxime [illegible]o. de Imol. hic, qui nõ sequitur Bar. in hoc, imo de iure no[illegible]simo adhuc apud filium non remanet. Pro ista mate[illegible] vide legem, si id quod. & ibi not. per docto. ff. de condictione indebiti.

FINIS.

¶ Clarissimi I. V. principis & monarchæ, d. Francisci de Accoltis, de Aretio, equitis Romani, Commentaria admiranda in Primam & Secundam Digesti noui partem finiunt: ex ipsius autoris archetypo transumpta: cum apostillis d. Nicolai Superantij, & d. Benedicti Vadi, I. V. D. nuper additis: demum verò maximis laboribus, innumerisq; vigilijs per do. Lucium Paulum Rhosellum recognita, & emendata.

Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z &.

Omnes sunt quaterniones, præter &, quinternionem.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm